SANCTI DOCTORIS ECCLESIAE

ALBERTI MAGNI

ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM EPISCOPI

OPERA OMNIA

AD FIDEM CODICUM MANUSCRIPTORUM EDENDA
APPARATU CRITICO NOTIS PROLEGOMENIS INDICIBUS
INSTRUENDA CURAVIT
INSTITUTUM ALBERTI MAGNI COLONIENSE
LUDGERO HONNEFELDER PRAESIDE

TOMUS I PARS IA

SUPER PORPHYRIUM DE V UNIVERSALIBUS

MONASTERII WESTFALORUM IN AEDIBUS ASCHENDORFF

2004

ALBERTI MAGNI

ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM

SUPER PORPHYRIUM DE V UNIVERSALIBUS

EDIDIT

MANUEL SANTOS NOYA

MONASTERII WESTFALORUM IN AEDIBUS ASCHENDORFF

2004

S. ALBERTI MAGNI
OPERUM OMNIUM
TOMUS I PARS IA
HUIUS EDITIONIS NUMERUS CURRENS 26

Imprimatur
Coloniae, die 30 septembris 2004
Jr.-Nr. 106 250 I 90
† Rainer Woelki, vic. eplis.

Michael Trauth exemplar typographicum huius operis ope instrumenti computatorii
TUSTEP (Tübinger System von Textverarbeitungsprogrammen)
usa confecit.

© Aschendorff, Monasterii Westfalorum, 2004 Printed in Germany
Omnia iura cuiusvis reproductionis, etiam partialis vel photomechanicae
vel phthongomechanicae, atque translationis reservatur.

Typis Aschendorffianis
Monasterii Westfalorum

relig. charta dura ISBN 978–3–402–04752–7
relig. dorso scorteo ISBN 978–3–402–04753–5
relig. dorso membraneo ISBN 978–3–402–04754–3

PROLEGOMENA

§ 1. De authenticitate et titulo Commentarii Alberti Magni De quinque universalibus

A tractatu De quinque universalibus, id est a commentario ad Isagogen Porphyrii, Albertus explanationem quattuor omnino textuum ex corpore Logicae Veteris incipit, cuius ille semper sine ullo dubio auctor putatus est. In catalogis operum mediaevalibus non modo scripta logica Alberti generaliter commemorantur,[1] sed etiam opus nostrum specialiter nominatur, ex. gr. in catalogo Stamsensi qui vocatur anni MCCCX.[2] Quae res ipso testimonio manuscriptorum (fragmentis *Caf* et *B* exceptis), quae Albertum Magnum auctorem declarant, confirmatur. Titulus commentarii authenticus incertus restat. Cognoscimus dumtaxat ex multis citationibus in aliis Alberti operibus repertis, quomodo ipse tractatum nostrum appellare solitus sit. Plurimae citationes ad commentarium pertinentes in libris De praedicamentis et De divisione reperiuntur. In his duobus scriptis Albertus commentarium suum appellat quater vel bis 'Scientia de universalibus',[3] bis vel decies 'Scientia universalium',[4] solum in libro De praedicamentis bis 'Doctrina de universalibus',[5] et locis singulis semel 'Doctrina universalium',[6] 'Doctrina de quinque universalibus',[7] 'Liber de universalibus'[8] et 'Liber de praedicabilibus'.[9] In aliis logicis libris, in quibus locos quosdam ad nostrum commentarium revocat, Albertus titulos 'Scientia universalium' (sicut in Peri hermeneias[10] et in De sex principiis)[11] vel 'Scientia de universalibus' (De sex principiis)[12] adhibet. Alia in parte solum ille de 'Isagogis' loquitur sicut in libro De sex principiis,[13] sed incertum est, utrum hic titulus ad commentarium proprium an generaliter ad Porphyrium respiciat. In varietate singulorum verborum tamen diversae sententiae titulorum ad unum fere omnes in commemoratione Universalium consentiunt. Certum ergo esse constat notionem 'De universalibus' vel 'universalium' ad titulum primum referendam esse. Contra constitui iam non potest, utrum verba 'Doctrina', 'Scientia' aut 'Liber' in titulo originali fuerint necne.

Quam rem ita se habere ex inspectione manuscriptorum confirmatur. Et in Incipit codicum *Ca, P1P2, O1, Mz1, R5Sh, R1V1, BlR4, R2Si*[14] et in colophone codicum *Ca, P1P2, O1Wo, Mz1, O2V2, Sh, R1V1, R2Si*[15] titulus est 'De universalibus' vel 'De quinque universalibus', itemque in colophone codicis *R5* 'De quinque universalibus' legitur, sed in coniunctione quadam cum 'Porphyrii commentum': 'Explicit Porphyrii commentum domini Alberti de quinque universalibus'. Interdum, ut in Incipit manuscripti *Wo* et in colophone manuscriptorum *Bl, Es, F1* commentarius etiam tractatus de praedicabilibus nominatur ('De praedicabilibus' vel 'Praedicabilia' sive 'Praedicabilium scriptum'). Semel (in Incipit codicis *Bs1*) relatio ad titulum Isagoges Porphyrii legitur ('Super Ysagogas') (sic!).

Inscriptio 'De universalibus' vel 'De quinque universalibus' in manuscriptis omnium optime exemplis probatur, quamquam Albertus ipse opus suum non una voce nominat. Ad hoc quaeritur utrum hic titulus ex sententia Alberti revera ad opus totum, quod hoc nomine traditum est (introductione ad logicam 'De antecedentibus ad logicam' inclusa), pertineat, an tantum ad secundam partem, quae proprie doctrinam universalium tractat. Si in locos ad hanc rem spectantes inquiris, differentia quaedam esse videtur. Sed si lustras supradictum[16] Incipit codicum *P1P2, O1, Mz1, R5Sh, R1V1, BlR4, R2Si* evidenter totum opus sub titulo 'De universalibus' intelligendum esse videtur constare.

Propterea introductio in praedictis codicibus 'tractatus primus' numeratur. Petrus Jammy et Augustus Borgnet in libros typis expressos (Lugduni 1651 et Parisiis 1890) hunc titulum et talem rationem tractatus numerandi ipsam et acceperunt et adhibuerunt. Alia ex parte argumenta reperiuntur eius modi, ut Albertus sub titulo 'De universalibus' illam operis partem in animo habuerit, in qua doctrina universalium tractatur et explicatur. Hoc ex Incipit sequitur, quod in manuscriptis *Ca, O1Wo, Mz1, O2P3, R5Sh, R1V1, BlR4, R2R3Si* in exordio, ubi doctrina universalium explicatur,[17] legimus:[18]

1 Cf. H. Chr. Scheeben, Les Écrits d'Albert le Grand d'après les Catalogues, in: Rthom 36 (1931), p. 36–68. **2** Cf. B. Geyer, Der alte Katalog der Werke des hl. Albertus Magnus, in: Miscellanea Giovanni Mercati, vol. 2: Letteratura Medioevale, Città del Vaticano 1946, p. 399 sq. (= Studi e testi 120). **3** Cf. Alb., De praedic. tr. 1 c. 6, tr. 2 c. 7, tr. 2 c. 8, tr. 4 c. 10 (Ed. Paris. t. 1 p. 163a, p. 180a, p. 182b, p. 242b); Alb., De divis. tr. 2 c. 1 et tr. 3 c. 10 (ed. De Loë p. 23 v. 29 et p. 73 v. 1 sq.). **4** Cf. Alb., De praedic. tr. 2 c. 6, tr. 4 c. 1 (Ed. Paris. t. 1 p. 178a, p. 224a); Alb., De divis. tr. 2 c. 4, tr. 2 c. 5, tr. 3 c. 1, tr. 3 c. 2, tr. 3 c. 8, tr. 3 c. 10, tr. 5 c. 5 (ed. De Loë p. 29 v. 27, p. 34 v. 8 sq., p. 35 v. 33, p. 38 v. 9, p. 40 v. 20 sq., p. 41 v. 13, p. 44 v. 16 sq., p. 64 v. 6, p. 73 v. 22, p. 90 v. 20). **5** Cf. Alb., De praedic. tr. 2 c. 4, tr. 3 c. 13 (Ed. Paris. t. 1 p. 172b, p. 219a). **6** Cf. Alb., ibid., tr. 2 c. 4 (Ed. Paris. t. 1 p. 173b). **7** Cf. Alb., ibid., tr. 2 c. 4 (Ed. Paris. t. 1 p. 173a). **8** Cf. Alb., ibid., tr. 1 c. 3 (Ed. Paris. t. 1 p. 156a). **9** Cf. Alb., ibid., tr. 1 c. 3 (Ed. Paris. t. 1 p. 157a). **10** Cf. Alb., Peri herm. l. 1 tr. 2 c. 2 (Ed. Paris. t. 1 p. 384a). **11** Cf. Alb., De sex princ. tr. 1 c. 4 (Ed. Paris. t. 1 p. 309a). **12** Cf. Alb., ibid., tr. 1 c. 2 (Ed. Paris. t. 1 p. 307b). **13** Cf. Alb., ibid., tr. 1 c. 4 (Ed. Paris. t. 1 p. 312b): 'Et hoc iam saepius in aliis tam in Isagogis quam in Categoriis determinatum est'. **14** Praecipuis verbis congruentibus est Incipit horum codicum: 'Incipit Logica … Liber primus de universalibus. Tractatus primus de antecedentibus ad logicam'. **15** Apud *P1P2, Mz1, O2V2, Sh, R1V1, R2Si* Colophon legitur: 'Explicit liber de quinque universalibus', sed apud *Ca* et *O1Wo* invenitur: 'Explicit Liber de quinque universalibus. Explicit Porphyrius'. **16** Cf. n. 14. **17** Explicatio illa introductionem generalem ad logica subsequitur et in codicibus *Br, Ps* et in duobus editionibus typis expressis supra nominatis 'tractatus secundus' numeratur. **18** Cf. p. 17.

'Incipit liber de universalibus, cuius primus tractatus est de universalibus in communi'.

Quod auctor in hoc ipso commentario[19] ad quendam priorem locum memoriam revocat, hanc rem confirmat. Ibi Albertus argumenta sua 'in primo tractatu De universalibus' prolata indicat. Est autem, sicut e contextu apparet, non primus tractatus, qualem codices *P1P2, O1, Mz1, R5Sh, R1V1, BlR4, R2Si* et editiones numerant (id est introductio ad logicam), sed tractatus de universalibus generaliter dictis, qui introductionem subsequitur, ergo tractatus secundus, ut communiter enumerari solet. Hic primus De universalibus tractatus est propria introductio in doctrinam universalium; ea causa Albertus alio loco[20] tractatum illum prooemium nuncupat.

Ergo Albertus prolegomena ad scripta logica, quae titulo 'De antecedentibus ad logicam' significavisse verisimile est, et explicationem universalium propriam doctrinae exacte distinxisse videtur, ita ut titulus 'De universalibus' solum parti secundae sit attribuendus. Scriptores librarii titulos 'De universalibus' vel 'De quinque universalibus' toti operi postea imposuerunt, et id maturissime iam factum est, sicut ex manuscriptis in hac re consentientibus apparet. Editio nostra hunc morem operis intitulandi sequitur et ideo liber 'De quinque universalibus' inscribitur.

§ 2. Quo tempore Commentarius scriptus sit [21]

Tempus absolutum commentarii scribendi statui non potest, et ideo chronologia relativa utendum est. In qua re suspicari licet commentarium De quinque universalibus librum primum totius ad organon Aristotelicum operis conceptum et scriptum esse. Hoc ex Incipit operis, sicut traditum est in plurimis manuscriptis,[22] intellegitur, in quo commentarius liber logicae primus declaratur, quod idem ex exemplo in textu commentarii invento cognoscitur, quo loco De praedicamentis refertur opus postea scribendum.[23] Rursus autem Albertus in aliis commentariis ad logica scriptis[24] ad opus De quinque universalibus iam perfectum revocat lectores.

In capitulo quarto tractatus De universalibus in communi[25] Albertus doctrinam in commento super Physicis prolatam memorat: identitatem duorum corporum necessariam esse, si uno eodem loco sint. Inde commentum super Physicis ante librum De quinque universalibus scriptum esse apertum est. Ex eo commentario, qui super libro De anima editus est, cetera argumenta deducuntur, quibus chronologia confirmetur. In libro tertio Albertus quaestionem[26] tangit illam, utrum universale 'in re extra' an tantum 'in solis et nudis et puris intellectibus' sit, quae est quaestio praecipua harum rerum quas in principio Isagoges[27] Porphyrius illustrat, quasque in suo commentario pariter tractat.[28] Sed eo loco non ad librum De quinque universalibus revocans Albertus alibi occasionem illius rei perscrutandae datum iri dicit.[29] Hoc fortasse argumentum est commentarium illo tempore, quo librum tertium De anima redegerit, nondum incohatum esse. Sed contra ex alio loco libri De anima comprobandum esse videtur hoc scriptum post commentum ad librum De praedicamentis – et ideo etiam post librum De quinque universalibus[30] – ortum esse: In libro enim secundo[31] Albertus revocat 'logicas et communes rationes', quas iam in opere De praedicamentis adduxit. Omnia ergo cogitanti conclusio est partem quandam commentariorum ad logicam – inter quae etiam opus De quinque universalibus – ante commentarium super libro De anima ortam esse. Idem fere suadetur loco quodam operis De sex principiis, ubi Albertus quaestiones hoc loco operis allatas in libro De anima persolvendas esse adnotat.[32] Qua ex re evidenter apparet opus quoque De sex principiis ante librum De anima scriptum esse.[33] Fortasse Albertus librum De anima scribens eodem tempore commentum ad organon scripsit, ita ut partes quaedam iam ante librum De quinque universalibus, aliae autem partes postea (et post opera De praedicamentis et De sex principiis) exortae sint.

Terminus ante quem certus cum commentario super Metaphysicis coniunctus est. Ibi[34] Albertus ad explanationes suas de genere et specie 'in logicis', quas sine

19 Cf. p. 114 v. 23–25: 'Ad haec autem et similia non est difficile respondere, si bene revocentur ad memoriam ea quae in primo tractatu De universalibus dicta sunt'. **20** Cf. p. 80 v. 44–46: 'Ex his igitur ostenditur, quod in prooemio istius libri dictum est, quod scilicet notitia universalium valet et utilis est ad divisiones et ad diffinitiones'. **21** De chronologia librorum Alberti logicorum accuratius inquirenda cf. R. Meyer, Prolegomena, in: Alb., De sex principiis (Ed. Colon. t. 1/2). **22** Cf. supra n. 14: 'Incipit Logica … Liber primus de universalibus …'. **23** Cf. p. 18 v. 23–26: 'De his igitur in hoc nostro libro nobis erit tractatus. Nec considerabimus hic res ipsas, quibus talia ad ordinem unum praedicabilis referuntur – haec enim in libro Praedicamentorum habent determinari'. **24** Cf. supra p. V. **25** Cf. p. 28 v. 56–59: 'Probatum est autem a nobis in Physicis quod, si duo corpora sunt in eodem loco, de necessitate duo corpora erunt unum et idem corpus'. **26** Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 186 v. 20–26: 'Et hoc modo universale non est unum entium mundi, quod vocamus universale, quia universale, prout est unum entium mundi, quod dividitur contra particulare, secundum eum (scil. Averroem) et secundum veritatem est in solis et nudis et puris intellectibus et non in rebus extra animam'. **27** Cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 5 v. 10–12). **28** Cf. p. 20 v. 59–p. 26 v. 35. **29** Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 186 v. 26 sq.: 'Et de hoc tamen alibi tempus erit inquirendum'. **30** Sicut supra monstratum, De praedicamentis post De universalibus ortum est. **31** Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 96 v. 32–33: 'in Praedicamentis vero logicas et communes posuimus rationes'. Cf. R. Meyer, Prolegomena, in: Alb., De sex princ. (Ed. Colon. t. 1/2, n. 37). **32** Cf. Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1/2, tr. 1 c. 6: 'Haec autem omnia in his quae sunt de Anima habent determinari'. Cf. R. Meyer, Prolegomena (ibid. n. 36). **33** H. Anzulewicz, De forma resultante in speculo. Die theologische Relevanz des Bildbegriffs und des Spiegelbildmodells in den Frühwerken des Albertus Magnus. Eine textkritische und begriffsgeschichtliche Untersuchung in zwei Teilen. Teil 1: De forma resultante in speculo des Albertus Magnus. Handschriftliche Überlieferung, literargeschichtliche und textkritische Untersuchungen, Textedition, Übersetzung und Kommentar, Monasterii Westfalorum 1999 (= BGPhMa NF 53 Heft 1), p. 16. **34** Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 444 v. 43–45: 'Hoc enim et in Logicis logice et in Libro caeli et mundi physice probatum est'.

dubio ad De quinque universalibus refert, lectores revocat.

Cum Metaphysicam paulo post 1262–1263 ortam esset arbitrari licet,[35] librum De quinque universalibus ante hoc tempus finitum esse certum est. Sed liber De quinque universalibus non prius quam post annum 1251 incohari potuit, eo quod Physicam inter annos 1251 et 1255/56 scriptam esse valde est verisimile.[36] Ratione Physicae atque Metaphysicae habita spatium latum octo annorum circa annos 1254–1262 evenit, quo opus De quinque universalibus scriptum esse necesse est. Si praeterea consideras librum De anima, ut supra diximus, eodem fere tempore elaboratum esse, opus De quinque universalibus intra annos circiter 1254 et 1257 perfectum esse definiri potest. Albertum enim, sicut ex notatione quadam in codice Basiliensi reperta (F IV 34 f. 59) apparet,[37] dum munus Provincialis ordinis praedicatorum 'per Teutoniam' (ergo annis 1254–1257) administret, opus De anima scripsisse verisimile est. J. A. Weisheipl[38] ad eandem rationem accedit demonstrans Albertum priores libros commenti ad Organon scripsisse eodem tempore, cum Provincialis ordinis 'per Teutoniam' munus gesserit et opus De anima composuerit. Contra H. Anzulewicz[39] opus De quinque universalibus ante librum De anima perfectum esse contendit, et hac re perpensa spatium opus conficiendi post 1251–1252 et ante 1254–1257 constare videtur.

§ 3. De traditione codicum manuscriptorum et de editionibus primis typis impressis [40]

Manuscripta integra

saec. XIII

Ca Cambrai, Bibliothèque municipale, Cod. 961 (859)
Saec. XIII, membr., 300 × 210 mm, ff. 96, 2 col.

f. 1ra: Logica domini Alberti ordinis predicatorum quondam episcopus Ratisponensis liber primus de universalibus tractatus primus de antecedententibus ad logicam.
f. 30rb: Explicit liber de quinque universalibus Deo gratias.
Prov.: e Bibliotheca Cathedrali Cambrensi (saec. XVII).
Codex una manu accuratius scriptus. Duo gradus correcturae inveniuntur: prior in lineamentum scripturae ipsius illatus, alter eodem tempore quo codex ipse factus (Ca^2). Ex scriptura et ornatu codicem nostrum in Francogallia (Parisiis?) ortum esse concludi potest exeunte saeculo XIII. Cum chartae colligarentur, pagina secunda et nona inter se commutatae sunt, et ideo hodie post p. 7 v. 8 ('conclusionem') textus p. 48 v. 41–53 v. 55 et post p. 48 v. 41 ('Alarba') textus p. 7 v. 8–13 v. 14 legitur.

P1 Paris, Bibliothèque Nationale de France, Cod. Lat. 14382
Saec. XIII (1293), membr., 383 × 260 mm, ff. II+ 118+I+, 2 col.
f. 1ra: De logica intendentibus primum considerandum est …
f. 36va: … deinceps actingemur ad pertractandum.
Temporis adscriptio f. 116va: Anno domini M°CC° LXXXXIII die mercurii (reliquum lineae erasum est).
Prov.: f. 297va: Hunc librum acquisiuit monasterio sancti Victoris prope parisius frater Johannes Lamasse († 1458) dum esset abbas eiusdem ecclesie. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo. die nona mensis februari.

P2 Paris, Bibliothèque Nationale de France, Cod. Lat. 15449
Saec. XIII ex. (ante 1306), membr., 360 × 255 mm, ff. 192, 2 col.
f. 66ra: Logica fratris alberti.
f. 101ra: … deinceps actingemur ad pertractandum.
Prov.: f. 1r: Iste liber est collegii pauperum magistrorum de Sorbona studentium in theologica facultate ex legato magistri Godefridi de Fontibus († ca. 1306). Precii XVI librarum.
Manuscriptum intervallis undenarum ad duodenarum columnarum interpositis peciis signatum est: E quibus hae tres in opere De quinque universalibus inveniuntur:
f. 83va: VII pecia
f. 86va: VIII pecia
f. 95rb: XI pecia
Initialia, rubricaturae, inscriptiones desunt. Nonnullae correcturae ($P2^1$ et $P2^2$) sunt ex tempore codicis oriendi, sed non manu Godefridi de Fontibus propria.

saec. XIV

Sh Schaffhausen, Ministerialbibliothek, Cod. Min. 112
Saec. XIV (ante 1318), membr., 220 × 160 mm, ff. 136, 2 col.

35 B. Geyer, Prolegomena, in Alb., Metaph. (Ed. Colon. t. 16,1) p.VIII: 'Quare illam (scil. Metaphysicam) non multum post annum 1262–263 scriptam esse verisimile est'. **36** In prolegomenis ad Physicam P. Hossfeld hoc opus annis 1251–1252 coeptum et brevi tempore ante annum 1257 perfectum esse putat, cf. P. Hossfeld, Prolegomena, in Alb., Physica (Ed. Colon. t. 4,1) p.V v. 60–66 et p.VI v. 4–6. **37** C. Stroick, Prolegomena, in Alb., De anima (Ed. Colon. t. 7,1) p.I v. 25–29. **38** J. A. Weisheipl, Appendix 1: Albert's Works on Natural Sciences (libri naturales) in Probable Chronical Order, in: Id., Albertus Magnus and the Sciences. Commemorative Essays 1980, hg. v. J. A. Weisheipl, Toronto 1980 (= Studies and texts 49), p. 565–577, hic p. 576. **39** H. Anzulewicz, ibid. (n. 33), 16. **40** Catalogus omnium ad volumen primum editionis Coloniensis gravium testimoniorum pars introductionis in primam partem Alberti scriptorum logicorum erit, quae primo volumine perfecto, i.e. editionibus De praedicamentis et De divisione divulgatis, in lucem edentur. Porro ibi index quoque librorum, qui ad haec nostra prolata manuscripta adhibiti sunt, addetur.

f. 1ra: Jncipit loyca domini Alberti episcopi quondam Ratisbonensis de ordine predicatorum.
f. 31vb: Explicit liber de quinque vniversalibus.
Temporis ascriptio f. 135v: …ge…f anno domini 1318; Jste liber per fratrem pro remedio anime mee.
Prov.: f. 1r: Bibliothecae ecclesiae scaphusianae ad D. Johannem (saec.XVI).
Textus iam saeculo quarto decimo continenter manu una correctus est (Sh[1]).

V4 Venezia, Biblioteca nazionale Marciana, Cod. VI,293 (2536)
Saec. XIV, membr., 310 × 220 mm, ff. AB+158, 1 col.
f. 1r–7r: Porphyrii isagoge cum glossis ex De quinque universalibus sumptis.
Prov.: S. Iohannis in Viridario, Padova.

Wo Worcester, Cathedral Library F. 23
Saec. XIV, membr., 347 × 222 mm, ff. 86, 2 col.
f. 47ra: Albertus de predicabilibus.
f. 79rb: Explicit liber de quinque uniuersalibus. Explicit porphirius.

saec. XV

Bl Bologna, Biblioteca Universitaria, Cod. lat. 103
Saec. XV, chart. et membr., 302 × 217 mm et 300 × 212 mm, ff. 198 et ff. 34, 2 col.
f. 161ra: Jncipit Liber vel Loyca domini Alberti Magni alamani episcopi Ratisponensis condam.
f. 197vb: Expliciunt predicabilia dominj Albertj magni doctoris excelentissimj ordinis predicatorum.
Prov.: f. 1ra: Ex Bibliotheca Fratrum S. Pauli in Monte. Ab f. 192ra scriba codicis mutatur.

Br Brugge, Bibliotheek van het Grootseminarie, Cod. 105/53
Saec. XV, membr., 325 × 245 mm, ff. I+133+I, 2 col.
f. 1ra: Commentum venerabilis Alberti de Colonia Episcopi Ratisponensis super vniversalibus porphyrii.
f. 41rb: Expliciunt vniversalia venerabilis Alberti magni de Colonia Episcopi Ratisponensis.
Prov.: ex abbatia Dunensi OSB.
Ex ornatu manuscripti in Francogallia codex ortus esse videtur.

F1 Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana Acq. e doni, Cod. 797
Saec. XV, chart., 307 × 215 mm, ff. 60, 2 col.
f. 1ra: DE logica intendentibus primum considerandum est…
f. 60ra: Explicit predicabilium alberti magni scriptum. Deo gracias. Amen.

Mz1 Mainz, Stadtbibliothek, Hs. I 81
Saec. XV (1453), chart., 290 × 205 mm, ff. 314, 2 col.
f. 1ra: Jncipit logica fratris Alberti ordinis predicatorum quondam episcopi Ratisponensis liber primus de universalibus.
f. 64va: Explicit liber de quinque vniversalibus.
Temporis ascriptio et scriptor f. 208ra: finitum sub anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio Jpsa die fabiani et sebastiani martyrum per Sixtum de werdea paruulorum eruditorem parrochialis ecclesie montis wimponensis.
Prov.: e monasterio Cartusiensi St. Michaelis Moguntiacensi.

O1 Oxford, Merton College Library, Cod. C. 2.4 (Coxe 253)
Saec. XV, membr., 121 × 147 mm, ff. 180, 2 col.
f. 4ra: Jncipit logica fratris alberti ordinis predicatorum quondam episcopi Ratisponensis liber primus de vniuersalibus.
f. 57ra: Explicit liber de quinque vniuersalibus. Deo gratias. Explicit Porphirius.
Prov.: f. 3v: Liber domus scolarium de merton hallo in oxonia ex dono magistri Johannis Burbacho doctoris in theologia et quondam socij eiusdem domus.

O2 Oxford, Bodleian Library, Canon. Misc. 239
Saec. XV, membr. et chart., 238 × 348 mm, ff. 110, 2 col.
f. 1ra: Jncipiunt predicabilia alberti magistri quemdem (sic!) episcopi Ratisponensis.
f. 56vb: Explicit liber de quinque universalibus editus a reverendo fratre alberto magno ordinis predicatorum etc. Deo gratias.

P3 Paris, Bibliothèque de l'Arsenal, Cod. 729
Saec. XV in., membr. et chart., 293 × 210 mm, ff. 158, 2 col.
f. 1ra: Comentum domini Alberti.
f. 57vb: … et accidentibus pertingemus pertractandum et sic est finis.
Prov.: f. 1r: Ex libris Bibliothecae Sancti Victoris Parisiensis (saec. XV); f. 158r: Jste liber est Sancti victoris parisiensis quicumque eum etc.; f. 58v: Nicolaus Petri Roskaldensis (saec. XV).

R1 Roma, Biblioteca Casanatense, Cod. 210 (A II 31)
Saec. XV in., membr., 298 × 220 mm, ff. I+210+I, 1 col.
f. 1r: Alberti Magni Logica. Jncipit logica domini Alberti quondam episcopi Ratisponensis liber primus de vniversalibus.
f. 60r: Explicit liber de Quinque vniuersalibus Alberti Magni. Rubrica.

R2 Roma, Biblioteca Apostolica Vaticana, Cod. Vat. Lat. 2118
Saec. XV (1424), membr. et chart., 290 × 220 mm, ff. 161, 2 col.

f. 1ra: Universalia.
f. 31rb: Expliciunt uniuersalia grauissimj et nobilissimj philosophi Domini Alberti condam Episcopi Radisponensis.
Temporis ascriptio et scriptor f. 159vb: Scriptus per me baldassarem guilielmj de perusio sub anno domini 1424 de mense octobris 18a die die namque gloriosa festiuitatis gloriosj euangeliste sanctj luce ad laudem gloriosi nominis yhesu qui est benedictus in secula amen.

R3 Roma, Biblioteca Apostolica Vaticana, Cod. Vat. Lat. 719
Saec. XV (1425), chart., 297 × 216 mm, ff. 158, 2 col.
f. 1ra: Universalia.
f. 47vb: … et accidentibus attinguemus ad perscrutandum. Amen. Deo gratias. amen.
Scriptor f. 158va: Deo gracias per me marium messer paulj de amaltis(?) perusij.

R4 Roma, Biblioteca Apostolica Vaticana, Cod. Rossianus 693 (sign. vetus: X,73)
Saec. XV (1427), chart., 304 × 215 mm, ff. 221, 2 col.
f. 1ra: Jncipit logica domini Alberti magni.
f. 69va: Explicit liber de quinque vniuersalibus per me heinricum de meynungen.
Temporis ascriptio et mandator f. 217vb: Explicit ars vetus secundum magistrum Albertum magnum arcium sacre Theologie doctorem venerabilissimum quam fecit scribere magister priamus de sacrato de feraria Anno domini Mo cccco xxvii die vltima feb. (exp.) januarii. Amen.

Si Siena, Biblioteca comunale, Cod. G VI 32
Saec. XV, chart., 325 × 220 mm, ff. 132, 2 col.
f. 1ra: Jncipit Loica domini fratris alberti ordinis predicatorum.
f. 39vb: Explicit Liber de quinque universalibus domini fratris alberti ordinis predicatorum.

V1 Venezia, Biblioteca Nazionale Marciana, Cod. Lat. Z 294 (1986)
Saec. XV, membr., 330 × 240 mm, ff. 161, 2 col.
f. 2ra: Jncipit logica domini Alberti quondam episcopi Ratisponensis.
f. 44va: Explicit liber de quinque universalibus Alberti Magni. Rubrica.
Scriptor f. 160ra: WALTERVS DE VALLE.
Prov.: e collegio Sancti Marci Veneto; e donatione Bessarionis Cardinalis.

V2 Venezia, Biblioteca Nazionale Marciana, Cod. Lat. Z 286 (1530)
Saec. XV (1425), membr., 295 × 210 mm, ff. 285, 2 col.
f. 3ra: ⟨D⟩e logica intendentibus primo considerandum est …
f. 46rb: Explicit liber de quinque vniversalibus editus a venerabili episcopo alberto magno deo gratias.
Temporis ascriptio et scriptor f. 112rb: Scriptum per me johannem filium hermanni de westfrisia anno domini M CCCC XXV die vj julij.
Prov.: e collegio Sancti Marci Veneto; e donatione Bessarionis Cardinalis.

Fragmenta et excerpta

saec. XIII

B Berlin, Staatsbibliothek Preussischer Kulturbesitz, Cod. Theol. Lat. fol. 456
Saec. XIII ex., membr., 335 × 250 mm, ff. 278, 2 col. (f. 1–4r: 3 col.; f. 193–220v: 1 col.)
f. 224ra: De logica intendentibus primum considerandum est …
f. 230rb: … diffinire cognosci non potest nisi cognoscatur et reliquum etc.
Manuscriptum tractatum primum et secundum continet: De antecedentibus ad logicam et De universalibus in communi, cf. p. 1 v. 1 – p. 40 v. 38.

⟨**Caf**⟩ Cambrai, Bibliothèque municipale, Cod. 961 (859)
Saec. XIII, membr., 300 × 210 mm, ff. 96, 2 col.
f. Ira: ⟨D⟩e loyca intendentibus primum considerandum est …
f. Iva: … qualiter notum comparatur ad ignotum et qualiter se habet // (abrumpitur in p. 5 v. 16).
Prov.: e Bibliotheca Cathedrali Cambrensi (saec. XVII).

saec. XIII / XIV

Bs1 Basel, Öffentliche Bibliothek der Universität, Cod. F.I.17
Saec. XIII / XIV, membr., 284 × 196 mm, ff. 65, 2 col.
f. 3ra: Jncipit commentum Magistri Alberti Super libros veteris loycae et primo Super ysagoyas porphirj.
f. 26rb: … deinceps attingemus ad pertractandum.
Exemplar in capitulo quarto tractatus De generis lacunam praebet textus:
f. 9vb: … et quo ad hoc in modo predicandi non differt a proprio Substantiali // (abrumpitur in p. 50 v. 53)
f. 10ra: //commune quale quid est respectu sui inferioris … (incipit p. 51 v. 32).
Prov.: e monasterio Praedicatorum S. Petri Basileensi.

Wien, Erzbischöfliche Bibliothek 2021
Saec. XIII / XIV, membr., f. A: 227 × 165 mm, f. B: 246 × 184 mm, 2 col.
Integumentum anterius f. Ara: //faciunt tali exemplo quod rationale et irrationale … (p. 101 v. 75sq).
f. Arb: …cum tamen amiratio talis ad nihil sit naturalium hoc// (p. 105 v. 57).

Integumentum posterius f. B[ra]: //principiarent ea nisi secundum id quod est quantitas subiecta … (p. 29 v. 58).
f. B[rb]: …sed hoc videtur valde irra// (p. 34 v. 39).
Duo folia integumento codicis operum Guilelmi Peraldi inserta, quorum primum integumento anteriori glutine insertum textum Alberti a fine cap. VII usque ad initium cap. IX tractatus de differentia continet, quorum alterum integumento posteriori glutine insertum textum a fine cap. IV usque ad initium cap. VI tractatus de universalibus in communi continet.[41]

saec. XIV

Er Erlangen, Universitätsbibliothek, Cod. 194 (Irm. n. 534)
Saec. XIV in., membr., 225 × 160 mm, ff. I+356, 1 col.
f. 96[v]: Porphyrii Isagoge cum glossa ex De quinque universalibus (tr. 3 c. 3)
Prov.: f. I[v]: ⟨Liber⟩ sancte Marie Virginis in Haylsbrun.

R5 Roma, Bibl. Apostolica Vaticana, Palat. lat. 1035
Saec. XIV in., membr., 307 × 236 mm, ff. 141, 2 col.
f. 118[va]: Jncipit loyca domini Alberti episcopi quondam Ratisponensis libro est primus de vniuersalibus tractatus .I. de accedentibus ad loycam.
f. 141[rb]: Explicit porphirij comentum domini Alberti de quinque vniuersalibus. Amen.
Paginis quibusdam cohaerentibus amissis in tr. 4 c. 2 lacuna textus est:
f. 125[vb]: … de hijs enim verum est sed vniuersalia hoc modo // (p. 25 v. 12)
f. 126[ra]: // sub compendio colligi potest vt dicatur quod secundum vvlgare … (p. 60 v. 14).
Secundum ornamentum et scripturam codex in Francogallia factus esse videtur.

saec. XV

Es Escorial, Biblioteca de San Lorenzo el Real, Cod. f.III. 5
Saec. XV in., chart., 275 × 205 mm, ff. 210, 2 col.
f. 1[ra]: DE logica intendentibus primum considerandum est …
f. 59[rb] [numeratur ut 57]: … quia non habet subsistentiam aliquam sed // (abrumpitur in p. 119 v. 54).
Prov.: Real Monasterio San Lorenzo, Escorial; signaturae antiquae: II. C. 12; III. C. 25; V. I. 21.

Ma1 Mantova, Biblioteca comunale, Cod. 442 (olim D.III. 16)
Saec. XIII (glossae saec. XV), membr., 290 × 180 mm, ff. 188, 2 col. (f. 2[r]: 4 col.; f. 2[v]: 3 col.)
f. 3[r]–9[r]: Porphyrii Isagoge cum glossis ex De quinque universalibus.
Prov.: f. 188[v]: Iste liber est … Antonii de Pigelis quem emi a Magistro Nicholao de Aquila die 14 mensis augusti sub anno Domini M.CCCC.XXII.

Mz2 Mainz, Stadtbibliothek, Cod. I 560
Saec. XV, chart., 210 × 137 mm, ff. 482, 1 col.
f. 390[r]: Tractatus primus de antecedentibus ad loycam Alberti Magni episcopi ratisponensis.
f. 409[r]: Explicit tractatus de vniversalibus in communi fratris alberti ordinis predicatorum quondam episcopi Ratisponensis.
Est excerptum, quod in initio aliquanto abscisum et mutatum textum tractatuum De antecedentibus ad logicam et De universalibus in communi (p. 1 v. 1 – p. 40 v. 38) continet.
Prov.: e monasterio Cartusiensi St. Michaelis Moguntiacensi.

Pi Pisa, Biblioteca del Seminario di Santa Caterina, Cod. 115
Saec. XV, membr., 286 × 206 mm, ff. 220, 2 col.
f. 134[ra]: Clarissimi viri et summi peripatetici domini alberti magni ordinis sacri fratrum predicatorum sancti dominici universalia incipiunt.
f. 192[rb]: … secundum quod dicimus quod omnis forma sive natura // (abrumpitur in p. 146 v. 23).
Initialia, rubricaturae, inscriptiones desunt.

De primis libris prelo mandatis et de editionibus

Editio Coloniensis 1486
Albertus Magnus Commentarius in Logicam Aristotelis.
Coloniae 1486
(Hain 478; GW col. 321; Weiss, p. 75)[42]

Editio Veneta 1500
Albertus Magnus Logica
[De quinque universalibus, De praedicamentis, De sex principiis]
Officina: Octaviani Scoti
Venetiae 1500
(Hain 488; GW col. 323)

Editio Veneta 1506
Albertus Magnus Logica
[De quinque universalibus, De praedicamentis, De sex principiis]
Venetiae 1506
(Weiss, pp. 74 sq.; Risse, p. 29)[43]

41 Gratias Mischa von Perger ago quod animum meum ad ista fragmenta advertit necnon Franz Lackner pro subsidiis magno animo praebitis. **42** Cf. M. Weiss, Primordia novae bibliographiae B. Alberti Magni. Editio secunda aucta et emendata, Parisiis 1905. **43** W. Risse, Bibliographia Logica. Verzeichnis der Druckschriften zur Logik mit Angabe ihrer Fundorte, t. 1: 1472–1800 (Studien und Materialien zur Geschichte der Philosophie), Hildesheim 1965.

Editio Veneta 1532
Albertus Magnus Logica
[De quinque universalibus, De praedicamentis, De sex principiis]
Venetiae 1532
(Weiss, pp. 74 sq.; Risse, p. 46)
Harum editionum typis expressarum ad nostram editionem conficiendam ratio habita est:

pa Editio Papiensis ca. 1490
Albertus Magnus Logica. Liber 1: De V universalibus.
Officina: Christophori de Canibus
Pataviae ca. 1490
(Hain-Reichling 490; GW 675)

v Editio Veneta 1494
Albertus Magnus Logica
[De quinque universalibus, De Praedicamentis, De sex principiis, Peri hermeneias, Analytica priora, Analytica posteriora, Topica, De sophisticis elenchis]
Officina: Johannis et Gregorii de Gregoriis
Venetiae 1494
(Hain 486; GW 677)

l Editio Lugdunensis
Opera Omnia Alberti Magni ed. Petrus Jammy, Lugduni 1651, t. 1, pp. 1–94.

p Editio Parisiensis
Opera Omnia Alberti Magni
ed. Augustus Borgnet, Parisiis 1890, t. 1, pp. 1–148.

b Editio partialis semicritica
Joseph Blarer, Alberti Magni 'De antecedentibus ad logicam', in: Teoresi 9 (1954), pp. 177–242.

§ 4. De traditione textus

Cum huius commentarii manuscripta viginti integra atque quinque fragmenta duoque manuscripta glossarum conserventur, tamen historia textus eiusque traditio adumbratim tantum primis lineis describi potest. Multa enim membra traditioni textus interposita perisse videntur, ita ut stemma codicum sensu stricto constitui non possit. Sed plurima manuscripta conservata in ordines clare distinctos distribuuntur, qui tres familias diversas traditionis repraesentant:
1) Manuscripta *CaCaf, P1P2, O1Wo, BBs1Mz1* (familia A1) et *BrO2P3V2* (familia A2) textus typum A efficiunt.
2) Manuscripta *R5Sh* textus typum B reddunt.
3) Manuscripta *R1V1, BlEsF1R4, Pi, R2R3Si* textus typum C tradunt.

Manuscripta quippe antiqua, ut infra videbitur (imprimis familiae A1), quae plerumque textum certum praebent, multos errores collectivos committunt, qui ad exemplar unum communeque reducendi sunt. Quod haec difficultas non solum per collationem quandam quasi exploratoriam singulorum locorum explicari potest, in explanatione subsequente traditionis textus exempla sententiarum ex omnibus textus partibus adhibebimus. Ergo infra loco collationis exploratoriae singulorum locorum exempla ex toto textu ad manuscripta *Ca, P1, P2, F1, Pi, Sh, V1*[44] in editione assidue adhibenda addentur, sed ad ceteros testes exempla ex textu tr. 2 c. 1 (p. 19 v. 1 – p. 21 v. 41) et tr. 4 c. 2 (p. 67 v. 42 – p. 69 v. 35). Tabulam lectionum selectarum omnium manuscriptorum integrorum fragmentorumque ex illis duabus textus partibus sumptam[45] post prolegomena invenies (p. XX–p. XXII).

I. Familia A1 (*CaCaf, P1P2, O1Wo, BBs1, Mz1*)

Familia A1 propter crebras lectiones speciales inter se pares imaginem claram praebet. Magna illa consensio manuscriptorum manifesta fit ex eo, quod plurimae lectiones speciales ex communi sed vitioso specimine ortae sunt. Imprimis homoioteleuta et falsae lectiones abbreviaturarum sunt, ex. gr. homoioteleuta:
p. 20 v. 28–32: Secunda vero quaestio est … qua quaeritur, utrum corporalia sint an incorporalia. Tertia vero est, si detur, quod quaedam vel omnia corporalia sint, qua quaeritur, utrum sint in sensibilibus …] Secunda vero quaestio est … qua quaeritur, utrum corporalia sint, qua quaeritur, utrum sint in sensibilibus … *A1* et *BrO2P3V2*
p. 22 v. 39–41: res in causa non est nisi per modum et virtutem causae et causa in effectu non est nisi per modum et virtutem effecti] res in causa non est nisi per modum et virtutem effecti *A1*
p. 143 v. 52 sq.: differentia nullo modo est extra naturam generis, sed est de natura generis] differentia nullo modo est de natura generis *A1*,
errores collectivi:
p. 74 v. 59–61: forma quae praedicatur, non praedicatur, nisi sit notio … totius esse rei] forma quae praedicatur termini sit notio … totius esse rei *A1*
p. 78 v. 7: (differentia) … ante speciem fuerat ponenda] (differentia) … aut speciem servari ponendum *A1*, falsae lectiones abbreviaturarum in manuscriptis repertae:
omne (oē)] esse (eē)
cum (ĉ)] enim (e') *vel* est (ē),
ante] autem *vel* aut
ergo (g^{o})] quo (q^{o}),
nihil (n^{l})] nisi (n^{i}),
sicut (sīc)] sint (sīt),

44 Manuscriptum *R5* lacunam habet fasciculo perdito a p. 25 v. 12 ad p. 60 v. 14. Itaque testimonia tantum ex tr. 2 c. 1 sumpta adduci possunt.
45 Demonstratio manuscriptorum glossarum, quae sensum tantum textus, non verba praebent, et illius praecipue in initio sententias tantum paraphrasi praebentis excerpti omissa est.

cum (cū)] tamen (tn̄),
vero (v^{o})] nec (n^{c}).
Hi per se innoxii errores congregatim apparentes cognitionem textus valde impedire possunt, ex. gr.:
p. 66 v. 3–5: Et omne illud quod ante individua proximum est …, species erit solum *BBrO2P3V2R5ShR1V1BlEsF1R4R2R3Si*] Et esse illud quod autem individuo proximum est … species erit solum *CaP1P2O1WoBs1Mz1Pi*.
Abbreviationes quaedam verborum perperam intellectae textum valde commutant, ex. gr.:
p. 18 v. 66: demonstrationem] divisionem *A1*
p. 30 v. 13: demonstratio] de necessario *A1*
p. 44 v. 55: ad genus] agentis *A1*
p. 49 v. 27: ab Aristotele] aliarum *A1*
p. 58 v. 56: fatetur] facit *A1*
p. 58 v. 53: unum] nomen *A1*
p. 72 v. 59: victoria] materia *A1*
p. 83 v. 61: falsum] si non *A1*
p. 91 v. 9: sicut vult Aristoteles] sint multarum *A1*.
Quantopere textus familiae A1, cum aliud mendum aliud subsequebatur, deformari potuerit, nusquam manifestius fit quam ex p. 67 v. 13.22.49.55.59.67, ubi in pagina una septem ex parte graves errores reperiuntur.
Sicut ex illis exemplis apertum est, traditio A1 graves partim errores habet, ita ut ad constitutionem textus ceteris familiis traditionis utendum sit.

Familia subalterna A1^{1} (*Ca*)

In hac familia A1 manuscriptum *Ca* optimum textum habet, cum cetera huius familiae testimonia plures aliosque quam reliqua traditio praebeant errores.
1) Praecipue in respectu positionis familiae *Ca* infra familiam A1 notandum est factum illud manuscriptum saepius textum integrum cum aliis traditionibus textus convenientem habere, ubi apud cetera manuscripta omissio quaedam visa est, ex. gr.:
p. 89 v. 42–43: Tali autem assignatione describi non potest neque differentia communis neque differentia propria] describi *om. P1P2O1WoBs1Mz1*
p. 92 v. 42–44: Et erat hoc dictum Anaxagorae, propter quod etiam ipse Aristoteles *CaO2P3ShR1V1BlEsF1R4PiSi*] Anaxagorae *om. P1P2O1WoBs1Mz1 corr. in marg. O1*^{1}.
2) Locum extraordinarium a manuscripto *Ca* intra familiam suam obtineri ex eo etiam clarius apparet, quod textus nonnullis homoioteleutis familiae A1 vacat, ex. gr.:
p. 63 v. 40–43: Habent enim habitudinem ad superiora, secundum quam species superiorum esse dicuntur. Habent etiam habitudinem ad posteriora secundum descensum *CaO2P3V2ShR1V1BlEsF1R4PiR2R3Si*] Habent enim habitudinem ad posteriora secundum descensum *P1P2O1WoBs1Mz1* (Homoiokephalon),
p. 74 v. 59–61: forma quae praedicatur, non praedicatur, termini sit notio et nomen totius esse rei *Ca*] forma quae praedicatur termini sit notio et nomen totius esse rei *P1P2O1Bs1Mz1* (Homoioteleuton),
p. 79 v. 39–42: quae specifica differentia est qualitas essentialis hominis, qua rationalis dicitur. Haec enim differentia, quamvis sit forma essentialis hominis, tamen est qualitas naturalis generis *CaShR1V1BlEsF1R4Pi R2R3Si pavlp*] quae specifica differentia est qualitas essentialis hominis, tamen est qualitas naturalis generis *P1P2O1WoBs1Mz1* (Homoioteleuton),
p. 100 v. 56–60: Quamvis enim una sola forma sive differentia, quae a forma sumitur, praesentia et absentia sua possit facere divisionem, sicut et in physicis una sola forma praesentia et absentia facit mutationem ab esse ad non esse *CaO2P3V2R5ShR1V1BlEsF1Si*] Quamvis enim una sola forma sive differentia, quae a forma sumitur, praesentia et absentia facit mutationem ab esse ad non esse *P1P2O1WoBs1BMz1Pi pavlp* (Homoioteleuton).
3) Aliae variationes textus discrepantiam manuscripti *Ca* ab familia propria demonstrant, ex. gr.:
p. 17 v. 19.28: praedicabile *Ca*] universale *P1P2O1Wo Mz1O2*
p. 26 v. 55: indivisibilitatis *CaBrO2P3V2ShR1V1BlEsF1 R4R2R3Si*] divisibilitatis *P1P2O1WoBs1Mz1Pi*
p. 89 v. 66: essentiatur *Ca*] causetur *P1P2O1WoBs1Mz1*
p. 89 v. 67: essentiatur *Ca*] essentialiter *P1P2O1WoBs1Mz1*.
4) Ceterum *Ca* a nonnullis mendis suae familiae vacat, quae abbreviationibus falso explicatis irrepserant, ex. gr.:
p. 76 v. 44–45: tunc accidentia sunt in ipsa nominatione concepta *Ca*] tunc accidentia sunt in ipsa nomina ratione concepta *P1P2O1WoBs1Mz1*.
5) Praeterea *Ca* proprietates cum manuscriptis aliarum familiarum communes habet, ex. gr.:
p. 44 v. 15–17 in *Ca* initium capituli secundi tractatus De specie ‘Alfarabius autem’ in consensione cum *O2* et *V2* subsequitur sine titulo sive caesura finem capituli praecedentis ‘intentionibus speciei’. Illa coincidentia eo notabilior est, quod *Ca* ceteris locis cum *O2* et *V2* non consentit. Insuper *Ca* et *Sh* et *R1V1* eandem numerationem falsam praesentant: capitula 4, 5, 6, 7 tractatus De universalibus in communi numerantur ut capitula 3, 4, 5, 6.
6) Errores codicis manuscripti *Ca*
Ca intra familiam A1 apertissime paucissimos errores proprios habet et in qualitate textus constituendi positionem separatam tenet. Ex. gr. in tractatu De antecedentibus ad logicam decem tantum errores minores proprios praebet. Similiter se habet tractatus De universalibus in communi, in quo novem tantum errores minores proprii insunt. Etiam in tertio et quarto tractatu qualitas textus *Ca* bona videtur habentis solum in primo tredecim et in secundo decem variationes proprias. Si comparas manuscriptum *P1*, quod secundo loco optimum haberi possit, in tractatu primo circiter 30, in secundo 34, in tertio 13 inque quarto 18 errores proprios in textu praebet. Et ideo *Ca* textum certe bonum familiae A1 praebet erroribus typicis huius traditionis omissis.

Fragmentum *Caf*

In initio codicis Cambrensis 962 (f.Ira-va) fragmentum invenitur, quod partem quandam primi tractatus libri De quinque universalibus continet. Incipit a primo capitulo ('De loyca intendentibus …') et in initio capituli tertii ('et qualiter se habet', p. 5 v. 15–16) cessat. Hoc fragmentum eadem manu scriptum est, qua etiam in hoc codice subsequens apographon totum scriptum est, et ad idem quoque exemplar reduci potest, nam nonnullas lectiones proprias manuscripti *Ca* praebet:
p. 2 v. 56: quamvis] quam *CaCaf*
p. 3 v. 17: sint] sicut *CaCaf*
p. 3 v. 24: scibili] scibili sunt *CaCaf*
p. 3 v. 41: quod] quae *CaCaf*
p. 3 v. 68–69: Alfarabius] Alphaca *et lac. CaCaf.*
Alia ex parte pluribus locis a *Ca* recedit, quare errores scribae ab illis erroribus manuscripti exemplaris discerni possunt:
p. 1 v. 18: struere *Caf*] astruere *Ca*
p. 1 v. 26: scientia *Caf*] scientiam *Ca*
p. 1 v. 27: quod *Caf*] quae *Ca*
p. 2 v. 25: profectae *Caf*] perfectae *Ca*
p. 2 v. 56: quod *Caf*] secundum *Ca*
p. 3 v. 10: generalis *Caf*] generis *Ca*
p. 3 v. 37: cuius *Caf*] unus *Ca*
p. 3 v. 68: contentionem *Caf*] intentionem *Ca.*
Cur impetus primus exemplar describendi abruptus sit, explanari non iam potest.

De familia subalterna A1^2 (*P1P2, O1Wo, BBs1Mz1*)

Codices ceteri familiae A1, etsi plus minusve singulas variationes et errores proprios habent, tamen eundem typum textus praebent. In codicibus *P1P2, O1Wo, BBs1Mz1* locis perpaucis exceptis cuncti errores collectivi (ex. gr. sunt corruptiones ex falsa abbreviaturarum lectione ortae, omissiones, dittographiae, commutationes terminorum etc.) reperiuntur.
Praeter hunc fundamentalem generis textus consensum etiam affinitates aut differentiae inter singula manuscripta apparent. Et ideo codices *P1* et *P2* hinc *O1* et *Wo* illinc multis locis communibus duae clare distinctae familiae subalternae exsistunt.

P1 et *P2*

Sicut ex serie communium a ceteris manuscriptis familiae A discrepantiarum apparet, *P1* et *P2* artius cohaerent:
p. 10 v. 34: vice] vicem *P1P2*
p. 11 v. 30: est] cum *P1P2*
p. 14 v. 34: inserta] incerta *P1P2*
p. 39 v. 8: proportionis] propositionis *P1P2 corr. P2*^{2}
p. 40 v. 8: propter] per *P1P2*
p. 43 v. 31: generationem] generationis *P1P2.*
Talibus variationibus et singularibus mendis propriis exceptis et *P1* et *P2* constanter typum familiae A1 repraesentant.

P1 bonum textum plerumque praebet, tamen manuscriptum illud multas omissiones habet, quarum plurimas scriptor ipse in margine correxit. Proprius est codicis *P1* continuus usus scribendi 'signatio', 'signatum', 'signare' etc. pro 'significatio', 'significatum', 'significare' etc.

Manuscriptum *P2* praecipue in tractatibus 1–3 accurate manu secunda correctum est. Quarum correctionum plurimae sunt argutae et saepe cum lectionibus familiae C congruunt. Corrector idem textui Alberti nonnullas explanationes atque glossas marginales attulit. *P2* unum atque solum ex manuscriptis conservatis vestigia numerationis peciarum praebet, ex. gr. in foliis 83va ('VII pecia'), 86va ('VIII pecia'), 95^{rb} ('XI pecia').

O1 et *Wo*

Haec manuscripta raris exceptionibus lectiones familiae A1 monstrant. In hac consensione generali tamen nonnullae communes aberrationes duorum codicum ab ceteris manuscriptis statuendae sunt:
p. 10 v. 10: pluribus] plures *O1Wo*
p. 10 v. 12: opinione] oppositione *O1WoF1*
p. 31 v. 48: secundum] esse *add. O1Wo*
p. 32 v. 1: naturae] videtur *O1Wo*
p. 119 v. 9: enim] eidem *add. O1Wo*
p. 59 v. 19–20: et aliquid] aliquid quoque *O1Wo*
p. 109 v. 66: sensus] spiritus *O1Wo*
p. 114 v. 49: notio] proprium *O1Wo lac. CaP1P2.*
Cohaerentia manuscriptorum *O1* et *Wo* longiore verborum transpositione perspicue demonstratur:
p. 4 v. 22–30: Si autem procedat ex fictis … sophistica] Si autem procedit ex causis essentialibus et propriis, erit pars alia, quae vocatur demonstrativa. Si autem procedit ex his, quae videntur et non sunt, erit pars alia logicae, quae vocatur sophistica. Si autem procedit ex fictis facientibus delectationem vel abominationem, erit pars alia logicae, quae vocatur poesis vel poetica. Si autem procedit ex probabilibus communibus, quae in pluribus inveniuntur, erit pars alia, quae proprie vocatur dialectica *O1Wo.*
Praeterea *O1* seriem lectionum propriarum, quae nonnullis locis cum variationibus familiae C concordant, habet:
p. 3 v. 66–67: de intentione esse] esse de intentione *O1EsF1R1V1Si pavlp*
p. 3 v. 68: contentionem *CafP2*^{2}*O1O2P3R5ShR1V1EsR4Si pavlp*] intentionem *CaP1P2WoBs1Mz1BlF1R2R3 corr. P2*^{2}
p. 5 v. 46: habent *O1P3V2R1V1BlEsF1R4Pi pavlp*] *om. CaP1P2WoBs1Mz1Sh ins. in marg. P2*^{2}
p. 9 v. 19–21: et parietem … et parietem *O1Bs1V2R1V1Es F1PiR2*] *hom. CaP1P2WoBMz1Bl pavlp ins. in marg. Ca*^{1}*P1*^{1}
p. 92 v. 43: Anaxagorae] *om. P1P2O1WoMz1 ins. in marg. O1*^{1}.
Unum solum ex manuscriptis conservatis *O1* (f. 28ra) formam atque speciem arboris Porphyrii adumbravit.

In universum *O1* et *Wo* artius cum ceteris textus testimoniis quam reliqua membra familiae A1 cohaerent.

BBs1Mz1

Manuscripta duo *Bs1* et *Mz1* et fragmentum *B* solum eo congruunt, quod cum manuscriptis duarum reliquarum familiarum specialium (*P1P2* et *O1Wo*) non notabiliter consentiunt.

Bs1 sine dubio pessimum totius familiae textum continet, praecipue in primis tractatibus 1–4, in secunda parte aliquanto meliorem textum habet.

Codex *Mz1* cum codice *Bs1* comparatus perspicue meliorem textum monstrat, sed hoc manuscriptum multa propria menda habet et apparenter post *P1* et *P2* postponendum est.

Fragmentum *B* textum plenum tractatus primi et secundi De antecedentibus ad logicam et De universalibus in communi (p. 1 v. 1 – p. 40 v. 38) continet et multis singularibus variationibus typum textus familiae A1 repraesentat.

Familia A2 (*BrO2P3V2*)

Cohaerentia huius familiae subalternae, ex qua *Br* interdum propter retractationes posteriores excedit, ex serie lectionum singularium, quae ex coniecturis ortae esse videntur, apparet. Ita ex. gr. *BrO2P3V2*[1] et *P2*[2] in p. 17 v. 23 verbum aliquod in multis codicibus omissum verbo 'est' supplent, *BlEsF1R4R2R3Si* autem verbum 'attenditur' et *P1*[1]*Mz1*[1] verbum 'fit' inserunt.

Alia exempla:

p. 2 v. 13: formae intellectuales *R1V1PiR3Si pavlp*] intellectuales *CaCafP1P2O1WoBs1Mz1O2V2R5Sh* formae *ins. sup. lin. V2*[1] intelligibilia *BrO2P3* intellectuales res *EsF1R4R2* intellectuales res vel formae *Bl*

p. 19 v. 6: possunt] et *add. BrO2P3*

p. 25 v. 15: ultimi esse, et non a numero essentiae *CaP1P2Bs1BMz1V2ShR1V1BlEsF1R4 pavlp*] essentiae et non a numero ultimi esse *BrO2P3P2*[2].

Haec familia propter multa et communia et singularia menda qualitatem deteriorem omnino habet. Praecipue hoc in codice *P3* liquidum est, cui scriptor necnon duo minimum lectores multas correcturas intulerunt. Multo deterius manuscriptum *O2* habendum est, sed mire hic codex nonnullas meliores lectiones vel coniecturas continet, ex. gr.:

p. 76 v. 62: individuum *O2V2Pi pavlp*] speciem *cett. codd.*

p. 124 v. 16: genere et] *om. O2.*

Codices *BrO2P3V2* haud paucas lectiones communes cum familia A1 praebent:

p. 12 v. 28: omnia media] viam mediam *CaP1P2O1WoBMz1BrO2P3V2 pavlp* unam mediam *Pi*

p. 21 v. 39–40: omnis] entis *CaP1P2O1WoBBs1Mz1BrO2P3V2*

p. 21 v. 67: eo *CaP1P2O1WoBBs1Mz1BrO2P3V2Pi pavlp*] ita *R5ShR1V1EsF1R2R3*

p. 29 v. 12: essentiale] corporale *CaP1P2O1WoBBs1Mz1BrO2P3V2 om. Pi pavlp*

p. 33 v. 17: cui *R1V1BlEsF1PiR2R3Si pavlp*] cum *CaBBrBs1Mz1P1P2P3O1R4ShWo*

p. 29 v. 44: punctum] *om. CaP1P2O1WoBBs1Mz1BrO2P3V2Sh*

p. 31 v. 47: in intentione *CaShBlF1R4*] instrumentum *Ca*[1]*P1P2O1WoBBs1Mz1BrO2P3V2PiSi pavlp* in mente *R1V1R2R3.*

Saepius cum manuscriptis familiae *C* consentiunt:

p. 11 v. 52: coniungit] *P2*[2]*BrO2P3V2R1V1BlPiR2R3Si pavlp*] contingit *CaP1P2O1WoBMz1R5ShEsF1R4*

p. 14 v. 60: coniuncta] coniunctiva *BrP3V2EsF1*

p. 26 v. 58–59: omnis species quantitatis *BrO2P3*[1]*V2ShR1V1BlEsF1R4PiR2Si pavlp*] causans species quantitas *CaP1P2O1WoBBs1Mz1*

p. 29 v. 66: essentiae *BrO2P3V2BlEsF1R4R2 vlp*] existentiae *CaP1P2O1WoBBs1Mz1ShR1V1PiR3Si pa.*

Saepe *O2P3V2* quoque cum manuscriptis familiae C2 concordant:

p. 17 v. 46–47: metaphysicam] metaphysicum *O2P3V2EsF1R4*

p. 18 v. 25: haec] hoc *O2P3V2EsF1R4.*

Intra hanc familiam quidam loci propinquitatem artiorem manuscriptorum *O2* et *P3* indicant:

p. 17 v. 26: per – rationem *om. O2P3*

p. 17 v. 27: sit] secundum *O2P3*

p. 18 v. 9: vero[2]] autem *O2P3*

p. 18 v. 62: omnes] omnia *O2P3*

insuper manuscriptorum *P3* et *V2*:

p. 17 v. 8: alio] aliquo *P3V2*

p. 18 v. 26: habent] habet *P3V2.*

V2 lectiones insuper varias communes cum familiae C2 manuscriptis *EsF1R4* habet:

p. 17 v. 39: aptum] actum natum *EsF1V2*

p. 58 v. 50: altera] alia *EsF1R4V2*

p. 59 v. 6–7: plenae – speciositas] speciei est speciositas *EsF1R4V2.*

Manuscriptum *Br* interdum lectiones duplices continet, quae ipsae quoque ad textum mixtum familiae A-C spectant:

p. 17 v. 19: universale *P1P2O1WoMz1Br*[1]*O2P3*[1]] praedicabile *CaBs1V2R5ShR1V1BlEsF1R4PiR2R3Si* praedicabile universale *BrP3* communicabile *add. Si*[1]

p. 17 v. 28: universale *P1P2O1WoMz1O2P3*[1]*V2*] praedicabile *CaBs1P3R5ShV1BlEsF1R4PiR2R3Si* praedicabile universale *BrR1V1*[1].

Comparatione cum ceteris testimoniis huius familiae facta manuscriptum ponderis sui esse etiam his locis comprobatur:

p. 18 v. 25: praedicabilis *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3*[1]*ShR1V1R2R3Si*] praedicabilium *BrBlEsF1R4Pi* praedicabilem *V2* praedicabiles *R5*

p. 18 v. 27: unum *R5ShBrR1V1BlEsF1R4R2R3Si*] ea primo *Ca* ea quae *O2V2* ea non *P1P2O1WoBs1Mz1*[1]*P3* non *del. P1*[1] ea unum *P3*[1]*PiSi*[1]

p. 19 v. 11: per *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3V2R5ShR1V1BlPiR2R3Si*] propter *Br EsF1R4.*

Manuscripti *Br*, cum multas correcturas rasuris superscriptis ortas habeat, intra stemma positionem originalem, quam habuerit, certo cognosci non iam potest. Praeterea etiam quaestionem, unde correcturae ortae sint, non iam solvi potest, cum correcturae nulli stemmatis familiae attribui possunt.

II. Familia B (*R5Sh*)

Manuscriptum *Sh* saepius communitates notabiles cum familia A1 praebet et idcirco diversam a familia C traditionem textus repraesentat:
p. 30 v. 27: de materiam] demonstrata *CaP2O1Bs1 Mz1Sh*
p. 34 v. 10: se] non *add. CaP1P2O1WoBMz1Sh*
p. 34 v. 17: lumen] verum *CaP1P2O1WoBs1Mz1ShP3*
p. 39 v. 55: quod *om. CaP1P2Sh*
p. 53 v. 24: quae] praedicata *CaP1P2WoBs1Mz1O2P3Sh*
p. 70 v. 40: generis] speciei *CaP1P2O1WoBs1Mz1R5Sh*
p. 127 v. 50: communitatis] quod genera quidem *add. Ca Bs1Mz1O1P1P2R4R5ShWo.*
Multis quidem locis cum lectionibus ad textum constituendum valde valentibus singulorum codicum familiae C consentit:
p. 6 v. 50: omni scientiae *R5ShR1V1PiR2Si*] tam scitum *Ca* tam scitum quam *P1P2WoBMz1P3*
p. 12 v. 28: omnia media *R5ShV1BlEsF1R4Si*] viam mediam *CaP1P2WoBMz1BrP3V2*
p. 28 v. 67: notiones *BrP3V2ShR1V1BlEsF1R4PiR2Si*] nationes *CaP1P2O1WoBMz1*
p. 33 v. 66: est cum *P3ShR1V1BlEsF1R4* entium *CaP1 P2WoBs1Mz1O2Pi.*

R5 ceterum cum *Sh* passim fere concordat, et sicut *Sh* potius familiae A1 appropinquat. Ex. gr. loci codici *Ca* soli similes sunt hi:
p. 143 v. 54–55: de natura] secundum naturam *CaR5*
p. 144 v. 4: totam] totum *CaR5*
p. 145 v. 42: speciei] specifici *CaR5.*
Hae lectiones variae manuscripto *R5* communes sunt cum *CaP1P2*, ex. gr.:
p. 121 v. 50: inseparabile] universale *CaP1P2F1R5Sh*
p. 124 v. 71: formas] se *add. CaP1P2R5Sh*
p. 142 v. 9: quae *om. CaP1P2R5Sh*
p. 145 v. 61: quando] non *add. CaP1P2R5Sh.*
Loci manuscriptis familiae C similes sunt ex. gr. hi:
p. 125 v. 47: differentiae] differentia *R5PiV1*
p. 126 v. 48: praedicatur] praedicetur *R5Sh*[1]*V1*
p. 133 v. 35: docetur] dicetur *R5Pi*
p. 138 v. 18: quod recessit] secundum recessum *R5Sh V1R4R2R3Si*
p. 143 v. 7: auditivi] auditui *R5Si*
p. 143 v. 28: concomitantiam] communicantiam *R5Pi.*

III. Familia C (*R1V1BlEsF1R4PiR2R3Si*)

Manuscripta huius familiae C in quattuor valde inter se differentes subalternas familias distribuenda sunt:

Familia subalterna C1 (*R1V1*)

Haec duo manuscripta artius cohaerent, quin etiam eisdem interpunctionibus hic illic utuntur, vide ex. gr. hos locos:
p. 17 v. 22: investigat per] investigatur *R1V1*
p. 17 v. 22–24: praedicabilium – oportet *om. R1V1*
p. 18 v. 68: est enim] et est *R1V1*
p. 19 v. 9: vel[1]] accidentis *add. R1V1*
p. 19 v. 11: removetur] amovetur *R1V1*
p. 58 v. 64: primo *om. R1V1*
p. 58 v. 67: deveniatur] veniatur *R1V1*
p. 59 v. 6: plenae] plenum *R1V1*
p. 59 v. 23: translatio enim] translationis nominis *R1V1*
p. 59 v. 16: debeant] debent *R1V1.*
R1 et *V1* rarissime cum lectionibus insignibus familiae A1 concordant.

Familia subalterna C2 (*BlEsF1R4*)

Manuscripta *BlEsF1R4* inter alia longo supplemento textus in p. 72 v. 78–79, quod item ac *V2* praebet, cohaerere perspicue comprobatur. Manuscriptum *Bl* ad eam familiam attribuendum esse evidenter apparet ex eo, quod illud manuscriptum in ipso tractatu De antecedentibus ad logicam circa 120 lectiones speciales codicum *EsF1R4* praebet.

Praeterea *EsF1R4* duabus rebus notabilibus a ceteris manuscriptis differunt:
1) Omnia tria manuscripta apparatu critico quamvis imperfecto praedita sunt, sed *Es* et *F1* multo plures variationes quam *R4* praesentant et in margine verbo 'alias' praenotatas afferunt:
p. 17 v. 48–49: praedicabilium] praedicati *EsF1* alias praedicabilium *in marg. F1*[1]
p. 18 v. 7: qua] quo *EsR4* qua *in marg. Es*[1]
p. 18 v. 19: significatur] alias sufficienter *in marg. F1*[1]
p. 18 v. 30: hoc *Es*] haec *F1* alias per haec *Es*[1].
Variationes in *Es* et *F1* marginales magna cum certitudine eadem manu scriptae sunt.[46]

R4 variantia verba in textu currente notat itemque per vocabulum 'alias' signat:
p. 3 v. 10: generis] generalis *EsF1* aliud genus generale *R4* alias genus *in marg. Es1*[1]*F1*[1]
p. 4 v. 21: persuasionem *F1*] praesumptionem alias persuasionem *R4* alias praesumptionem *in marg. F1*[1].
Usus in textu primario variationes afferendi etiam in *R3* reperitur, id est in manuscripto familiae C, quod et alias

46 Professori Herrad Spilling (Württembergische Landesbibliothek Stuttgart) pro illa informatione palaeographica gratias ago.

affinitates quasdam cum nostra familia subalterna monstrat.

2) Codices *EsF1R4* orthographia Italica manifeste infecti sunt, ex. gr. cum voces 'aptitudo', 'aptus' etc. in vocabula 'attitudo', 'attus' transformantur:

p. 17 v. 39: aptum] actum *EsF1R4*
p. 17 v. 41: aptitudinem] actitudinem *EsF1*
p. 17 v. 42: aptitudine] actitudine *EsR4* attitudine *F1*.

Aliter ac familia subalterna C1 (*R1V1*) manuscripta *BlEsF1R4* textum valde mixtum afferunt, quod alia ex parte saepius lectiones familiae A1 praesentant, ex. gr.:

p. 2 v. 59–60: sensibilem] neque secundum essentiam *add. CaCafP1P2BBs1BrO2P3V2ShBlEsF1R4R2R3*
p. 3 v. 68: contentionem] intentionem *CaP1P2EsF1R4*
p. 42 v. 24–25: Ptolemaeus ostendit *om. CaP1P2O1Wo Bs1Mz1O2P3V2ShEsF1R4*

et alia ex parte cum manuscriptis familiae A2 consentiunt:

p. 1 v. 26: scientiam *om. CaBrO2P3V2EsF1R2*
p. 29 v. 66: existentiae] essentiae *BrO2P3V2BlEsF1R4R2*
p. 127 v. 50: continentia suae communitatis *om. O2P3V2 F1R4R2*

et cum *Sh* (familia B):

p. 19 v. 16: consideratione] humana *add. ShEsF1R2R3*
p. 2 v. 59–60: sensibilem] neque secundum essentiam add. *CaCafP1P2ShEsF1R4*
p. 10 v. 23: subiectis] Socratis *ShR1V1EsF1R2R3Si*
p. 29 v. 12: essentiale *ShR1V1BlEsF1R4R2Si*] corporale *CaP1P2O1WoBBs1Mz1BrO2P3V2*.

Intra familiam subalternam C2 manuscripta *Es* et *F1* artius conveniunt et clare distinctam familiam specialem repraesentant, sed *Bl* et *R4* nonnullas lectiones proprias ostendunt. Quanto peior qualitas textus huius familiae C2 sit, evidenter ex collatione cum manuscripto primario *Ca* conspicitur: Illud in tractatu De antecedentibus ad logicam decem tantum menda habet propria, contra in eodem tractatu *F1* (quod tamen optimum familiae suae habetur) plus quam 300 aberrationes a textu constituto affert, inter quas insana menda observantur, ex. gr.:

p. 5 v. 59: ad lucrandum] se habet ad litteratum *Ca*
p. 6 v. 14: principiis] philosophiis *Ca*
p. 7 v. 11–12: singularis] angelus *Ca*
p. 7 v. 16–17: determinatione] ratiocinatione *Ca*
p. 7 v. 18: occultum] declarandum *Ca*
p. 8 v. 51: actionem] occasionem *Ca*
p. 11 v. 53–54: essentiam puram] potentiam *Ca*
p. 15 v. 67–68: demonstrationis] divinationum *Ca*
p. 16 v. 7: ut maxime communicabile scientiae] et maxime in scientiis coniecturalibus *Ca*.

Codex *F1*, etsi textus eius minoris est auctoritatis, tamen in apparatu critico adducetur, propterea quod ipso textu mixto latam traditionis effigiem nobis ante oculos ponit et interdum locis intellectu difficilibus lectiones aptas praebet eius modi, ut illae ad traditionem originalem fortasse pertineant:

p. 3 v. 57: propositionum] probationum *F1*
p. 4 v. 21: persuasionem *F1*] praesumptionem *Ca etc.*
p. 54 v. 19: ipsam *F1*] ipsum *Ca etc.*
p. 80 v. 54: per se *F1 om. Ca etc.*
p. 90 v. 16: quae *F1*] quod *Ca etc.*
p. 105 v. 5: differentia est *F1 om. Ca etc.*
p. 119 v. 30: per *F1 om. Ca etc.*
p. 126 v. 59: causa *Ca etc.*] esse *F1*
p. 144 v. 7: hominis *F1*] hominem *Ca etc.*
p. 145 v. 13: propter *F1*] praeter *Ca etc.*
p. 145 v. 34: esse *F1 om. Ca etc.*

Familia subalterna C3 (*Pi*)

Proximum est illud manuscriptum *Pi* textui editionum typis impressarum *pavlp*, et tali aspectu intra familiam C positionem specialem habet. Tamen inter *Pi* et textum impressum tantae differentiae exsistunt, ut fundamentum textus commune certe negandum sit. Textus *Pi* multo pluribus mendis quam alia manuscripta inquinatus valde commixtus est cum lectionibus familiae A1, cuius contaminationis ceteri codices familiae C non semper sunt participes:

p. 1 v. 51: consideratus] consideratum *CaCafP1P2Pi*
p. 5 v. 21: quaerimus] intendimus *P1P2Pi*
p. 11 v. 28: embotum *CaP1P2ShPi*] embrocha *F1 etc.*
p. 22 v. 39–40: per – nisi *hom. CaP1P2Pi*
p. 26 v. 55: divisibilitatis] indivisibiltatis *P1P2Pi*
p. 33 v. 66: est cum] entium *CaP1P2WoBs1Mz1BrO2Pi*
p. 40 v. 24: infinitum] intentum *CaP1P2O1WoMz1BrP3 V2ShPi*
p. 66 v. 3–4: et – individua] et esse illud quod autem individuo *CaP1P2Pi*
p. 75 v. 41: substantialiter] specialiter *CaP1P2Pi.*

Familia subalterna C4 (*R2R3Si*)

Haec familia subalterna C4 est laxa congregatio codicum, quorum plurimi vix ulla proprietate a ceteris manuscriptis clare differunt ita ut certo loco stemmatis difficulter inserantur.

Manuscriptum *Si* longe optimum textum habet huius congregationis et prae ceteris cum familia subalterna C1 (*R1V1*) et C3 (*Pi*) artius cohaeret:

p. 2 v. 13: formae intellectuales *R1V1PiR3Si pavlp*] intellectuales *CaCafP1P2O1WoBs1Mz1V2R5Sh* intelligibilia *BrO2P3* intellectuales res *R2EsF1R4* intellectuales res vel formae *Bl*
p. 3 v. 27: secundum] id *add. R1V1PiR3Si pavlp*
p. 6 v. 50: omni scientiae *R5ShR1V1PiR3Si pavlp*] tam scitum *Ca* tam scitum quam *P1P2WoBMz1P3* omnis scientiae *BlEsF1R4R2*
p. 9 v. 31: oppositum unius signum facit oppositum] oppositio significat oppositionem vel oppositum significat oppositum *R1V1PiSi pavlp*

p. 11 v. 4–5: secundum] diversam *add. P1R1V1R2Si pavlp*
p. 10 v. 29: vox *P2²P3²V2R1V1PiR2R3Si pavlp*] *om. cett. codd.*
p. 11 v. 38: aliis] habemus *add. R1V1PiR2Si pavlp*
p. 12 v. 44: sed *R1V1PiR2R3Si pavlp*] et *cett. codd.*
p. 106 v. 65: totum esse *R1V1PiSi pavlp*] *om. cett. codd.*

R2 et *R3* ex multis lectionibus communibus gregem specialem faciunt:
p. 17 v. 22: praedicabilium] *om. R2R3*
p. 17 v. 42: sua] suae naturae *R2R3*
p. 18 v. 18: omnia ista] illa *R2R3*
p. 21 v. 39: omnis *R5ShV1BlEsF1R4PiR1Si pavlp*] entis *CaP1P2O1W0BBs1Mz1BrO2P3V2 om. R2R3*
p. 124 v. 52: differentiae animalis] *om. V2R2R3*
p. 124 v. 66: in ea] differentia *R2R3*
p. 133 v. 10: differentia] et specie *add. R2R3*
p. 136 v. 12–13: habitu completa] habita completiva *R2R3*.

Saepius textum codicum *R1V1* pariter repraesentant:
p. 12 v. 44: sed *R1V1PiR2R3Si pavlp*] et *cett. codd.*
p. 13 v. 14: mora *R5R1V1R2R3 pavlp*] meta *cett. codd.*
p. 31 v. 47: in intentione *CaShBlF1R4*] instrumentum *Ca¹P1P2O1W0BBs1Mz1BrO2P3PiSiV2 pavlp* in mente *R1V1R2R3*

aut codicum *BlEsF1R4*:
p. 3 v. 57: propositionum] probationum *BlF1R4R2R3*
p. 4 v. 21: praesumptionem] persuasionem *BlF1R2R3*
p. 17 v. 23: attenditur *BlEsF1R4R2R3Si*] *om. cett. codd.*
p. 19 v. 16: consideratione] humana *add. ShEsF1R2R3*.

IV. De editionibus iam typis expressis *pavlp*

Quattuor quas adhibuimus editiones eandem textus speciem praebent. Editio a Borgnet (*p*) composita paene nihil aliud est nisi editio Petri Jammy (*l*) denuo impressa illaque ipsa editionem Venetam (*v*) rarissimis minimisque aberrationibus exceptis fideliter reddit. Ea autem rursus editione Papiensi (*pa*) nititur, sed vetutsiorem traditionem librorum typis expressorum a recentiore quodammodo secernit, propterea quod in ea meliores textus correcturae et coniecturae reperiuntur, quae editioni Papiensi insertae nondum erant. Quod ad hanc rem attinet *v* est testimonium grave recognitionis textus De quinque universalibus, quae saeculo quinto decimo facta est, ut ex his locis cognosces:
p. 2 v. 27: Homerus] Hesiodus *vlp*
p. 6 v. 54.: in quibus singularibus] in quibus ex singularibus *vlp*
p. 120 v. 9: quod semper] quod non semper *vlp*.

Cum autem *l* et *p* impressionem novam editionis *v* repraesentant, paucis locis illi libri correcturas peculiares habent, ex. gr.:
p. 33 v. 34: modum esse] modum essendi *lp*.

Sicut iam supra dictum est[47] textus impressus proximus est codici *Pi* et similiter valde commixtus est, quia lectiones et ex familiae A et ex diversis subalternis familiis C in eum receptae sunt.

Qualitas textus impressi inter singula capita multum variat, aliquanto deterior est in tractatu De universalibus in communi, ubi multa menda sententias falsas ac partim inter se contrarias gignunt, ita ut vel graves quaestiones doctrinae universalium non iam intellegi possint, ex. gr.:
p. 19 v. 51: facit] scit *pavlp*
p. 21 v. 67–68: extra intellectum nihil sit in rerum natura] nihil *om. pavlp*
p. 19 v. 57.60.61–62: praesubstractos … praesubstractum] praescriptos … praescriptum *pavlp*
p. 21 v. 27: incorporatum] comperatum *pav* comparatum *lp*
p. 32 v. 7–8: naturae communis communicabilitate] nec commune nec communicabile *pavlp*.

Aliis locis textus observatur quosdam incunabulorum errores commutationes in *l* et *p* effecisse, ex. gr.:
p. 32 v. 47: determinatum sine singulari] determinatum sive singulari *pav* determinatum sive singulare *lp*.

Usus communis libros citandi demum ex editione Petri Jammy orta est, id est ut tractatus perpetuo pernumerari et tractatum De antecedentibus ad logicam, qui universam logicam introducit, primum, tractatum autem De universalibus in communi doctrinam universalium inducentem secundum significari[48] institutum sit.

V. De valore traditionum singularum familiae A1 non obnoxiarum

Et *R5Sh*, manuscripta familiae B, et manuscripta familiae C (qui plurimi sunt codices Italici XV saeculi), quamquam nonnulla eorum nonnumquam cum familia A1 evidenter consentiunt, a typicis erroribus libera sunt familiae A1. Quae res non coniecturis postea insertis effecta est, sed potius manuscripta familiae et B et C ad traditionem familiae A non obnoxiam reducenda sunt. Qua in re tamen neglegendum non est multas lectiones codicum posteriorum etiam ex correcturis postea inscriptis pendere. Utrum variationes non insanae codicum posteriorum correcturae postea scriptae an vestigia textus authentici sint, in casibus singulis saepius incertum manet. Regulae saltem constituendae sunt hae:
1) Si editiones solae textum, qui melior videtur, habent, verisimile est coniecturam priorum editorum esse.
2) Si manuscripta singula tantum saeculi XV textum, qui melior videtur, continent, coniecturam esse prioris lectoris verisimile est, praesertim cum manuscripta alia aliter textum corrigunt, ex. gr. p. 113 v. 6–7, ubi manuscripta quaedam verbum apud plurimos testes omissum

47 Cf. p. XVI. **48** Sicut in manuscriptis tractatus in editione non numerantur. Concordantia dat occasionem sententias singulas reperiendi, cf. p. 191.

insertione verbi ‘tractare’, quaedam autem iniectione verbi ‘determinare’ supplent.

3) Si in manuscriptis XV saeculi varia lectio, quae ad textus constitutionem est apta, etiam in antiquioribus codicibus (praecipue in *Sh*) traditur atque occurrit, illa communem traditionem antiquiorem hic subesse posse indicat.

VI. Manuscriptorum archetypo utrum confidendum sit necne

Iam vidimus supra[49] manuscripta gravissima et antiquissima familiae A1 multos errores communes habere, quibus familiae et B et C paene omnes vacant. Praeterea sunt corrupti quidam loci, qui in cunctis familiis pariter reperiuntur. Haec menda sic distribui possunt:

1) Commutationes terminorum, ex. gr. ‘species’ pro ‘individuum’,[50] ‘accidens’ pro ‘proprium’, ‘proprium’ pro ‘genus’ et vice versa,[51] ‘differentia’ pro ‘universale’,[52] ‘accidens’ pro ‘accidentale’,[53] ‘proprium’ pro ‘species’[54] etc.

2) Falsa vel corrupta rescriptio locorum allatorum, ex. gr. p. 137 v. 36–37.

3) Omissiones verborum vel singulorum vel complurium vel totius partis sententiae sunt, ex. gr.:

p. 105 v. 2–6: Genus autem se habet ad differentiam ut potentia et ut ens imperfectum perficiendum per differentiam sicut materia per formam et ut eductum de potestate ipsius sicut forma educitur de materia *CaP1 P2O1W0Bs1Mz1O2P3V2R5ShR1V1BlPiR2R3Si pavlp*] Genus autem se habet ad differentiam … sicut materia per formam et differentia est ut eductum de potestate ipsius sicut forma educitur de materia *EsF1R4.*

4) Sententiae duplices vel superfluae insunt, ex. gr.:

p. 127 v. 49: Amplius autem sexta est differentia quod genera quidem continentia suae communitatis quod genera quidem abundant a speciebus *CaP1P2O1W0Bs1 Mz1R5ShR4*] Amplius autem sexta est differentia quod genera quidem continentia suae communitatis abundant a speciebus *R1V1Si* Amplius autem sexta est differentia quod genera quidem abundant a speciebus *O2 P3V2F1PiR2R3 pavlp*

p. 135 v. 29–31: et quod equus simpliciter et asinus simpliciter cum asino simpliciter non conveniunt ad generationem … *CaP1O1W0Bs1Mz1P3V2R5ShF1R4Si*] et quod equus simpliciter et asinus simpliciter non conveniunt ad generationem … *R1PiV1 pavlp.*

5) Positio sententiarum falsa est, ex. gr.:

p. 99 v. 52–69: Generalis enim (scilicet differentia) non est, quae ad certam naturam determinat. – Quod autem quaeritur, quo differt differentia a differentia, dicendum quod seipsa, et ideo non ibitur in infinitum. Prima enim omnia differunt seipsis. Et per hoc patet solutio omnium inductorum – Nec potest dici generalis, ut quidam dicunt, quia sit pars essentialis speciei sicut genus *codd. et edd.* In hoc casu quaestionis solutio (‘Quod autem quaeritur … inductorum’) mediam in responsionem obiectionis interposita est, qua re sententiarum ordo interrumpitur, ita ut pars responsionis altera (‘nec potest dici generalis’) sine contextu relicta maneat. Lectori verba inserta tollenda sunt, ut argumentatio intelligatur.

6) Sententiae in factis sunt falsae, ex. gr.:

p. 12 v. 60–61.: ‘Per aeque quidem ignotum, sicut quando diffinitur tempus quod est mora’ *CaP1 P2O1W0BMz1BrO2P3V2BlEsF1.* Haec sententia sensu stricto falsa est, propterea quod ‘mora motus’ non quicquam tam ignotum quam tempus, sed tempus ipsum est. Itaque simili modo atque in libris prelo mandatis secundum explanationem[55] terminorum praemissam legendum est: ‘Per ⟨idem⟩ quidem ignotum, sicut quando diffinitur tempus quod est mora motus’.

p. 54 v. 18–19: species autem (*om. CaP1P2*) est in genere sicut in continente ipsum *CaP1P2O1W0Bs1Mz1O2P3V2 ShR1V1BlPiSi pavlp*] species autem est in genere sicut in continente ipsam *EsF1R4R2R3*

p. 25 v. 15: a numero ultimi esse et non a numero essentiae *CaP1P2BBs1Mz1V2ShR1V1BlEsF1R4 pavlp*] a numero essentiae et non a numero ultimi esse $P2^{2}O2P3$.

7) Sunt etiam enumerationes falsae atque ordinis commutatio, quae ad obiectiones sive explanationes terminorum praecedentes pertinent, ex. gr.:

p. 57 v. 3–5: Secundo modo unum est prius altero et non e converso. Tertio autem modo utrumque prius altero et e converso diversis respectibus *CaP1O1W0Bs1 Mz1EsF1O2P3V2ShR1V2R4Pi pavlp*] Secundo modo utrumque est prius altero et e converso diversis respectibus. Tertio modo unum est prius altero et non e converso *R1V1R2Si* Tertio modo unum est prius altero et non e converso. Secundo autem modo utrumque prius altero et e converso diversis respectibus $Sh^{1}Bl.$

Cum autem errores evidentes in omnibus manuscriptis reperti sint, ita ut traditione manuscriptorum examinata textus integer et in se constans constitui non possit, quinque locis coniecturae quaedam proponendae sunt:

p. 14 v. 60: simplex] scilicet *CaP1P2ShPi om. F1 pavlp*

p. 36 v. 62.63, p. 37 v. 8: convenienti *editor*] consequenti *CaP1P2F1ShV1Pi pavlp*

p. 114 v. 3–4: accidentale *editor cum Avic.*] accidens *codd. edd.*

p. 134 v. 28: species *editor cum pavlp*] proprium *CaF1P2Pi R5ShV1* propria *P1*

p. 144 v. 9: generis *editor cum Avic. om. codd. pavlp.*

49 Cf. supra p.XII. **50** Cf. p. 76 v. 62: individuum *O2V2Pi pavlp*] speciem *cett. codd.* **51** Cf. p. 50 v. 41 sq. 45. **52** Cf. p. 80 v. 70: universale $P3^{2}PiSi^{1}$ *pavlp*] differentia *cett. codd.* **53** Cf. p. 114 v. 3 sq. **54** Cf. p. 134 v. 28: species *pavlp*] proprium *codd.* **55** Cf. p. 12 v. 57: ‘diffinitur per id quod est idem’.

§ 5. De textu ab Alberto exposito

Fundamentum textus ab Alberto expositi est Isagoge Porphyrii a Boethio Latine versa. Tractatus ultimus ('De comparatione quinque universalium ad invicem ex Avicennae logica'), quod attinet ad paraphrasin textus, separatim aspiciendus est. Hic enim, sicut Albertus ipse expressis verbis indicat,[56] non doctrinam universalium Porphyrii exponit, sed ultimum capitulum secundae partis logicae ab Avicenna quidem conscriptae, ab Avendauth autem, ut Albertus ipse putat, conversae.

Quod ad textum Porphyrii ipsius, quo Albertus usus est, attinet, cum eum confers cum editione Latina a Minio-Palluelo (quo textu testimoniali nitimur) composita, versionem, qua Albertus usus est, in universum iudicatam conspicua quadam natura fuisse apparet. Cum igitur textus ab Alberto paraphrasi redditus cum lectionibus illis congruit, quae in apparatu critico editionis a Minio-Palluelo factae adducuntur, illae lectiones variae in nostra editione separato apparatu critico enumerabuntur.

§ 6. De constitutione textus

I. De manuscripto principali deque normis textus constituendi

Norma editoria manuscripti principalis ceteris textus testibus praeferendi parce tantum et modeste propter condiciones traditionis supra demonstratas adhiberi potest. In nostra editione manuscriptum *Ca* iudicio nostro tamquam fundamentum ponimus, eo quidem modo, ut propter errores proprios et familiae A1 communes illi diminutam tantum auctoritatem tribuere possimus.

Cum ab illo manuscripto *Ca* decessimus, tales regulae constitutionis adhibitae sunt:

1) Cum una et unica varia lectio illius manuscripti separatim contra omnes ceteros codices omnium trium familiarum legitur, versio manuscripti principalis fere corrigenda est.

2) Cum familia A1 meliorem textum in universum praebeat quam duae ceterae familiae maioris momenti esse videatur, si divergentiae inter cunctas tres familias sunt, versio illius familiae A1 praeferri solet, nisi quodam loco causae probabiles repugnant.

3) Cum autem *Ca* in aberratione familiae suae cum manuscriptis ceterarum familiarum congruit, textum manuscripti *Ca* rectum legi valde veri simillimum est.

4) Cum *Ca* una cum ceteris suae familiae manuscriptis versionem in re falsam praebet, manuscripta autem familiae C meliorem ut videtur versionem tradunt, saepe, ut editor iudicat, ad constitutionem textus manuscriptum *Sh* (ex familia B) maioris momenti est. Cum autem *Sh* contra familiam A1 cum familia C concordat, indicium est *Sh* cum familia C versionem rectam conservavisse et familiam A1 textum corruptum tradidisse. Cum aliter *Sh* lectionem variam familiae A1 confirmat, lectionem quae melior videatur familiae C ex correctura postea scripta fluxisse concludi licet.

II. De apparatu critico commode instruendo

Si multitudinem lectionum variarum, quae sensu non carent, consideras, variantes minus graves (ex. gr. errores in scribendo, verborum transmutationes, res solum in formalibus positae, breves omissiones), ad numerum quam minimum in apparatu reducendae sunt. Tamen id contendimus, ut omnes, quoad fieri possit, lectiones manuscripti et *Ca* et – minore quidem mensura – *V1* et incunabulorum et *pa* et *v* illustrentur, qua re lectori ipsi praebeatur facultas illas tres textus formas restituendi.

§ 7. De orthographia

Formis peculiaribus orthographiae Editionis Coloniensis exceptis ad editionem nostram De quinque universalibus normae ac regulae valent, quas Georges in illo lexico suo Latino-Germanico posuit. In apparatu formae orthographiae peculiares negleguntur, ut ille variantibus sensu levioribus exoneretur.

§ 8. Gratiarum actio

Constitutio huius editionis a pecunia societatis Germanicae ad investigandum conditae (Deutsche Forschungsgemeinschaft) adiuta est. Hoc loco Professori Mechthild Dreyer pro egregiis adiumentis gratias habemus. Porro collegis instituti Alberti Magni, qui me ad fontes investigandos adiuverunt quorumque auctoritas in ultima recensione textus magni momenti erat, gratias ago. Martin Bredenbeck magno impetu codificationem notationum transversarum curavit. Dr. Ruth Meyer administrationem et praeparationem partium textus et repertorii suscepit et formalibus profuit, pro quibus rebus perfectis imprimis gratias habeo. Dr. Michael Trauth labores ad imprimendam editionem necessarios suscepit. Dr. Hermann Josef Frings prolegomena in sermonem latinum vertit.

Tubingiae, mense Iunio 2003

Manuel Santos

56 Cf. p. 142 v. 7–14.

Appendix:
Catalogus selectarum variantium ex tr. 2 c. 1 et tr. 4 c. 2

A1 (CaP1P2O1WoBs1Mz1) et A2 (BrO2P3V2) discreta a B (R5Sh) et C (R1V1BlEsF1R4Pi R2R3Si)

p. 19 v. 22 illas *R1V1PiR2R3Si*] illa *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2R5Sh* ista *BlEsF1R4*
p. 58 v. 63–64 prima – videtur *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2ShBlEsF1R4*] *hom. R1V1PiR2R3Si*
p. 58 v. 69–70 est – tantum *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2ShBlEsF1R4*] *hom. R1V1PiR2R3Si*
p. 59 v. 79–80 vel – vel *R1V1PiR2Si*] *om. CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2ShBlEsF1R4R3*

A1 (CaP1P2O1WoBs1Mz1) qua familia

p. 17 v. 13 IV *BrO2P3*^{1}*R5ShR1V1BlEsF1R4R2R3Si*] I *CaP1P2Bs1Mz1P3V2Pi* libro primo *O1Wo*
p. 18 v. 6 inest ut *O2V2R1V1BlEsF1R4R2R3Si*] ut *BrP3Pi om. CaP1P2O1WoBs1Mz1R5Sh*
p. 18 v. 7 est^{1} *Ca*^{1}*O1BrO2P3V2R5R1V1BlEsF1R4PiR2R3Si om. CaP1P2WoBs1Mz1Sh*
p. 18 v. 19 quae *WoBrP3*^{1}*V2ShR1V1EsF1R4R2R3Si*] et *CaP1P2O1Bs1Mz1O2Bl*^{1} quod *R5* est *Bl* et qualiter *Pi om. P3*
p. 18 v. 37 prius *O1BrO2P3V2R5ShR1V1BlEsF1PiR2R3Si*] primum *CaP1P2WoBs1Mz1* proprium *R4*
p. 18 v. 65–66 necessarium *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3Pi*] et utilis *R3* est *Br*^{1}*V2* est et utile *add. EsF1* et utile est *R5* et utile *add. ShR1V1BlR4R2Si*
p. 19 v. 19 sufficit *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2R5Pi*] sufficiat *V2*^{1}*ShR1V1BlEsF1R4R2R3Si*

Definitio A1^{1} *(Ca) contra A1*^{2} *(P1P2O1WoBs1Mz1)*

p. 17 v. 28 universale *P1P2O1WoMz1O2P3*^{1}*V2*] praedicabile *CaBs1P3R5ShV1BlEsF1R4PiR2R3Si* praedicabile universale *BrR1V1*^{1}
p. 18 v. 27 unum *R5ShBrR1V1BlEsF1R4R2R3Si*] ea primo *Ca* ea quae *O2V2* ea non *P1P2O1Wo Bs1Mz1*^{1}*P3* non *del. P1*^{1} ea unum *P3*^{1}*Pi Si*^{1}
p. 58 v. 59 qua *CaBrO2P3V2ShR1V1BlEsF1R4PiR2R3Si*] quo *P1P2O1WoBs1Mz1*
p. 59 v. 51 illam *P1P2O1WoBs1Mz1V2F1R3*] illa *CaBrO2P3ShR1V1BlEsR4Pi R2Si*
p. 59 v. 66 hoc verum est *CaShBlEsF1R4R3*] verum est hoc *P1P2O1WoBs1Mz1V2R1V1Pi R2Si* hoc est verum *BrO2P3*
p. 59 v. 73 quod^{1} *CaBrO2P3V2ShR1V1BlEsF1R4PiR2Si om. P1P2O1WoBs1Mz1R3*
p. 59 v. 79 dupliciter *CaO1*^{1}*BrP3ShPi R1V1EsF1R4R2R3Si*] simpliciter *P1P2O1WoBs1Mz1O2V2Bl*
p. 60 v. 1 modo *BrO2P3V2ShBlEsF1R4R3*] nullo *Ca om. P1P2O1WoBs1Mz1R1V1PiR2Si*

A2 (BrO2P3V2) qua familia

p. 18 v. 61 etiam *CaP1P2O1WoBs1R5ShR1V1EsR4R2R3Si*] esse *Mz1 om. BrO2P3V2BlF1Pi*
p. 59 v. 37 qua *CaP2O1WoBs1ShR1V1EsF1PiR2R3Si*] quam *P1Mz1* per quam *BrO2P3V2Bl* quo *R4*
p. 60 v. 12 speciei *CaP1P2O1WoBs1Mz1ShR1V1EsF1R4PiR2R3Si*] specierum *BrO2P3V2Bl*

Indicia contaminationum codicis A2 cum C

p. 17 v. 19 universale *P1P2O1WoMz1Br*^{1}*O2P3*^{1}] praedicabile *CaBs1V2R5ShR1V1BlEsF1R4PiR2R3Si* praedicabile universale *BrP3* communicabile *add. Si*^{1}
p. 17 v. 25–26 cognosci *CaP1P2O1WoBs1Mz1R5ShV2BlR1V1PiR2Si*] sciri *BrP3EsF1* fieri *R4* sciri aut cognosci *O2 om. R3*
p. 17 v. 28 universale *P1P2O1WoMz1O2P3*^{1}*V2*] praedicabile *CaBs1P3R5ShV1BlEsF1R4PiR2R3Si* praedicabile universale *BrR1V1*^{1}
p. 17 v. 39 aptum *CaP1P2O1WoBs1O2P3R5ShR1V1R2Si*] natum *add. Mz1BrV2BlEsF1R4PiR3*
p. 18 v. 25 praedicabilis *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3*^{1}*ShR1V1R2R3Si*] praedicabilium *BrBlEsF1R4 Pi* praedicabilem *V2* praedicabiles *R5*

p. 18 v. 45 eam *BrV2R1V1PiR2R3Si*] doctrinam *add. CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3R5ShBlEsR4*
p. 19 v. 11 per *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3V2R5ShR1V1BlPiR2R3Si*] propter *BrEsF1R4*
p. 58 v. 46 unam *Ca*[1]*P1P2O1WoBs1Mz1BrP3V2Sh R1V1R2Si*] una *O2BlEsF1R4PiR3*
p. 59 v. 79 dupliciter *CaO1*[1]*BrP3ShPiR1V1EsF1R4R2R3Si*] simpliciter *P1P2O1WoBs1Mz1O2V2Bl*

Manuscriptum B (R5Sh) qua contaminatio

(a) contaminatum cum C2

p. 17 v. 13 IV *BrO2P3*[1]*R5ShR1V1BlEsF1R4R2R3Si*] I *CaP1P2Bs1Mz1P3V2Pi* libro primo *O1Wo*
p. 18 v. 27 unum *R5ShBrR1V1BlEsF1R4R2R3Si*] ea primo *Ca* ea quae *O2V2* ea non *P1P2O1WoBs1Mz1*[1]*P3* non *del. P1*[1] ea unum *P3*[1]*PiSi*[1]
p. 18 v. 37 prius *O1BrO2P3V2R5ShR1V1BlEsF1 Pi R2R3Si*] primum *CaP1P2WoBs1Mz1* proprium *R4*
p. 18 v. 44 dupliciter *CaP1P2WoBs1V2*] duplex *O1Mz1R5ShR1V1BlPiR2R3Si* dicit *BrO2P3* dicit duplex *EsF1R4* alias … *Es*[1] *(illeg.)*

(b) contaminatum cum C1 et C4

p. 18 v. 27 unum *R5ShBrR1V1BlEsF1R4R2R3Si*] ea primo *Ca* ea quae *O2V2* ea non *P1P2O1WoBs1Mz1*[1]*P3* non *del. P1*[1] ea unum *P3*[1]*PiSi*[1]
p. 58 v. 56 fatetur *ShR1V1BlEsF1R4Pi R2R3Si*] facit *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrP3O2V2* fatentem *Si*[1]
p. 59 v. 23 enim *CaP1P2O1WoBs1*[1]*Mz1 BrP3O2V2 Bl Pi*] nominis *R1V1 add. Bs1ShEsF1R4R2R3Si canc. Bs1*[1]

Manuscriptum R5 XV. saeculi,
cuius textus contra manuscriptum Sh forsitan mutatus sit

p. 18 v. 7 est[1] *Ca*[1] *O1BrO2P3V2R5R1V1BlEsF1R4Pi R2R3Si om. CaP1P2WoBs1Mz1Sh*
p. 18 v. 19 quae *WoBrP3*[1]*V2ShR1V1EsF1R4R2R3Si*] et *CaP1P2O1Bs1Mz1O2Bl*[1] quod *R5* est *Bl* et qualiter *Pi om. P3*
p. 18 v. 25 praedicabilis *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3*[1]*ShR1V1R2R3Si*] praedicabilium *BrBlEsF1R4Pi* praedicabilem *V2* praedicabiles *R5*
p. 18 v. 65–66 necessarium *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3Pi*] et utilis *R3* est *Br*[1]*V2* est et utile *add. EsF1* et utile est *R5* et utile *add. ShR1V1BlR4R2Si*
p. 19 v. 10 est *BrP3V2R5BlEsF1R4Si*[1] *om. CaP1P2O1WoBs1Mz1O2ShR1V1PiR2R3Si*
p. 19 v. 19 sufficit *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2R5Pi*] sufficiat *V2*[1]*ShR1V1BlEsF1R4R2R3Si*

C1 (R1V1) qua familia subalterna

p. 17 v. 22–24 praedicabilium – oportet *om. R1V1*
p. 17 v. 28 universale *P1P2O1WoMz1O2P3*[1]*V2*] praedicabile *CaBs1P3R5ShV1BlEsF1R4PiR2R3Si* praedicabile universale *BrR1V1*[1]
p. 18 v. 8 in – actum[2] *hom. P2R1V1*

C2 (BlEsF1R4) qua familia subalterna

p. 17 v. 39 aptum *CaP1P2O1WoBs1O2P3R5ShR1V1R2Si*] natum *add. Mz1BrV2BlEsF1R4PiR3*
p. 18 v. 25 praedicabilis *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3*[1]*ShR1V1R2R3Si*] praedicabilium *BrBlEsF1R4Pi* praedicabilem *V2* praedicabiles *R5*
p. 18 v. 34 non *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2R5ShR1V1BlPiR3Si*] propositorum *add. EsF1R4R2*
p. 18 v. 43 sciatur *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2R5ShR1V1R2R3Si*] habeatur *BlEsF1R4Pi* nuntiatur *Mz1*
p. 18 v. 44 dupliciter *CaP1P2WoBs1V2*] duplex *O1Mz1R5ShR1V1BlPiR2R3Si* dicit *BrO2P3* dicit duplex *EsF1R4* alias … *Es*[1] *(illeg.)*
p. 19 v. 2 omnino *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrP3R5ShR1V1BlR2R3Si om. O2V2EsF1R4Pi*
p. 19 v. 10 est *BrP3V2R5BlEsF1R4 Si*[1] *om. CaP1P2O1WoBs1Mz1O2ShR1V1PiR2R3Si*
p. 19 v. 11 per *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3V2R5ShR1V1BlPiR2R3Si*] propter *BrEsF1R4*
p. 58 v. 46 unam *Ca*[1]*P1P2O1WoBs1Mz1BrP3V2ShR1V1R2Si*] una *O2BlEsF1R4PiR3*
p. 59 v. 7–8 dignitatem *P1O1WoMz1BrO2P3V2R1V1BlPiR2Si*] dignitati *CaP2Bs1* dignitatis *Sh* dignis *EsF1R4R3*

p. 59 v. 66 hoc verum est *CaShBlEsF1R4R3*] verum est hoc *P1P2O1WoBs1Mz1V2R1V1PiR2Si* hoc est verum *BrO2P3*
p. 60 v. 1 modo *BrO2P3V2ShBlEsF1R4R3*] nullo *Ca om. P1P2O1WoBs1Mz1R1V1PiR2Si*

C3 (Pi)

p. 18 v. 6 inest ut *O2V2R1V1BlEsF1R4R2R3Si*] ut *BrP3Pi om. CaP1P2O1WoBs1Mz1R5Sh*
p. 18 v. 19 quae *WoBrP3[1]V2ShR1V1EsF1R4R2R3Si*] et *CaP1P2O1Bs1Mz1O2Bl[1]* quod *R5* est *Bl* et qualiter *Pi om. P3*
p. 18 v. 27 unum *R5ShBrR1V1BlEsF1R4R2R3Si*] ea primo *Ca* ea quae *O2V2* ea non *P1P2O1WoBs1Mz1[1]P3* non *del. P1[1]* ea unum *P3[1]PiSi[1]*

Communitates manuscripti
Pi cum C1 (R1V1) et cum C4 (R2R3Si)

p. 19 v. 22 illas *R1V1PiR2R3Si*] illa *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2R5Sh* ista *BlEsF1R4*
p. 58 v. 63–64 prima – videtur *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2ShBlEsF1R4*] *hom. R1V1PiR2R3Si*
p. 58 v. 69–70 est – tantum *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2ShBlEsF1R4*] *hom. R1V1PiR2R3Si*
p. 59 v. 79–80 vel – vel *R1V1PiR2Si*] *om. CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2ShBlEsF1R4R3*

Communitates manuscripti Pi imprimis cum C2 (BlEsF1R4)

p. 17 v. 39 aptum *CaP1P2O1WoBs1O2P3R5ShR1V1R2Si*] natum *add. Mz1BrV2BlEsF1R4PiR3*
p. 18 v. 7 est[1] *Ca[1]O1BrO2P3V2R5R1V1BlEsF1R4PiR2R3Si om. CaP1P2WoBs1Mz1Sh*
p. 18 v. 25 praedicabilis *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3[1]ShR1V1R2R3Si*] praedicabilium *BrBlEsF1R4Pi* praedicabilem *V2* praedicabiles *R5*
p. 19 v. 2 omnino *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrP3R5ShR1V1BlR2R3Si om. O2V2EsF1R4Pi*
p. 19 v. 10 est *BrP3V2R5BlEsF1R4Si[1] om. CaP1P2O1WoBs1Mz1O2ShR1V1PiR2R3Si*
p. 58 v. 46 unam *Ca[1]P1P2O1WoBs1Mz1BrP3V2ShR1V1R2Si*] una *O2BlEsF1R4PiR3*

C4 (R2R3Si) qua familia

p. 17 v. 13 IV *BrO2P3[1]R5ShR1V1BlEsF1R4R2R3Si*] I *CaP1P2Bs1Mz1P3V2Pi* libro primo *O1Wo*
p. 18 v. 27 unum *R5ShBrR1V1BlEsF1R4R2R3Si*] ea primo *Ca* ea quae *O2V2* ea non *P1P2O1WoBs1Mz1[1]P3* non *del. P1[1]* ea unum *P3[1]PiSi[1]*
p. 18 v. 45 eam *BrV2R1V1PiR2R3Si*] doctrinam *add. CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3R5Sh BlEsR4*
p. 58 v. 63–64 prima – videtur *CaP1P2O1WoBs1Mz1BrO2P3V2ShBlEsF1R4*] *hom. R1V1PiR2R3Si*

Libertas manuscripti R3 a R2Si

p. 18 v. 65–66 necessarium *CaP1P2O1WoBs1Mz1O2P3Pi*] et utilis *R3* est *Br[1]V2* est et utile *add. EsF1* et utile est *R5* et utile *add. ShR1V1BlR4R2Si*

Communitates manuscripti R3 cum C2

p. 17 v. 39 aptum *CaP1P2O1WoBs1O2P3R5ShR1V1R2Si*] natum *add. Mz1BrV2BlEsF1R4PiR3*
p. 58 v. 46 unam *Ca[1]P1P2O1WoBs1Mz1BrP3V2Sh R1V1R2Si*] una *O2BlEsF1R4PiR3*
p. 59 v. 73 quod[1] *CaBrO2P3V2ShR1V1BlEsF1R4PiR2Si om. P1P2O1WoBs1Mz1R3*
p. 59 v. 7–8 dignitatem *P1O1WoMz1BrO2P3V2R1V1BlPiR2Si*] dignitati *CaP2Bs1* dignitatis *Sh* dignis *EsF1R4R3*
p. 59 v. 51 illam *P1P2 O1WoBs1Mz1V2F1R3*] illa *CaBrO2P3ShR1V1BlEsR4PiR2Si*
p. 59 v. 73 quod[1] *CaBrO2P3V2ShR1V1BlEsF1R4PiR2Si om. P1P2O1WoBs1Mz1R3*

TABULA
TRACTATUUM ET CAPITULORUM

DE ANTECEDENTIBUS AD LOGICAM

Cap. 1. An logica sit scientia specialis 1
Cap. 2. An logica sit aliqua pars philosophiae 2
Cap. 3. Ad quid necessaria est logicae scientia et ad quid utilis 5
Cap. 4. De quo sit logica ut de subiecto 6
Cap. 5. De divisione logicae et partibus eius et de significationibus dictionum 8
Cap. 6. De parte logicae, qua certificatur incomplexum, et partibus eius et modis . . 11
Cap. 7. De parte logicae qua certificatur quaestio de complexo 14

LIBER DE UNIVERSALIBUS

Tractatus primus de universalibus in communi

Cap. 1. Qualiter universale est de consideratione logicae 17
Cap. 2. A quibus quaestionibus circa universalia sit abstinendum 19
Cap. 3. De harum trium quaestionum declaratione quaestionis primae 20
Cap. 4. De declaratione secundae quaestionis, an universalia corporalia vel incorporalia sint 26
Cap. 5. De tertiae quaestionis determinatione 30
Cap. 6. Qualiter universale est in anima et qualiter in seipso et qualiter in singulari, et in quo sit verius secundum esse 33
Cap. 7. Qualiter universale producitur in esse 36
Cap. 8. De quaestione, cuius forma sit universale 37
Cap. 9. De universali et numero universalium et sufficientia numeri et ordine universalium 38

Tractatus de universalibus in speciali

Cap. 1. De diversis significationibus generis 41
Cap. 2. De intentione generis philosophica et qualiter praedictis similatur 44
Cap. 3. De generis, quod apud philosophos est, diffinitione vel descriptione 45
Cap. 4. Quod diffinitio data de genere nec abundat nec deficit in aliquo 48
Cap. 5. De capitulari collectione eorum quae de significatione generis dicta sunt . . 52

Tractatus de specie

Cap. 1. De diversis intentionibus speciei 54
Cap. 2. De duabus quaestionibus quae oriuntur ex praedictis 58

Cap. 3. Qualiter inveniatur species specialissima et species non specialissima 61
Cap. 4. Qualiter ea quae dicta sunt ad compendium reducantur 65
Cap. 5. De manifestatione eorum quae dicta sunt ex consequentibus et similibus . . 66
Cap. 6. De modo veniendi a generalissimo ad specialissimum et e converso 71
Cap. 7. In quo breviter ponitur modus praedicandi praedicabilium quae praedicantur 75

Tractatus de differentia

Cap. 1. De distinctione nominis differentiae quod multipliciter dicitur 78
Cap. 2. De manifestatione modorum differentiae et partium divisionis praehabitae . . 82
Cap. 3. Qualiter differentiae substantiales sunt divisivae et qualiter constitutivae . . . 85
Cap. 4. Qualiter species differentia abundat a genere, et qualiter potestate genus habet differentias 88
Cap. 5. Qualiter diffinitur differentia secundum quod est universale de specie praedicabile 94
Cap. 6. De dubitationibus et erroribus circa ea quae dicta sunt 97
Cap. 7. De descriptione differentiae secundum respectum, quem habet ad genus, dividendo ipsum 100
Cap. 8. De descriptione differentiae secundum respectum, quem habet ad ea, inter quae ponit differentiam 102
Cap. 9. De hoc quod differentia ad esse conducit et quod eius quod est esse rei pars est 104

Tractatus de proprio

Cap. 1. De intentione proprii, scilicet quid de ipso intendit logicus 108
Cap. 2. De divisione proprii et explanatione partium dividentium 111

Tractatus de accidente

Cap. 1. De differentia proprii et accidentis secundum quod est accidens quintum universale 113
Cap. 2. De assignationibus accidentis datis ab antiquis de accidente, prout est universale, et primo de prima 116
Cap. 3. De secunda assignatione accidentis et tertia 119

Tractatus de communibus et differentiis horum quinque universalium

Cap. 1. De his quae omnibus his sunt communia simul 121
Cap. 2. De communibus generi et differentiae 122
Cap. 3. De his in quibus differunt genus et differentia 123
Cap. 4. De compendio omnium eorum quae de communitatibus et differentiis dicta sunt 125
Cap. 5. De communibus et propriis generis et speciei 126

Cap. 6. De convenientia et differentia generis et proprii 128
Cap. 7. De communibus et differentiis generis et accidentis 130
Cap. 8. De communibus et propriis differentiae et speciei 133
Cap. 9. De communibus et differentiis proprii et differentiae 136
Cap. 10. De convenientiis et differentiis differentiae et accidentis 137
Cap. 11. De convenientiis et differentiis speciei et proprii 138
Cap. 12. De convenientiis et differentiis speciei et accidentis 139
Cap. 13. De communitatibus et propriis proprii et accidentis 140

Tractatus ultimus
de comparatione omnium istorum quinque ad invicem ex Avicennae logica

Cap. 1. Qualiter haec omnia aliquando in unum coincidunt 142
Cap. 2. Qualiter haec quinque aliquando inter se commiscentur 144
Cap. 3. Qualiter haec quinque sunt naturae quaedam et qualiter universalia et qualiter intelligibilia et qualiter simplicia et qualiter cum multiplicitate 145

SIGLA
CODICUM ET EDITIONUM

Codices operis Alberti

Ca	=	Cambrai, Bibliothèque municipale Cod. 961 (859)
P1	=	Paris, Bibliothèque Nationale de France Cod. Lat. 14382
P2	=	Paris, Bibliothèque Nationale de France Cod. Lat. 15449
F1	=	Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana Acq. e doni Cod. 797
Sh	=	Schaffhausen, Ministerialbibliothek Cod. Min. 112
V1	=	Venezia, Biblioteca Nazionale Marciana Cod. Lat. Z 294 (1986)
Pi	=	Pisa, Biblioteca del Seminario di Santa Caterina Cod. 115

Editiones operis Alberti

pa	=	Editio Papiensis ca. 1490
v	=	Editio Veneta 1494
l	=	Editio Lugdunensis
p	=	Editio Parisiensis

Codices translationis

Ld	=	Roma, Biblioteca Patrum Maristarum sine num.
Re	=	Karlsruhe, Badische Landesbibliothek Aug. CLXXII
Vc	=	Vercelli, Archivio Capitolare Eusebiano Cod. CXXXVIII
He	=	Paris, Bibliothèque Nationale de France Cod. Lat. 12949
Kö	=	Köln, Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Hs. 191
Fc	=	Paris, Bibliothèque Nationale de France Cod. Lat. 7730
C^b	=	München, Bayerische Staatsbibliothek Clm 14516
C^q	=	Paris, Bibliothèque Nationale de France Cod. Lat. 12958
C^v	=	Roma, Biblioteca Apostolica Vaticana Cod. Reg. Lat. 1332
C	=	$C^bC^qC^v$
C^d	=	Unus vel plures codicum deteriorum (vide: Arist. Lat. I.6–7, p.XXXIV–XXXV)

INCIPIT LOGICA FRATRIS ALBERTI ORDINIS PRAEDICATORUM QUONDAM EPISCOPI RATISPONENSIS LIBER PRIMUS DE UNIVERSALIBUS

TRACTATUS PRIMUS DE ANTECEDENTIBUS AD LOGICAM

Cap. 1. An logica sit scientia specialis

De logica intendentibus primum considerandum est, qualis scientia sit logica et an sit aliqua pars philosophiae, ad quid necessaria et cuius utilitatis; deinde autem, de quo est et quae divisio ipsius, ut habitis omnibus partibus ipsius sciatur, quando est perfecte vel imperfecte tradita vel descripta. Circa omnia enim haec diversa dicere videntur antiqui. QUIDAM enim ANTIQUORUM logicam nullam esse scientiam contenderunt, dicentes non posse esse scientiam id quod est omnis scientiae sive doctrinae modus. Modus autem omnis doctrinae logicus est, eo quod aliquo genere persuasionis utitur omnis, qui docet vel astruere conatur aliquid; omnis autem persuasio per sermonem logica est, sive syllogismo sive enthymemate sive inductione sive exemplo utatur, qui docet vel persuadet. Modus igitur omnis doctrinae logicus est. Et sic omnis doctrinae modus est scientia logica. Nulla igitur est specialis doctrina, quae logica sit dicenda. Propter quod et ARISTOTELES in II PRIMAE PHILOSOPHIAE suae et similiter AVERROES dicunt omnis scientiae modum esse ipsam scientiam, quae est et vocatur logica, et quod non simul disci potest scientia et scientiae modus; sed oportet primo discere scientiae modum et deinde per modum iam perfecte comprehensum addiscere temptare scientiam.

Sed isti non satis consideraverunt quod, quamvis scientiae sint multae et quaelibet specialem habeat modum, qui differt a modo alterius, sicut et unaquaeque scientia differt ab altera, est tamen unus communis modus omnis scientiae per quoddam commune, quod est in omni scientia. Et hoc est quod per investigationem rationis ex cognito devenitur 'ad scientiam incogniti'. Hoc enim fit in omni scientia quocumque modo dicta scientia, sive sit demonstrativa sive non demonstrativa. Et gratia illius communis, quod est in omni scientia, modus unus communis est omnis scientiae. Et hic modus est per actum rationis, qui vocatur ratiocinatio sive argumentatio, de cognitione cogniti procedere in scientiam eius, quod erat incognitum, secundum quod ISAAC in libro DE DIFFINITIONIBUS rationem diffiniens dicit quod 'ratio est' animae intellectualis virtus 'faciens currere causam in causatum', causam generaliter et large vocans omne quod secundum intellectum simpliciter vel quoad nos antecedit ut cognitum, per cuius cognitionem ductu rationis devenitur in notitiam incogniti. Hic autem modus quamvis communis sit per hoc quod ponitur in qualibet scientia, tamen secundum se consideratus et

CaCafP1P2F1ShV1Pi pavlp

1–7 Incipit – specialis] Clarissimi viri et summi peripatetici domini Alberti Magni Ordinis sacri Fratrum Praedicatorum sancti Dominici Universalia incipiunt. Yhsus *Pi* Incipit praeclarum opus Alberti magni de praedicabilibus et praedicamentis *pa* Incipit divi Alberti Magni Logica diligentissime recognita videlicet Liber De praedicabilibus De praedicamentis De sex principiis Peri hermeneias Liber priorum Analyticorum Liber posteriorum Analyticorum Liber Topicorum et Liber Elencorum *v* 1–3 incipit – ratisponensis] D. Alberti Magni Ratisbonensis Episcopi Ordinis Praedicatorum Logica *lp* 2 fratris] domini *Ca*[1]*ShV1* 2–3 ordinis – ratisponensis] episcopi quondam Ratisbonensis de Ordine Praedicatorum *Sh* 2 ordinis praedicatorum *om. V1* 4 universalibus] praedicabilibus *lp* 6 antecedentibus – logicam] natura logicae *lp* 7 Cap. 1] capitulo primo *V1 iterav. P1* | scientia] et *add. lp* 10 ad] et *praem. F1 pavlp* 17 logicus] logica *Pi pavlp* 18 astruere] struere *Caf* instruere *F1* 19 logica] logicum *F1* 22 logicus] logica *Pi pavlp* 24 II] quarto *CaCafP1P2F1ShPi pa* 26 scientiam] scientia *Caf om. CaF1* 27 quod] quae *CaP1P2 corr. P2*[2] | disci] addisci *pavlp* 28 primo – scientiae] prius discere *Pi pavlp* 29 comprehensum] apprehensum *Pi pavlp* 31 isti *om. Pi pavlp* 34 omnis *om. pavlp* 35 quoddam – quod] quem modum communem qui *F1* 36–38 Et – scientia *iterav. V1* 36 rationis] omnis *praem. F1* 37 scientiam] cognitionem *Pi pavlp* 38 dicta] dicatur *P1* | scientia[2] *om. P2V1Pi pavlp* 40 quod *om. pavlp* 41 est[1] *om. vlp* 42 vocatur] est *pavlp* 43 procedere] procedens *pavlp* 46 causam[2]] autem *add. F1* 51 consideratus] consideratum *CaCafP1P2Pi*

14 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.I l.1 c.4 (CSEL 48 p.10 v.2–4); Ed.II l.1 c.3 (CSEL 48 p.140 v.13–17); Themistius, Anal. Post. l.1 c.24 (Venetiis 1499 f.7v); Petrus Abaelardus, Logica Ingredientibus l.1 (ed. Geyer p.1 v.11–14). – 20–21 Cf. Arist., Anal. post. l.1 c.1 (71 a 9–11); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.5 v.11–12. – 24–25 Arist., Metaph. l.2 c.3 (995 a 12–14); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.39 v.29–p.40 v.1; cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.104 v.17–22. – 25 Averr., Metaph. l.2 comm.15 (ed. Darms p.78 v.45–49). – 36–37 Cf. Avic., Logica pars 1 c.2 (Venetiis 1508 f.2va). – 44 Isaac Israeli, Liber de diffinitionibus (ed. Muckle p.321 v.18–19): 'Definicio raciocinacionis; raciocinacio est faciens currere causam in causato'.

non immixtus scientiis est quiddam per se distinctum ab omnibus aliis. Et hoc modo consideratus hic modus potest esse scientiae subiectum, et scientia specialis est de ipso. In qua tamen scientia eundem modum observari necesse est, quia de scientia talis modi non nisi modo logico doceri potest. Ut enim Avicenna dicit, modus hic omnibus hominibus per hoc quod intellectuales sunt quodammodo per naturam inditus est. Sed imperfectum est quod in natura est, perficitur autem per artem adhibitam. Id enim quod in natura est, seminarium et imperfectum est et quasi in potentia existens. Ex hoc enim quod homo intellectualis est et 'intelligentiae stramentum' – in quo sternuntur formae intellectuales in actu luminis intelligentiae – et per intellectum compositivus est unius formae cum alia, per compositionem vel divisionem fit homo admirativus eorum quae comprehendit, accipiendo per sensum et intellectum vel per intellectum solum. Per hoc autem quod admirativus est, suspenditur ad inquisitionem; et per inquisitionem comparat unum alteri. Per comparationem autem unius cum altero ab eo, quod est notum, deducitur ad ignoti notitiam.

Et sic hic logicae modus a natura quidem incipit, proficit autem in artem et in usu et exercitio recipit perfectionem, sicut et Victorinus optime dicit, quod natura facit habilem, ars facilem, usus autem potentem. Sic enim a natura profectae sunt omnes artes et omnes scientiae. Et hinc est quod 'ars naturam imitatur'. Et sicut dicit Homerus, quidam per solam naturam in talibus perfecti et boni sunt; quidam autem non per naturam, sed quia doctores talium in animo ponunt, | et illi boni efficiuntur tales in animo ponentes per comprehensionem principiorum artis et scientiae; quidam tam erronei, quod nihil talium in se habentes nec ab aliis suscipere possunt, quos Homerus ad verum et bonum cognoscendum reputat inutiles.

Patet igitur quod logica una est specialium scientiarum, sicut et in fabrili, in qua specialis est ars fabricandi malleum, cuius tamen usus omnibus adhibetur, quae arte fabrili fabricantur. Investigatio enim sive ratio investigans ignotum per cognitum speciale quiddam est, quod passiones habet et differentias et partes et principia, quae dum de ipso probantur, ars et scientia efficitur specialis, cuius usus postea omnibus adhibetur scientiis. Sic igitur patet quod logica generaliter dicta scientia specialis est, de qua nunc est tractandum.

Cap. 2. An logica sit aliqua pars philosophiae

Hanc autem scientiam, quia modus est omnis philosophiae, quidam nullam partem esse philosophiae contendunt dicentes non nisi tres partes esse philosophiae, scilicet physicam, mathematicam sive disciplinalem et metaphysicam sive divinam. Cum enim diffinitio dicens quid et propter quid medium sit in philosophia, et diffinitio non possit variari nisi tripliciter – scilicet quod aut concipiat materiam sensibilem, quae cum motu est et mutatione; aut concipiat materiam intelligibilem, cuius essentia non cum motu est et mutatione secundum rationem, quamvis secundum esse sit in materia, quae est cum mutatione et motu, sicut est magnitudo et numerus; aut nec secundum essentiam neque secundum esse concipit materiam sensibilem –, videtur quod philosophia non habeat nisi tres partes essentiales, sicut et Aristoteles in vi primae phi-

CaCafP1P2F1ShV1Pi pavlp 30 *Ca* f.1rb

1 immixtus] immixtum *CaCafP1P2* aliis *add. V1* | quiddam] quoddam *Pi pavlp* 5 de *om. pavlp* 6 doceri] dici *F1V1* 8 inditus] inductus *F1* 8–9 imperfectum – quod] imperfectus est qui *pavlp* 10 est[2] *om. CaCafP1P2F1ShV1* 12 stramentum] stratum *vlp* 13 formae] res *F1 om. CaCafP1P2Sh* 14 compositivus] compositionis *Pi* 15 vel – divisionem *om. F1* | fit] et *praem. P2*[2] 16 accipiendo *om. V1* 16–17 et intellectum *om. F1* 20 deducitur] naturaliter *add. Ca exp. Ca*[1] inducitur *Pi* 22 proficit] perficitur *F1V1 vlp* proficitur *pa* 23 in[1] – in] arte et *pavlp* | artem] arte *F1* 24 Victorinus] Victorius *P1* rhetor *add. Pi* 24–25 habilem] et *add. P1* 25 a *om. Pi pavlp* 26 profectae] perfectae *CaP1P2F1V1Pi pa* 27 sicut] sic *F1* | Homerus] Hesiodus *vlp* 27–28 quidam] poeta *add. Pi* 28 boni] pleni *Pi* | sunt *om. P2* 30 tales] talia *Pi pavlp* 32 quidam] vero *add. Pi pavlp* | erronei] sunt *add. V1Pi pavlp* | nihil] non *V1* 32–33 habentes] habent *V1Pi pavlp* 33 Homerus] Hesiodus *vlp* 36 et *om. pavlp* | fabrili] arte *praem. F1* | in qua *om. F1V1* 39 cognitum – quiddam] notum speciale quoddam *Pi pavlp* 45 An] utrum *lp* | logica *om. CaP1P2* 47 quia] qui *pavlp* 50 disciplinalem] disciplinabilem *F1* 52 philosophia] scientia *pavlp* 53 quod] quia *F1* 55 cum] in *F1* 56 secundum rationem] sed secundum rationem est abstracta *F1* | quamvis] quam *CaCaf* 56–57 secundum] quod *Caf* 57 mutatione] inmutatione *P1* 59 essentiam] et naturam *add. F1* | concipit] concipiat *pavlp* 59–60 sensibilem] neque secundum essentiam *add. CaCafP1P2F1Sh*

6 Cf. Avic., Logica pars 1 c. 2 (Venetiis 1508 f.2vb). – 12 Cf. Liber de causis c. 3 § 33 (ed. Pattin p. 52 v. 17); Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 77 v. 6 sqq.; Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 89 v. 27–28. – 20–21 Cf. Avic., Logica pars 1 c. 2 (Venetiis 1508 f.2va); Algazel, Logica c. 2 (Venetiis 1506 f.a2va). – 24 Cf. Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14,1 p. 13 v. 80–p. 14 v. 1 cum nota 80, ubi editor advertit quod, quamquam hic locus ab Alberto saepius allegetur, in operibus tamen Victorini non invenitur et quod fortasse ex initio Victorini operis Explan. in Rhet. M. T. Ciceronis l. 1 c. 2 collectus est; cf. Rhetores Latini Minores (p. 155–156). Similem sententiam Robertus Kilwardby in prohemio suarum Notularum super Librum Porfirii (ed. typoscripta cura O. Lewry p. 2) M.T. Ciceroni ascribit: 'Hoc enim est quod dicit Tullius quod natura potentem, ars facilem, usus promptum reddit artificem'. – 27 Cf. Arist., Phys. l. 2 c. 2 (194 a 21–22); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 52 v. 10; Alb., Phys. Ed. Colon. t. 6 p. 92 v. 33–54; Auctor. Arist. 2,60; 7,42; 21,91 (ed. Hamesse p. 145, p. 199, p. 279). | Immo: Hesiodus, cf. Arist., Eth. Nic. l. 1 c. 2 (1095 b 9–14); transl. antiquior Arist. Lat. XXVI,1–3 p. 69 v. 12–16: 'Cui autem neutrum existit horum, audiat quae Hesiodi …'. Cf. Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14,1 p. 18 v. 49–53, sed editor Alberti animadvertit, quod Commentator, scil. Eustratius, hoc loco nullam mentionem facit Hesiodi, cf. ibid. notam 52–53. Cf. Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 33 v. 5 cum nota 5. – 33 Immo: Hesiodus, cf. notam praecedentem. – 49 Infra p. 2 v. 61–p. 3 v. 1 cum nota. – 51–52 Cf. Arist., Anal. post. l. 2 c. 17 (99 a 21–22); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 102 v. 16–17. – 61–p. 3 v. 1 Arist., Metaph. l. 6 c. 1 (1026 a 18–19); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 117 v. 27–p. 118 v. 1. Cf. Boeth., De Trin. tr. 1 c. 2 (ed. Moreschini p. 168 v. 68–p. 169 v. 83); Avic., Logica pars 1 c. 1 (Venetiis 1508 f.2rb); Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 1 v. 43–60.

losophiae dicere videtur. Propter quod nonnulli logicam sive rationalem nullam partem dicunt esse philosophiae. Addunt etiam ad suae assertionis confirmationem quod nullius rei modus cum re, cuius modus est, venit in generis sui divisionem. Constat autem quod logica generaliter dicta modus philosophiae est. Non ergo venire videtur ad philosophiae divisionem, nec videtur in aliqua parte huius generis, quod est philosophia, contineri.

Hanc autem opinionem alii quidam impugnantes dicunt philosophiae generalis esse intentionem omnem omnium quocumque modo entium 'comprehendere veritatem, quantum homini est possibile comprehendere' eam secundum rationem et intellectum. Ea autem quae sunt dicunt esse aut ab opere nostro – sive a voluntate sive etiam ab intellectu scientiam quaerente – aut a natura generaliter dicta, quae ab opere nostro causari non potest; et cum ea quae a natura sunt, nostrae sint causa scientiae et non nos simus causa ipsorum, non potest de illis esse scientia practica. Relinquitur ergo quod de talibus apud nos non est nisi scientia contemplativa, quae lumine intelligentiae perficitur. Eorum autem quorum nos sumus causa per voluntatem, non potest esse apud nos scientia speculativa, sed tantum practica. Eadem enim sunt in quolibet scibili principia et causae et elementa cognoscendi, quae sunt principia essendi, quia aliter sequeretur quod id quod scitur a nobis, non sciretur secundum quod est, sed potius sciretur secundum id quod non est. Et sic falso modo sciretur omne quod scitur, quod absurdum est. Relinquitur igitur quod de entibus a natura causatis non potest esse scientia per ea quae sunt a nobis, sed potius scientia ipsorum habetur ex principiis causantibus essentiam et esse eorum in natura, quae non nisi per contemplationem sunt in nobis. Eorum autem quae sunt a nobis, non potest esse scientia vera apud nos nisi per ea principia, quae sunt in nobis, per quae nos causa sumus eorum quae a nobis sunt, cuius finis non est verum, sed bonum quod nobis bonum est. Similiter igitur, ut dicunt, alicuius philosophiae erit intentio comprehendere veritatem eius, quod in nobis est secundum rationem, qua nititur comprehendere veritatem eius, quod rationis ductu via est in omnem cognitionem omnium eorum, quorum cognitio fit in nobis per ea quae cognita sunt apud nos, ex quibus nos proficimus ad scientiam incognitorum. Erit igitur de intentione philosophiae etiam logica scientia sive rationalis.

Adhuc autem huius signum dicunt quod apud Peripateticos philosophia in tres partes prima divisione divisa est: in physicam scilicet generaliter dictam, et ethicam generaliter acceptam et rationalem similiter generaliter acceptam. Dico autem physicam generaliter dictam, quae comprehendit et naturalem et disciplinalem et divinam; ethicam autem generalem, quae in se continet et monasticam et oeconomicam et civilem; rationalem | autem generalem, quae comprehendit omnem modum deveniendi de noto ad ignotum quocumque modo, quod per multa genera propositionum fit, ut in sequentibus ostendetur. Manifestum igitur est quod logica aliqua pars est philosophiae.

Adhuc autem, si aliquid est de intentione philosophiae, tunc hoc maxime de intentione philosophiae est, sine quo nullus in philosophia in aliquam potest devenire cognitionem. Ignorans autem logicam nullius ignoti perfectam potest acquirere cognitionem, eo quod ignorat modum, per quem devenire oportet de noto ad ignoti notitiam. Videtur ergo logica praecipue de intentione esse philosophiae.

Hanc autem contentionem et Avicenna et Alfarabius dicunt esse et frivolam et infructuosam. Frivolam quidem, quia in contradicendo sibi intentionem ad

CaCafP1P2F1ShV1Pi pavlp 55 *Ca* f.1va

1–2 logicam] scientiam *add. Pi pavlp* 9 quidam] quidem *F1* 10 generalis] generis *CaP1P2* alias genus *in marg. F1*[1] | omnem] communem *F1* 11 quocumque modo] quomodocumque *F1* 14 dicunt] dicuntur *Pi pavlp* 17 potest] possunt *F1* | nostrae] materiae *Pi* | sint] sicut *CaCaf* sunt *F1* | causa] causae *F1Pi pavlp* 18 simus] sumus *F1 pavlp* | non[2]] et ideo *praem. F1* 22 nos] non *CaCafP1P2Sh* 23 tantum *om. P2* 24 scibili] sunt *add. CaCaf* sicut *add. F1* 26–27 sciretur] scitur *Pi pavlp* 27 secundum[1]] id *add. V1Pi pavlp* 31 ipsorum] eorum *F1V1 pavlp* 37 cuius] unus *Ca* 38 ut dicunt *om. Pi pavlp* 39 quod] quae *P2* 40–41 in – quod *hom. V1* 40 nititur] videtur *F1* alias coniunctim *in marg. F1*[1] utitur *Pi* 41 quod] quae *CaCaf* 42 omnium eorum *om. F1* 44 proficimus] proficiscimur *lp* | Erit] est *F1* 45 sive] quae est *Pi pavlp* 50 acceptam] dictam *pavlp* 50–51 generaliter *om. pavlp* 57 propositionum] probationum *F1 pavlp* | fit] fiunt *F1* 58 sequentibus] sequenti *pavlp* 61 maxime] est *add. P1P2* | est *exp. P2*[1] erit *Pi pavlp* 63 nullius] nullus *pavlp* 66 logica] logicam *F1Pi pavlp* 68 contentionem] intentionem *CaP1P2F1 corr. P2*[2] | et[1] *om. F1Pi pavlp* 68–69 Alfarabius] Alphaca *et lac. CaCaf corr. Ca*[1] 69 et[1] *om. pavlp*

9 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l.1 c.3 (CSEL 48 p.140 v.13–p.143 v.7). – 11–12 Avic., Logica pars 1 c.1 (Venetiis 1508 f.2ra). – 14 Cf. Avic., ibid.; Avic., Phil. prima tr.1 c.1 (Avic. Lat. [I-IV] p.1 v.7–p.2 v.19); Alb., Phys. Ed. Colon. t.4 p.1 v.43–60. – 21–23 Cf. Avic., Logica pars 1 c.1 (Venetiis 1508 f.2ra). – 23–25 Cf. Arist., Metaph. l.2 c.1 (993 b 28–31); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.37 v.6–10; Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.95 v.28–30 et p.119 v.73–74, p.137 v.73–74); Alb., Quaest. super De animal. Ed. Colon. t.12 p.219 v.41–42; Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t.37,1 p.62sq. cum nota 63; Arist., Phys. l.1 c.1 (184 a 12–13); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p.7 v.5–7; Arist., Anal. post. l.1 c.2 (71 b 9–12); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.7 v.4–7; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.10 v.28 cum nota 30–32; infra p.23 v.5–6 cum nota. – 38 Cf. Avic., Logica pars 1 c.2 (Venetiis 1508 f.2va). – 47 Similem philosophiae tripartionem docet ex.gr. Isid., Etym. l.2 c.24 n.3. Circa divisionem scientiae in Medio Aevo cf. Dominicus Gundissalinus, De divisione scientiae (ed. Baur p.349–397). – 51 Physica generaliter dicta, id est naturalis seu contemplativa scientia, designatur ab Alberto etiam nomine philosophiae realis, cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t.4 p.1 v.43–49; in stricto sensu tamen accepta physica est, ut Albertus ibid. (Ed. Colon. t.4 p.5 v.25–27) dicit, scientia de corpore mobili, prout motui subicitur. Cf. supra p.2 v.49–51 et p.2 v.61–p.3 v.1 cum nota. – 58 Infra p.4 v.15–33, p.6 v.31–p.8 v.25, p.15 v.42–65. – 68–69 Avicenna et Alfarabius: Avic., Logica pars 1 c.1 (Venetiis 1508 f.2va).

idem eodem modo dictum non referunt. Dicentes enim logicam philosophiae partem non esse, realem et contemplativam philosophiam vocant. Contradicentes autem his et dicentes logicam partem esse philosophiae, omnem comprehensionem veritatis qualitercumque existentis, sive in se sive in nobis cognoscentibus vel operantibus, vocant philosophiam. Et sic frivole contendunt non ad idem suam referentes intentionem. Infructuosa etiam est huiusmodi contentio, quia de proposita nihil declarat intentione. Et sic nihil prodest ad propositum.

Est igitur logica una partium philosophiae generaliter dictae, quae omnis admirabilis intendit 'comprehendere veritatem' secundum modum, secundum quem 'possibile est comprehendere eam' ex propriis principiis eius quod admiratur. Hoc enim variatur secundum uniuscuiusque scientiae proprietatem. Sicut enim in philosophia reali secundum diversitatem diffinitionis, quae medium in demonstratione est, variatur philosophia, sic in logicis sive rationalibus secundum variationem ratiocinationis variatur scientia. Si enim ratio procedat ex signis facientibus persuasionem, erit logicae generalis pars una, quae rhetorica vocatur. Si autem procedat ex fictis facientibus delectationem vel abominationem, erit pars alia logicae, quae vocatur poesis vel poetica. Si autem procedit ex probabilibus communibus, quae in pluribus inveniuntur, erit pars alia, quae proprie vocatur dialectica. Si autem procedat ex causis essentialibus et propriis, erit pars alia, quae vocatur demonstrativa. Si autem procedit ex his quae videntur et non sunt, erit pars alia logicae, quae vocatur sophistica. Si autem ex cautelis provocantibus respondentem doceat procedere, erit alia pars logicae generalis, quae vocatur temptativa. Et sic facile est de omnibus aliis intelligere.

Horum autem quae dicta sunt, rationem ponit Avicenna dicens res omnes tripliciter esse accipiendas, scilicet quod primo accipiantur in essentiae suae principiis; secundo, in esse quod habent in singularibus propriis; tertio autem, secundum quod acceptae sunt in intellectu. Multa enim secundum essentiae suae principia separata sunt a motu et materia, quae tamen secundum esse possunt esse vel sunt in materia et motu, sicut substantia, unitas, identitas, multitudo et diversitas et alia huiusmodi, quae quidem in essentiae suae principiis ingenerabilia et incorruptibilia sunt. Et hoc modo secundum Platonem sunt rerum principia formalia, propter quod ingenerabilia et incorruptibilia Plato talia esse dixit. Et si talia dicantur generari vel corrumpi, hoc non erit nisi secundum accidens, hoc est, secundum esse quod habent in generatis et corruptis. Acceptio autem rei secundum esse, quod habet in suis suppositis, erit secundum exigentiam illorum suppositorum et secundum diffinitionem, quam habere possunt secundum esse quod habent in illis. Acceptio autem rerum, secundum quod sunt in intellectu, est secundum cognitionem quam habent, non secundum quod in se sunt, sed secundum quod acceptae sunt per intellectum. Et secundum omnes istos tres modos sunt esse consequentia accidentia, quae vocantur propriae passiones ipsius. Et sic quolibet istorum modorum trium philosophia de ipsis intendit acquirere veritatem. Et hoc est per ductum rationis aliquem, qui ad logicam pertinet. Res enim, prout habent esse in anima, accidentia habent propria, sicut aliquid apud hominem esse notum et aliquid esse ignotum et comparationem noti ad ignotum. Et cum comparata ad invicem in aliquo se contingant, erit via rationis procedens de noto ad ignotum per comparationem noti ad ignotum secundum convenientiam vel differentiam noti ad ignotum. Ex quo deprehenditur quod unum componitur cum alio et praedicatur de illo, vel unum dividitur ab alio et removetur | ab ipso; secundum enim hunc modum devenitur de uno in alterum. Hoc igitur modo logica de intentione philosophiae est generalis.

CaCafP1P2F1ShV1Pi pavlp 70 *Ca* f.1vb

5–6 existentis] existentem *F1* 6 nobis] existentibus *add. F1* 9 est *om. Pi pavlp* | huiusmodi] huius *lp* | quia] quae *F1* 12 quae] qua *F1* 15 Hoc enim] hic enim modus *F1* 17 diffinitionis] diffusionis *lp* 19 logicis] logica *F1Pi* | variationem] variationes *pavlp* 20 scientia] hoc est sciendi modus *add. V1Pi pavlp* | procedat] procedit *F1Pi pavlp* 21 persuasionem] praesumptionem *CaCafP1P2ShV1Pi pavlp* alias praesumptionem *in marg. F1*[1] 22 procedat] procedit *F1Pi pavlp* 25 procedit] procedat *F1V1* 26 proprie *om. F1Pi pavlp* 27 procedat] procedit *F1Pi pavlp* 29 autem procedit *om. Pi pavlp* | procedit] procedat *P1F1* 30 logicae *om. Pi pavlp* 30–31 cautelis] probantibus *add. Pi* 31 respondentem] respondentibus *Pi* 36 essentiae] existentiae *CaCafP1P2ShV1Pi pa* 37 in[2]] suis *add. F1* 39 essentiae] existentiae *CaCafP1P2ShV1Pi pa* 40 et] a *add. F1Pi pavlp* 43 essentiae] existentiae *CaCafP1P2ShV1Pi pa* 45–46 propter quod] propterea *F1* 46 quod *om. CaCafP1P2 corr. P2*[2] 47 dixit] dicit *pavlp* 48 erit] est *F1* 50 suis *om. pavlp* 51 exigentiam] existentiam *Pi pavlp* 54 in *om. CaCaf* 55 habent *om. CaCafP1P2Sh corr. P2*[2] 57 esse] etiam *F1 pavlp* | consequentia] communia *F1* 58–59 sic quolibet] secundum quodlibet *F1* 59 philosophia] philosophus *V1* 60 acquirere] inquirere *Pi* 64 et – ignotum *hom. lp* | comparationem] per *praem. F1* 65 contingant] coniungant *pavlp* 66 procedens] procedendo *pavlp* 68 deprehenditur] comprehenditur *F1 pavlp* 70 dividitur] dicitur *F1* removetur *V1* | removetur] dividitur *V1*

12–14 Cf. Avic., Logica pars 1 c.1 (Venetiis 1508 f.2ra). – 17–18 Cf. supra p.2 v.51–52; Arist., Anal. post. l.2 c.17 (99 a 21–22); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.102 v.16–17. – 20–32 Cf. infra p.7 v.51–67, p.15 v.7–14, p.15 v.47–65. – 25–27 Cf. Arist., Top. l.1 c.1 (100 a 29sqq.); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.5 v.13–14. – 27–28 Cf. Arist., ibid. (100 a 25–29); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.5 v.10–13. – 29–30 Cf. ibid. (100 b 23–25); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.6 v.1–3. – 34–35 Cf. Avic., Logica pars 1 c.1 (Venetiis 1508 f.2rb). – 46 Cf. Plato, Tim. 48E, 50C; transl. Chalc. ed. Waszink p.46 v.12–15, p.48 v.8–12; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.8 v.51–68.

Cap. 3. Ad quid necessaria est logicae scientia et ad quid utilis

Summe autem necessaria et utilis est logicalis philosophia. Ex quo enim logica docet, qualiter ignotum fiat notum, patet quod in nulla philosophia aliquid notum fieri potest nisi per logicae doctrinae facultatem. Est enim, ut dicit Boethius in topicis, ratio disserendi, hoc est docens, qualiter de quolibet disserendum est, quae in duas, ut dicit, distribuitur partes, scilicet scientiam inveniendi, quam topicam Graeci vocaverunt, et scientiam iudicandi, quam Graeci analyticam, Latini autem resolutoriam nuncupaverunt. Constat autem quod sine dissertione et inquisitione non venitur de noto ad ignotum. Quae dissertio non est nisi inquisitio discutiens, qualiter notum comparatur ad ignotum et qualiter se habet ad illud ut causa vel principium, vel signum vel coniectura ad illud, vel contrario modo ut repugnans ad ipsum; sine qua in nulla scientia aliquid sciri potest. Quoad hoc ergo quod scientia est docens disserere de omni re, non tantum est utilis in se, sed etiam necessaria est ad omne quod scire quaerimus. Propter quod dicit saepissime Aristoteles in diversis libris suis quod causa erroris antiquorum fuit, quia scientiam logicae non habuerunt. Docet enim logica principia, qualiter, hoc est quibus principiis et quibus argumentationibus, de quolibet scibili disserendum est. Qui modus nisi sciatur, scibile inveniri non potest, quia is, qui quaerit, modum inveniendi scientiam scibilis illius non habet. Propter quod etiam Aristoteles dicit quod modus sciendi ante scientiam quamlibet discendus est, ut per illum modum scientia cuiuslibet scibilis inveniatur. Cum enim scientia habitus sit conclusionis, oportet quod concludere sciat ille, qui scientiam accipit. Non autem concludere scit, qui nescit, quid concludere debeat. Et cum nihil concludi debeat nisi quaestio, oportet quod sciat, quid et qualiter quaerendum est id quod concludi intenditur.

Adhuc concludere se nescit, qui nescit, ex quibus et qualibus et qua complexione concludendum est. Haec autem omnia nulla docet philosophia nisi tantum logica. Non ergo tantum utilis est et adminiculans ad omnes scientias, sed etiam necessaria. Propter quod nescientes logicam etiam id quod scire videntur, nesciunt se scire, quia nesciunt, qualiter unumquodque sciri oportet et qualiter probandum vel improbandum est.

Adhuc autem tales in scitis suis nullam potestatem habent, dum nesciunt, propter quid scitis assentiunt nec qualiter contradicentibus responderi debeat. Hoc autem scit logicus, si perfecte scientiam disserendi de quolibet sit adeptus.

Adhuc autem nesciens logicam, etsi scire aliquid videatur, nescit tamen, sicut iam supra diximus, rationem sui sciti, et sic se habet ad scitum et ad actum sciendi sicut ignis ad comburere lignum; ‘et omnino scientis est’, ut in i primae philosophiae dicit Aristoteles, ‘posse docere’. Docere autem non potest, qui rationem sciti nescit exponere. Nescit autem exponere sui sciti rationem, qui regulas et principia logicae non novit. Erit igitur talis etiam in his quae scire videtur, sicut idiota se habet ad litteratum. Talis etiam nec suum nec alterius deprehendit errorem, quia non habet habitum, ad quem diiudicet, utrum recte sciat, quod scit, vel non recte.

Adhuc autem per hoc quod inveniendi quodlibet scitum scientia est per habitudines unius ad alterum – quae topicae sive locales vocantur, quibus intellectus unius vel opinio vel fides vel existimatio vel suspicio locatur in alio, quod iam intus habetur in animo quaerentis – sine logica hoc docente nec ad inquirendum nec ad inveniendum aliquid procedi potest, nec etiam quando quaesitum invenitur, sciri potest, an inventum vel non inventum sit. Manifestum est igitur quod etiam quoad hoc logica non tantum utilis, sed etiam necessaria est ad omnem philosophiam.

CaCafP1P2F1ShV1Pi pavlp

1–2 Ad – utilis] De utilitate dialecticae *lp* 3–4 logicalis – philosophia] logica philosophiae *lp* 9 scilicet] in *add. F1* 13 venitur] venit *Ca* 14 discutiens] disserens *Pi pavlp* 15 et *om. lp* 17 ad illud *om. V1* 18 qua] quo *CaP1P2ShV1Pi pavlp* 19 disserere] discernere *F1* 21 quaerimus] intendimus *P1P2Pi pavlp* 22 saepissime] saepe *F1* frequenter *Pi pavlp* | diversis *om. P1P2* 23 quia] quod *F1* | logicae non] logicam non invenerunt sive *Pi pavlp* 24 est] et *pavlp* 25 quibus[2]] qualibus *F1* | argumentationibus] argumentis *pavlp* 34 concludere debeat] concludendum sit *F1* 35 quaestio] conclusio *F1* alias quaestio *in marg. F1*[1] 37 Adhuc] autem *add. F1* 38 complexione] conclusione *pavlp* 45 in scitis] inscientes *CaP1* in scientiis *P2F1* 46 habent *om. CaP1P2Sh corr. P2*[2] | dum] nam *F1* | quid] quod *lp* | scitis] suis *add. Pi pavlp* 47 responderi] respondendum *F1* respondere *lp* | debeat] sit *F1* debeant *ShV1Pi pavlp* 50 nesciens] nescientes *F1* 50–51 videatur nescit] videantur nesciunt *F1* 51 tamen] cum *F1* dum *Pi* | iam *om. F1V1* | diximus] cum *add. pavlp* 52 sciti] scit *Ca* nesciat *add. F1Pi pavlp* | sic *om. pavlp* | se *om. Ca* | habet] habent *F1* 53 et] quia *P1P2* | omnino] ideo *Pi pavlp* ideo signum *V1* 54 i – dicit] prima philosophia docet *pavlp* 56 nescit] nescit autem *add. P1*[1] 57 regulas] causas *pavlp* nescit *praem. F1* 58 novit] noverit *F1* | videtur *om. Ca* videntur *P1 pa* 59 se – litteratum] ad lucrandum *F1* | litteratum] litteram *Pi* habentem litteram *pavlp* 61 ad] per *pavlp* 61–62 quod scit *om. V1* 65 vocantur *om. Ca* 66 unius *om. lp* 67 alio] aliquo *F1V1* | quod iam *lac. F1* | intus] intellectus *F1* 68 logica] autem *add. F1* | hoc docente *om. pavlp* | inquirendum] acquirendum *P1*[1] 70 an] aut *P1F1 corr. P1*[1] 71 Manifestum est] manifestatur *F1* 72 utilis] est *add. Pi pavlp*

5–6 Cf. Algazel, Logica c. 2 (Venetiis 1506 f.a2vb). – 7 Cf. Boeth., De diff. top. l. 1 (ed. Nikita p. 1 v. 4–5). – 22 Cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 6 (987 b 32–33); transl. Iacobi Arist. Lat. XXI,1–1 p. 22 v. 11–12; l. 4 c. 3 (1005b 2–8); Phys. l. 1 c. 8 (191 a 24sqq.); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 35 v. 13sqq.; Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 104 v. 9–28. – 29 Arist., Metaph. l. 2 c. 3 (995 a 12–14); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 39 v. 29–p. 40 v. 1. Cf. Averr., Metaph. l. 2 comm. 15 (ed. Darms p. 78 v. 45–49); Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 104 v. 17–22. – 31–32 Vide infra p. 33 v. 67–68 cum nota. – 51 Supra p. 5 v. 24–44. – 54–55 Arist., Metaph. l. 1 c. 1 (981 b 7); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 8 v. 23.

Adhuc autem etiam per hoc quod iudicandi scientia est – qua id quod inventum est, diiudicatur, an recte per sua principia scitum sit – necessaria ad omnem philosophiam est logicae scientia. Hoc autem docet logica dupliciter: resolvere docens scitum in principia, scilicet consequentiae, quae sunt in figuris et modis consequentiarum syllogisticarum, et resolvendo in principia realia eius, quod sequitur, sicut in causas immediatas et essentiales et convertibiles cum eo quod scitum est per conclusionem. | Quo iudicio omne quod scitur, quasi ponderatur ad aequilibram rationis, qua assentit sibi ratio scientis. Cum ergo logica sola doceat hoc, non tantum philosophia est, sed pondus ad aequilibram rationis reducens omne quod in omnibus philosophiis quaeritur ad sciendum.

Est autem non tantum necessaria, sed etiam utilis haec scientia. Si enim bonum et felicitas hominis est secundum optimae partis animae hominis perfectissimum actum, hoc est secundum intellectum contemplativum, nec contemplari poterit intellectus, nisi noverit contemplationis principia et sciat invenire quod quaerit contemplari, et diiudicare id ipsum quod iam contemplatur inventum, patet quod prae omnibus utilis est ad felicitatem haec scientia, sine qua non attingitur felicitatis actus et per quam ipse felix actum non impeditae recipit operationis. Haec enim scientia a phantasiis, quae videntur et non sunt, liberat, errores damnat, et ostendit falsitates et lumen dat rectae in omnibus contemplationis. Prae omnibus igitur desideranda est haec scientia.

Cap. 4. De quo sit logica ut de subiecto

Cum autem logica sit scientia contemplative docens, qualiter et per quae devenitur per notum ad ignoti notitiam, oportet necessario quod logica sit de huiusmodi rationis instrumento, per quod acquiritur per notum ignoti scientia in omni eo quod de ignoto notum efficitur. Hoc autem est argumentatio, secundum quod argumentatio est ratiocinatio mentem arguens et convincens per habitudinem noti ad ignotum de ignoti scientia. Inter species autem argumentationum praecipua est syllogismus, propter quod QUIDAM dixerunt quod logica tota est de syllogismo et partibus syllogismi, non determinantes commune subiectum logicae, sed id quod est subiectum principale. Non enim de omnibus fides esse poterit per syllogismum, propter hoc quod decursus syllogisticus non est nisi ab universali universaliter accepto, quod in multis philosophiis esse non potest, ut in rhetoricis. Propter quod in illis praecipue locales habitudines attenduntur, a quibus per enthymemata concluditur id quod quaesitum est. Cum igitur logica, ut dicit ARISTOTELES, det omni scientiae modum disserendi et inveniendi et diiudicandi quod quaesitum est, oportet quod de tali sit ut de subiecto, quod omnibus in omni scientia quaesitis applicabile est. Sunt autem adhuc quaedam, in quibus singularibus quaerimus invenire quod ignotum est, sicut in experimentalibus, in quibus utimur vel syllogismo vel inductione ad universale accipiendum, et non possumus uti syllogismo perfecto. Propter quod syllogismus commune subiectum logicae esse non potest. Propter quod etiam in logicis, quae ab antiquis descriptae sunt, non solum docetur, quid syllogismus et qualiter et ex quibus sit, sed etiam docetur, quid argumentatio et quae partes et species eius.

Sunt tamen qui logicum interpretantur idem quod sermocinale, dicentes logicam generalem idem esse quod sermocinalem scientiam, sub qua dicunt contineri grammaticam, poeticam, rhetoricam et eam quam vocant dialecticam. Et ideo dicunt logicae generalis subiectum esse sermonem, prout est designativus rerum, quae significantur per ipsum.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 10 *Ca* f.2ra

1 per hoc *om. P1* 2 qua] quia *pavlp* | inventum – diiudicatur] invenit est diiudicatum *F1* | an] ac *CaP1P2F1Sh corr. P2*^{2} | recte *om. F1* 4 logicae] logica *lp* 5 resolvere] solvere *pav* | in] sua *add. Pi* 6 consequentiae] communia *F1* 7 resolvendo] solvendo *pav om. lp* 8 sequitur] scitur *F1 om. Ca* 11 aequilibram] aequilibrium *CaP2Sh* aequalibrium *P1* 11–13 qua – rationis *hom. Pi pavlp* 12 hoc *om. CaP1P2ShV1 corr. P2*^{2} 13 aequilibram] aequilibrium *CaP1P2Sh* 13–14 reducens] deducens *F1* 14 philosophiis] principiis *F1* physicis *pavlp* 17 Si] sicut *F1Pi pavlp* | enim *om. F1 pavlp* | et] est *pavlp* | est *om. CaP1P2Sh corr. P2*^{2} 19 est *om. CaP1P2Sh corr. P2*^{2} 21–22 contemplari – diiudicare] iudicare *F1* 22 iam *om. F1* | patet] ergo *add. F1* conclusio *add. pavlp* 23 prae] primo *Pi* 25 impeditae recipit] impeditur recipere *F1* 27 in *om. V1* 27–28 in omnibus] omnis *F1* 28 contemplationis] contemptionis *F1* contemplationibus *Pi* 29 desideranda] consideranda *pavlp* 30 ut *om. P1* 31 contemplative] contemplativa *F1Pi pavlp* 33 huiusmodi] huius *CaP1P2V1Pi* 36 Hoc] haec *Ca* 36–37 secundum – est *om. F1* | argumentatio] argumentationis *P1P2 corr. P2*^{2} 37 est *om. CaP1P2 corr. P2*^{2} 37–38 convincens] coniungens *Pi* 39 argumentationum] argumentationis *Pi pavlp* 41 partibus] de *praem. F1* ipsius *add. Pi* | non *om. vlp* 42 sed] secundum *Pi pavlp* 44 propter hoc] propterea *F1* | decursus] discursus *Pi pavlp in marg. F1*^{1} 46 philosophiis – potest] scientiis esse non poterit *pavlp* 47 Propter] propterea *F1 lp* | locales] logicales *P1* 48 per *om. P1* 50 omni – scientiae] tam scitum *Ca* tam scitum quam *P1P2* omnis scientiae *F1* 52–53 quod^2 – est *om. P1* 53 scientia *om. Pi* | scientia quaesitis] aequaliter *pavlp* | quaesitis] quaesitum *F1* 54 singularibus] in *praem. P2*^{2} ex *praem. vlp* 58–59 syllogismus – quod *hom. F1* 59 quod] hoc *pavlp* | logicis] logica *F1* 60 descriptae] scriptae *pavlp* | descriptae sunt] scripta est *F1* 61 ex *om. F1* | sed] hic *add. pavlp* 62 quid] sit *add. lp* 63 logicum] logicam *F1ShV1Pi pavlp* 64 sermocinale] sermocinalem *F1ShV1Pi pavlp* 66 poeticam] et *add. Pi pavlp* 67 generalis] generale *F1* 68 sermonem *om. CaP1P2Sh corr. P2*^{2}*Sh*^{1}

3–4 Cf. Algazel, Logica c. 2 (Venetiis 1506 f.a2vb). – 10–11 Cf. Algazel, Logica c. 2 (Venetiis 1506 f.a2va). – 16–25 Cf. Algazel, Logica c. 2 (Venetiis 1506 f.a2vb). – 26 Cf. Arist., Top. l. 1 c. 1 (100 b 23–25); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 6 v. 1–11. – 40 Cf. Alb. infra p. 7 v. 18–21, p. 7 v. 45–49. – 49–50 Arist., Top. l. 1 c. 2 (101 a 37–101 b 4); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 7 v. 20–22.

Quam opinionem impugnat AVICENNA in principio LOGICAE suae dicens quod sermo 'de se nihil significat'. Si enim de se aliquid significaret, semper et apud omnes significaret illud; quod falsum est. Significationem ergo accipit a placito instituentis. Non ergo significat nisi secundum quod conceptus est in intellectu instituentis. Tali autem sermone, secundum quod sic designativus est concepti, utitur homo et ad se ipsum et ad alium. Propter quod dicit DAMASCENUS quod in duo dividitur, scilicet in endiadentum, hoc est sermonem interius in mente dispositum, et in eum qui, exterius prolatus, angelus intelligentiae est sive cordis nuntius, qui conceptus cordis nuntiat ad alterum. Propter quod logicus et ad se et ad alterum utitur sermone per accidens et non per se, quia scilicet sine sermone designativo procedere non potest ad notitiam eius, quod ignotum est. Ratiocinatione autem utitur per se ad notitiam faciendam eius, quod declarandum est. Propter quod cum logici intentio sit docere ea, per quae per se venitur in notitiam ignoti per id quod notum est, logici subiectum est argumentatio, quia per argumentationem efficitur id quod intendit.

Adhuc sermo incomplexus, quamvis designet aliquid apud intellectum simplicem, tamen fidem non facit, an aliquid sit vel non sit, quia non significat aliquid esse vel non esse. Non autem venitur ad notitiam ignoti nisi per aliquid, quod de ignoto | fidem facit, quod ita sit vel non sit. Sermo igitur incomplexus non potest esse instrumentum, per quod de ignoto intellectus ad notitiam deducatur; quod principaliter intendit logicus. Sermo igitur incomplexus non assumitur a logico nisi per accidens, inquantum scilicet est pars sermonis complexi, qui est compositi intellectus designativus.

Amplius sermo complexus, secundum quod complexus est, nec significat rem esse vel non esse. Si enim hoc esset, omnis sermo complexus rem esse vel non esse designaret. Et sic oratio deprecativa vel optativa vel subiunctiva rem esse vel non esse designaret; quod falsum est. Sermo igitur complexus, per hoc quod enuntiativus est, rem esse vel non esse significat. Per hoc autem quod esse vel non esse significat, non habet arguere et fidem facere de enuntiato. Per hoc igitur quod enuntiativus est, non est instrumentum, per quod logicus consequatur id quod intendit. Fidem autem facit per hoc quod ad formam argumenti collectus est. Argumentatio igitur logici instrumentum est. Logica autem generalis et docens de hoc est ut subiecto, per quod utens logicus in scientiam venit ignoti per notum. Argumentatio igitur logici docentis logicam proprium subiectum est. Et haec est trium philosophorum sententia, AVICENNAE scilicet et ALFARABII et ALGAZELIS.

Utuntur tamen sermone omnes sermocinales scientiae, grammatica scilicet, poetica, rhetorica et ea quae vocatur logica: Grammatica, prout modis inflexionum et constructione intellectus simplicis et compositi congrue designativus existit simpliciter absque eo quod fidem faciat de designato, utrum sit vel non sit. Poetica autem utitur eo, prout modulus pronuntiatus delectatione vel abominatione provocat audientem ad aliquid faciendum vel fugiendum, propter quod ex miris componitur et secundum mythologiam sive fabulam fingit cantans mendacia, quae provocent audientes. Rhetorica autem sermone utitur, prout est designativus eius, per quod persuadere intendit. Solus autem logicus sermone utitur, prout est pars instrumenti illius, per quod solum fides fit de ignoto, cum notitia ipsius ex noto arguitur per complexionem argumenti. Propter alterum ergo sermone utitur, et non propter se ipsum. Huius autem probatio est quod notum, per quod scientia ignoti

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 26 *Ca* f.2rb

1 principio] primo *pavl* 4 illud] idem *V1* 5 a placito] ad placitum *F1* 6 quod *om. CaP1P2 corr. P2*^{2} | conceptus] et *add. CaP1P2Sh* 7 designativus] significativus *pavlp* intelligitur *praem. F1* 8 est *om. F1* | et^{1} *om. pavlp* 10 in endiadentum] incordyaden cum *CaP2* cum *exp. P2*^{2} in quod cordiaden cum *P1* indiabentum *F1* in endyaden *V1* in encordiadem *Pi* in encordialem *pavlp* | est] in *add. P2*^{2} 11 dispositum – eum] habitum *Ca corr. Ca*^{1} 11–12 exterius – sive] ex signis qui angelus intelligendo est sui *pavlp* 11 prolatus] qui *Pi* 11–12 angelus] singularis *F1* 12 intelligentiae] intelligentia *Pi* | qui] et *F1V1* quia *lp* | conceptus] conceptum *F1ShV1* 13 se] ipsum *add. F1* 14 non *om. Pi pa* 15 scilicet *om. pavlp* 16–17 Ratiocinatione] determinatione *F1* 18 declarandum] occultum *F1* declaratum *pavlp* | Propter quod *om. F1* | cum] etiam *CaP1P2* cum *add. P2*^{2} 20 id *om. lp* | logici] logicae *lp* 21 per *om. Ca corr. Ca*^{1} | intendit] intenditur *Pi pavlp* 22 Adhuc] autem *add. F1* 23 fidem] fit et *F1* 24 sit^{1} *om. Ca corr. Ca*^{1} | vel^{1}] an *V1Pi* | non^{1}] nihil *Pi* 30 incomplexus] qui assumitur a logico *add. F1* | a logico *om. F1Pi* 31 scilicet *om. pavlp* 33 secundum] in eo *pavlp* 34 rem *om. Pi pavlp* 36 designaret] significaret *pavlp* 36–37 designaret – designaret *hom. P2Pi* 36 oratio] omnino *Ca* 37 designaret] significaret *pavlp* 38 per hoc] secundum *Pi* | hoc] hac *Ca* 38–39 enuntiativus] designativus *F1* alias enuntiativus *in marg. F1*^{1} 40 quod] rem *add. pavlp* 42 est^{1} *om. CaP1P2* 43 consequatur] consequitur *P1P2* 44 collectus] collectivus *P1P2Pi pavlp* 46 ut] de *add. F1V1Pi pavlp* 48 logici] logicae *lp* | logicam] logice *Pi pav om. V1 lp* | proprium] proprie *F1* 49 est^{1} *om. CaP1P2 corr. P2*^{2} 50 et^{1} *om. pavlp* 52 poetica] et *add. lp* 53 modis] modus *P1 vlp corr. P1*^{1} 53–54 modis – constructione] per nominis inflexionem et contractionem *V1* 54 constructione] constructionum *vlp* 54–55 congrue] complexe *pavlp* 55–56 fidem *om. Pi pavlp* 56 faciat] sciat *pavlp* | designato] signato *P1P2V1* significato *Pi pavlp* 57–58 prout – abominatione] quod potest modulis pronuntiatus delectationem vel abominationem *F1* 57 pronuntiatus] enuntiatus *Pi* 58 vel abominatione *om. P1* 59–61 miris – cantans] variis compositis et secundum metalogiam sive fabulam fingit tentans *pavlp* 61 provocent] promovent *F1* | Rhetorica] recte *CaP1P2* 62 per *om. V1* 64 illius *om. pavlp* 65 ignoto] incognito *pavlp* | ipsius] ipsi *P1* 67 Huius] haec *CaP1P2V1*

1–2 Avic., Logica pars 1 c. 4 (Venetiis 1508 f.3va). – 9 Ioh. Dam., De fide orth. l. 1 c. 13 (ed. Kotter p. 41 v. 93–94): 'Λόγος πάλιν ἐστὶν ὁ ἐνδιάθετος ὁ ἐν καρδίᾳ λαλούμενος. Καὶ πάλιν λόγος ἐστὶν ἄγγελος νοήματος'; transl. Burg. c. 13 n. 17 (ed. Buytaert p. 62 v. 109–110): 'Verbum rursus est quod non verbo profertur, sed in corde enunciatur'; cf. Nemes., De nat. hom. c. 14 (ed. Morani p. 71 v. 8), transl. Burg. c. 13 (ed. Verbeke et Moncho p. 90 v. 40); Alb., Summa Theol. Ed. Colon. t. 34,1 p. 228 v. 85 (cum nota). – 50 Avic., Logica pars 1 c. 4 (Venetiis 1508 f.3va). | Alf., De scientiis c. 2 (Parisiis 1638 p. 11 sq.). | Algazel, Logica c. 2 (Venetiis 1506 f.a2va). – 51–52 Cf. infra p. 15 v. 45–62.

accipitur, dupliciter consideratur, scilicet prout est res extra animam noscentis accepta et prout notio quaedam est in anima noscentis. Non autem facit notitiam ignoti, prout est res extra animam noscentis accepta, sed potius prout notio rei est in anima noscentis existens. Sic enim significativa est et illuminativa eius, quod ignotum est, quod in notitia ipsius aliquo modo percipit intellectus perfecta comprehensione. Hoc igitur modo voces significativas rerum considerat logicus et non aliter. Dico autem 'perfecta comprehensione', quia forte sunt quidam adeo perspicaces, quod ex intellectu unius vocis incomplexae statim de ignoto fidem concipiunt; sed hoc est imperfectum, et non generale. Et ideo non sufficit, sed oportet uti argumentatione perfecte hoc faciente.

Si quis autem quaerat, unde efficiatur notum id, ex quo ignoti accipitur scientia et fides, hoc nihil est quaerere, quia in quolibet aliquid per se notum est homini et naturae insitum, per quod ignoti potest accipere scientiam. Aliter enim homo nullius esset 'perceptibilis' scientiae vel 'disciplinae', sicut nec brutum animal, nisi prima cognoscendi principia per se ipsa nota essent homini. De argumentatione igitur vel syllogismo est tota logica ut de subiecto. De aliis autem incomplexis vel complexis vocibus est propter illa.

Cap. 5. De divisione logicae et partibus eius et de significationibus dictionum

Divisio autem logicae et quae sunt partes ipsius, ut dicunt Avicenna et Algazel et Alfarabius, accipienda sunt ex intentione ipsius. Sicut vero iam ante dictum est, logica intendit docere principia, per quae per id quod notum est, deveniri potest in scientiam ignoti. Est autem ignotum aut incomplexum, de quo quaeritur quid sit, aut complexum, de quo quaeritur, an verum an falsum sit. Sciri autem non potest incomplexum, de quo quaeritur quid sit, nisi per diffinitionem. Complexum autem, de quo quaeritur, an verum sit an falsum, non potest sciri nisi per argumentationem. Istae igitur sunt duae partes logicae: una quidem, ut dentur principia, per quae sciatur diffinitio rei et quiditas, ita quod per principia illa doceatur, quae sit vera rei diffinitio et quae non, et quae videatur esse et non sit. Alia vero, ut doceantur principia, qualiter | per argumentationem probetur enuntiationis veritas vel falsitas, et ut doceatur illius argumentationis forma quantum ad figuram et modum et coniugationem sive complexionem, et ut doceatur eiusdem argumentationis materia, et ut doceatur, quae videatur esse argumentatio et non sit, eo quod apparentiam aliquam quidem habet, sed veram existentiam non habet; et ut doceantur cautelae, quibus opponens vel respondens per aliquam occasionem impediatur, vel promoveatur, a conatu veritatis vel ad hoc quod perspecte videat veritatem et non divertat ab ipsa.

Sed prima harum partium vel ab antiquis tradita non est, vel ad nos non pervenit. Hanc etiam partem dicunt Avicenna et Alfarabius ad Arabes non pervenisse. Dicit tamen Aristoteles in plerisque locis hanc causam erroris fuisse antiquis, quia artem diffiniendi non habebant. Quod autem quidam dicunt hanc tradidisse Aristotelem in vi topicorum frivolum est. Ibi enim artem diffiniendi non tradit, sed docet terminare problema illud, quo quaeritur, quid insit ut diffinitio. Adhuc autem quod quidam alii dicunt hoc pertinere ad metaphysicum, et Aristotelem hoc tradidisse in vii et viii philosophiae primae, hoc absurdum est. Aristoteles enim ibi docet, quae sint diffinientia tam substantiam quam accidens et quae sit diffinitio philosophica et

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 43 *Ca* f.2va

2 et *om. F1Pi* 3 noscentis] existens *add. V1* 6 illuminativa] illativa *pavlp* 7 quod[2]] ipsum ignotum *add. P2*[2] | in – ipsius] ignotum ipsi *pavlp* | notitia] notitiam *V1* | ipsius] eius *P2* 12 incomplexae] complexae *pavlp* 12–13 concipiunt] accipiunt *F1* 14 oportet uti] opus est *Pi pavlp* | perfecte *om. F1* 16 quaerat] quaerit *P1V1Pi pavlp* 19–20 scientiam] si autem *Ca corr. Ca*[1] 20 nullius] nullus *F1* | esset] egeret *Pi* 21 nisi] si *pavlp* 22 nota essent] non inessent *pavlp* 24–25 vel complexis *om. P1Pi pavlp* 25 illa] ipsa *F1* illam *lp* 26–27 partibus – dictionum] quae sint partes ipsius et de voce significante ad placitum quid et qualiter significet *lp* 29 et[1] *om. P2* | et Algazel *om. pavlp* | accipienda] accipiendae *F1* 31 principia *om. P1Pi corr. P1*[1] 32 est *om. CaP1P2 corr. P2*[2] | deveniri – scientiam] devenire potest in cognitionem *Pi pavlp* 33 ignotum aut *om. lp* 35 an] vel *P2F1Pi pavlp* 37 an[2]] vel *Pi pavlp* 39 quidem] est *add. F1* | dentur] doceantur *pavlp* 41 per *om. CaP1P2* | doceatur] doceantur *CaP1P2* 42 vero] est *add. F1* 46 coniugationem] cognitionem *F1* | coniugationem sive] quietationem seu *pavlp* | complexionem] compositionem *F1* 49 quidem *om. F1V1* 51 occasionem] actionem *F1* 51–52 impediatur – promoveatur] impediat *F1* 52 promoveatur] commoveatur *Pi pavlp* | a conatu] a connotu *Ca corr. Ca*[1]*P1P2* a conuta *F1* an connutu *Sh* a contractu *V1* a convectu *Pi* a coniectu *pavlp* 53 perspecte] perfecte *Pi pavlp* 54 prima] postrema *pa* 57 in plerisque] in partesque *Ca corr. Ca*[1] 60 VI] 2° *F1V1* 61 artem] partem *vlp* | tradit] tradidit *F1Pi pavlp* | terminare] determinare *F1* 63 quod *om. Pi pavlp* | hoc] haec *pavlp* 64 metaphysicum] metaphysicam *V1 pavlp* | hoc] hanc *pavlp* 65 hoc] sed *praem. Pi pavlp om. F1* 67 philosophica] physica *vlp*

18–19 Cf. infra p. 14 v. 31–36. – 20–21 Cf. Porph., Isag. c. De differentia (transl. Boeth. Arist. Lat. I,6–7 p. 15 v. 23–24); c. De propriis generis et differentiae (transl. Boeth. Arist. Lat. I,6–7 p. 23 v. 14–16); cf. infra p. 82 v. 69, p. 83 v. 2–3, p. 85 v. 10–11. – 29 Avicenna, Algazel, Alfarabius: Algazel, Logica c. 3 (Venetiis 1506 f.a2vb). – 30 Supra p. 3 v. 54–59, p. 5 v. 3–p. 6 v. 15, p. 6 v. 31–36. – 42–53 Cf. infra p. 14 v. 69–p. 15 v. 14. – 54 Cf. supra p. 8 v. 39–42. – 56 Avicenna et Alfarabius: Avic., Logica pars 1 c. 4 (Venetiis 1508 f.3va). – 57 Cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 6 (987 b 32–33); transl. Iacobi Arist. Lat. XXV,1–1 p. 22 v. 11–12; l. 4 c. 3 (1005 b 2–8); transl. Iacobi Arist. Lat. XXV,1–1 p. 68 v. 10–12. – 60 Cf. Arist., Top. l. 6 c. 1 sqq. (139 a 24 sqq.); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 114 v. 3 sqq. – 66 Cf. Arist., Metaph. l. 7 c. 4 (1029 b 12–1030 b 13); c. 5 (1030 b 14–1031 a 14); c. 12 (1037 b 12–25); l. 8 c. 1 (1042 a 17–22); c. 3 (1043 b 35–1044 a 10); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 127 v. 2–p. 129 v. 18; p. 129 v. 19–p. 130 v. 21; p. 145 v. 23–p. 146 v. 6; p. 157 v. 15–p. 158 v. 4; p. 162 v. 17–p. 163 v. 4.

qualiter diffinitio est unum et non multa et alia huiusmodi; sed qualiter diffinitione respondetur ad quaestionem, qua quaeritur, quid est res per essentiam et quiditatem, non docet, quia hoc ad logicam pertinet et non ad primam philosophiam. Patet igitur quod haec pars ad nos nondum devenit. Sunt et harum partium subdivisiones, quas exsequitur logica, de quibus in SEQUENTIBUS erit tractatus.

Quia autem logica omnia considerat, prout sunt in anima sive intellectu eius, qui quaerit per notum sibi venire in notitiam ignoti, gratia horum considerat de voce significante ad placitum, et quid et qualiter significet; quod antiquiores Peripatetici, ut dicunt ALFARABIUS et ALGAZEL, in quinque modis distinxerunt. Primo quidem et principaliter, quando dictio significat id, ad quod prima institutione significare est instituta, ut homo hominem et domus domum et sic de aliis. Secundo modo, quando significare dicitur, quod ex consequenti supponitur in ipsa, sicut domus significat fundamentum et parietem – supponitur enim domus fundamentum habere et parietem –, et quodlibet totum integrale sic significat suas partes integrales et principales. Tertio modo, quando res concomitatur significationem ipsius, sicut si paries est, fundamentum significatur, et si tectum est, fundamentum et paries esse significantur. Quarto, quando unum est in intellectu alterius, sicut homo significat animal et significat rationale. Et ad hunc modum reducitur, quod accidens et passio significat subiectum, sicut simum significat nasum et sicut album significat corpus terminatum et cetera huiusmodi. Quinto modo, sicut oppositum unius signum facit oppositum, sicut disgregatio albi significat congregationem nigri, et motus ad centrum frigidi significat motum a centro calidi et cetera huiusmodi.

Hoc autem ad logicum pertinet per hoc quod logica est disserendi scientia. Disseri autem non potest, ut ARISTOTELES dicit in IV PRIMAE PHILOSOPHIAE, nisi detur quod nomina aliquid significant et quod non significant infinita.

Gratia huius etiam considerat de dictionibus et vocibus incomplexis et complexis. Complexio et incomplexio non accidunt rei, secundum quod res est, nec etiam voci, secundum quod est vox, sed accidunt voci, secundum quod refertur ad intellectum simplicem vel compositum. Simplicem autem dico intellectum, qui simplex unius rei intuitus est; talis enim intellectus non significatur ad alium nisi voce sive dictione incomplexa. Compositum autem dico intellectum, qui accipit rem unam in alia vel ut divisam ab alia; qui intellectus voce incomplexa designari non potest, sed potius complexa, sicut: 'homo est animal', vel 'homo ambulat', vel 'homo non est lapis' et 'homo non ambulat'. Propter quod diffinientes incomplexum veteres PERIPATETICI dixerunt, quod dictio significativa ad placitum incomplexa est, "cuius partes nihil significant de" intentione "totius, sicut cum dicitur 'homo', pars ista quae est 'ho', et pars illa quae est 'mo', nihil significant" de hominis intentione. Quod si etiam nomen aliquod unius simplicis sit compositum, sicut 'Adeodatus', tamen secundum quod unius simplicis nomen est, incomplexa dictio est, et hoc quod dico 'adeo' et hoc quod dico 'datus', nihil significant de intentione nominati per hoc nomen 'Adeodatus'. Complexa autem dictio est, cuius partes aliquid significant de intentione totius, sicut cum dicimus 'homo ambulat', et haec dictio 'homo' et haec dictio 'ambulat' aliquid significant de intentione huius complexi 'homo ambulat'.

Adhuc autem vox, secundum quod refertur ad intellectum eius, qui quaerit invenire ignotum per | notum, habet quod dividitur in commune sive appellativum sive universale, et proprium sive singulare. Talium enim nihil accidit ei, secundum quod ad rem designatam refertur.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 69 *Ca* f.2vb

1 est] sit *F1* | alia] talia *pavlp* 2 diffinitione] diffinitio *CaP1P2ShPi* diffiniendo *pavlp* | respondetur] detur *P1* respondeatur *Sh* 4 hoc] haec *V1* 6 devenit] pervenit *Pi pavlp* 7 quas] quae *lp* 10 sive] in *add. F1Pi pavlp* 11 venire in] devenire ad *F1* 15 quando *om. pavlp* 18 quando *om. Pi pavlp* 19 fundamentum] habere *add. P2V1* 20–21 supponitur – parietem *hom. CaP1P2 pavlp corr. Ca*^{1}*P1*^{1} 23 concomitatur] commitatur *pav* comitatur *lp* 24 significatur] esse significat *pavlp* esse *praem. Pi* 25 paries – significantur] parietem esse significat *pavlp* | esse – Quarto] significatur quarto modo *F1* 28 significat] significant *Pi* 29 sicut^{1}] ut *F1* et *praem. CaP1P2* | simum] simus *pavlp* | sicut^{2} *om. F1V1* 30 modo *om. Pi pavlp* 31 sicut^{1}] proprietas *add. P2*^{2} | oppositum^{1} – oppositum] opponitur unius signum facit oppositum *CaP1* oppositi unuius significat oppositum *P2* oppositio significat oppositionem et (vel *V1*) oppositum significat oppositum *V1Pi pavlp* | oppositum^{2}] oppositi *F1* 32 congregationem] aggregationem *pavlp* 35 Hoc – logicum] et hoc ad logicam *Pi pavlp* 37 detur] determinetur *F1* 38 et] eo *pavlp* | quod^{2} – significant] non *F1* 40 etiam] autem *P2* | dictionibus] communibus *pavlp* 41 et complexis *om. Pi pavlp* | Complexio] autem *add. P2*^{2}*F1Pi pavlp* 45 qui] quae *CaP1P2* 46 simplex] simpliciter *F1Pi pav* simplicem quiditatem *V1* | intuitus] intuitivus *F1Pi lp* unitivus *pav* | est *om. CaP1P2Sh* 46–47 talis – incomplexa *om. Pi pav* 49 unam] una *Ca* divisam *add. Pi* 52 homo – ambulat] huiusmodi *Pi pavlp* | quod *om. CaP1P2 corr. P2*^{2} 56 illa] alia *lp* 58 Quod] quia *F1* | aliquod] aliquid *CaP1* quod *V1* rei *add. pavlp* 59 quod] est *Ca add. P1P2* 60 simplicis] rei *add. pavlp* | est^{1} *exp. P2*^{1} 62 intentione] totius *add. lp* 64 intentione] ipsius *add. F1* 70 dividitur in] dicitur *F1* | sive^{1}] seu *pav* | sive^{1} – appellativum *om. lp* | sive^{2}] seu *pavlp* 72 accidit] ad illum est *F1*

7–8 Infra p. 11 v. 43sqq. et p. 14 v. 42sqq. – 13–14 Alfarabius et Algazel: Algazel, Logica c. 3 (Venetiis 1506 f.a3ra). – 36–37 Cf. Arist., Metaph. l. 4 c. 4 (1006 a 18–1006 b 11); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 67 v. 7–p. 68 v. 5. – 53 Cf. Algazel, Logica c. 3 (Venetiis 1506 f.a3ra). – 54 Cf. Arist., Peri herm. c. 1 et c. 2 (16 a 1–16 b 5); transl. Boeth. Arist. Lat. II,1–2 p. 5 v. 3–p. 6 v. 21. – 63–67 Cf. Algazel, Logica c. 3 (Venetiis 1506 f.a3ra). – 68–71 Cf. Algazel, ibid. (f.a3rb).

Res enim omnes sunt singulares, quae cadunt sub sensu et secundum quod constituuntur a natura, et commune, quod est in eis, accipitur ab intellectu. Et ideo dicunt ARISTOTELES et BOETHIUS quod universale est, dum intelligitur; singulare vero, dum sentitur. Commune tamen quod est in eis, est 'commune tribus modis', scilicet quia est in pluribus, ut homo, quod actu divisibile est in plures, ita quod totum est in singulis per naturam et rationem; et id quod actu est in uno, aptitudine naturae potest esse in pluribus, sicut hoc commune, quod est sol; et id quod nec actu est in aliquo vel in uno solo, sed opinione non repugnat et ratione, quin possit esse in multis, sicut heptangulum, si ponamus nihil esse heptangulum secundum actum, ratione tamen est et potest esse in multis. Et ut generaliter dicatur, omne nomen vel dictio, quod imponitur a forma communicabili multis, sive illa forma sit accidentalis sive substantialis, commune est et universale, sive secundum actum multis communicetur sive non.

Proprium autem sive singulare est, quod imponitur a forma accidentali significante accidentium collectionem, quam non est possibile invenire nisi in uno solo, ut socratitas vel platonitas, quae ex parentalibus subiectis et loco nativitatis et aliis huiusmodi non nisi uni convenire potest et impossibile est ut in alio inveniatur. Et hoc dupliciter fit: vel enim fit nomine proprio, vel nutu demostrationis ad hoc singulare, ut cum dicimus 'hoc lignum' vel 'hoc album'. Hoc enim sic est hoc quod non potest esse aliud.

Adhuc dictio sive vox significativa et articulata non ex hoc quod refertur ad rem designatam, sed ex hoc quod est in intellectu quaerentis ignotum scire per notum, habet quod quaedam ipsius est nomen, quaedam autem verbum. Pronomen autem, sicut et nomen suum testatur, vice nominis in supponendo accipitur; et participium cum suppletione verbi substantivi in apponendo vel praedicando supplet vicem verbi, sicut cum dicitur: 'homo est amans' vel 'homo amat', vel 'homo fuit amans' vel 'homo amavit', vel 'homo erit amans' vel 'homo amabit'. Ceterae autem partes indeclinabiles sine adiunctis nullum habent intellectum, ut si dicatur 'homo est in', non intelligitur, nisi addatur in quo sit, ut 'in domo'. Et similiter cum dicitur 'homo est supra'; et si dicatur 'homo autem', nisi addatur cui adversetur coniunctio; vel si dicatur 'homo ergo', nisi addatur, quid inferatur. Nomen autem, ut in SEQUENTIBUS habebitur, significativum est ad placitum, non a se ipso, et sine tempore eius, quod subicitur. Verbum autem significativum est ad placitum cum consignificatione eius quod ei, quod subicitur, inesse praedicatur vel dicitur vel negatur vel affirmatur.

Adhuc autem voci significativae ad placitum, secundum quod est in intellectu quaerentis ignotum scire per notum, accidunt quinque, scilicet quod sint univoca quaedam ex ipsis et quaedam diversivoca, quaedam autem multivoca, quaedam autem aequivoca et quaedam analoga sive proportionata, quae ARABES vocant convenientia. Univoca autem sunt, quae a tali forma imposita sunt, ad quam omnium participantium eam est respectus unus secundum rem et rationem, sine magis et minus; sicut 'animal' participatur a speciebus animalium et 'homo' participatur ab individuis, quae sunt sub ipso. 'Diversivoca sunt diversa nomina unius et eiusdem rei' secundum substantiam, eo quod instituens nomina illa diversis rei proprietatibus in instituendo fuit affectus, ut ensis, mucro, spatha, gladius, sica, framea et

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

5–6 tamen] autem *F1* 6 commune *om. pavlp* 7 quia est] id (in id *V1 pa*) quod est actu *V1Pi pavlp* 8 in singulis] singularis *P2 corr. P2²* | singulis] singularis *CaP1* singulari *F1* 9 et] in *add. V1Pi pa* | aptitudine] vero *add. Pi pavlp* | aptitudine naturae] cum actitudine *F1* 11 id] in *praem. CaP1P2ShV1Pi pa* | est] in pluribus nec *add. Pi pavlp* | in² *om. Pi pavlp* 12 opinione] oppositione *F1* aptitudine *pavlp* | non *om. CaP1P2F1Sh corr. P2²Sh¹* 13 heptangulum] emptagulum *Ca* emptaculum *P1P2* obtangulum *F1* eptagulum *Pi pa* | ponamus] ponimus *pavlp* 13–14 heptangulum] eptagulum *CaPi pa* emptaculum *P1P2* obtangulum *F1* 14 ratione tamen] tamen secundum aptitudinem *pavlp* 15 ut] in *add. P1* 16 quod] vel quae *add. P2²* 18 est *om. CaP1P2Sh corr. P2²* 20 est *om. CaP1P2Sh* 22 non – possibile] impossibile est *Pi pavlp* | est *om. CaP1* | invenire] inveniri *F1Pi pavlp* 23 vel] et *V1 om. F1* | parentalibus subiectis] parentalibus (parentelibus *F1*) Socratis *ShF1V1* parentibus subiectis *Pi pavlp* 25 inveniatur] reperiatur *Pi pavlp* 29 vox *om. CaP1P2F1Sh corr. P2²* | et] est *pavlp* | articulata] articulativa *V1* 32 habet] hoc *CaP1P2 corr. P2² add. V1Pi* | habet quod] licet etiam *pavlp* | est] sit *lp* 32–33 quaedam autem] et quaedam *Pi* 33 suum] sive *pa* 34 vice] vicem *P1P2* | accipitur] accipit *P2* accipere *V1* 35 suppletione] subpletio *Ca* suppletio *P1* 35–36 apponendo – praedicando] apposito vel praedicato *F1* 39 indeclinabiles *om. Pi* 40 in *om. P1P2 corr. P2²* 42 autem] tamen *F1* 43 nisi] non *pav* et non *lp* | adversetur] adverset *pavlp* | homo *om. V1* 44 nisi] non intelligitur *praem. Pi* | in *om. Ca* 45 habebitur] habetur *P1F1* | est *om. CaP1P2 corr. P2¹* 46 non – subicitur] sine tempore *pavlp* | quod] ei *add. V1* 47–48 significativum – inesse] cum tempore quod ei subicitur idem *pavlp* | consignificatione] significatione *F1Sh* | consignificatione eius] tempore *V1Pi* 48 subicitur] et *add. F1* 48–49 vel – affirmatur] dicitur vel affirmare vel negare *F1* 49 affirmatur] uni *add. pavlp* 51 ignotum scire] scientiam ignoti *pavlp* 52 sint] sit *F1 pavlp* 53 quaedam¹ – diversivoca *om. pa* | quaedam – ipsis *om. vlp* 54 quaedam autem] et quaedam *Pi* etiam quaedam *pavlp* | et quaedam] quaedam vero *pavlp* 55 Arabes vocant] apud Arabes vocatur (vocantur *lp*) *pavlp* 58 sine] sive *P1* 59 et] sive *P1 pa* | a speciebus] aspectus *Ca corr. Ca¹* 61 Diversivoca] autem *add. Pi pavlp* | sunt *om. CaP1P2F1Sh corr. P2²* 62 instituens] instituentes *CaP1P2Sh corr. P2²* instituente *F1* 63 in *om. F1Pi lp* | fuit] fuerunt *CaF1Sh corr. Ca¹* 64 affectus] affecti *F1Sh¹* | sica framea] vestis tunica *pavlp*

4 Arist., Phys. l.1 c.5 (189 a 5–8); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p.26 v.2–4. Cf. Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.92 v.43–44. | Cf. Boeth., De cons. phil. l.5 prosa 6 n.36 (ed. Moreschini p.160 v.130–134); Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l.1 c.11 (CSEL 48 p.167 v.5–8). – 6 Cf. Avic., Phil. prima tr.5 c.1 (Avic. Lat. [V-X] p.227 v.7–p.228 v.2); Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.285 v.16–56. – 10 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l.3 c.5 et c.6 (CSEL 48 p.215 v.5, p.219 v.17–20). – 20–23 Cf. Avic., Phil. prima tr.5 c.1 (Avic. Lat. [V-X] p.228 v.22–24). – 35 Circa verbum substantivum cf. infra p.18 v.19–20 et nota p.18 v.19, p.46 v.47–59. – 44–49 Cf. Algazel, Logica c.3 (Venetiis 1506 f.a3rb). – 45 Infra p.10 v.50sqq.; cf. supra p.7 v.1–5, p.9 v.52–55. – 55 Cf. Algazel, Logica c.3 (Venetiis 1506 f.a3va). – 61–62 Algazel, ibid.

huiusmodi. ‘Multivoca sunt diversarum rerum diversa nomina’, eo quod instituens diversis diversarum rerum proprietatibus instituendo fuit affectus, ut equus et asinus. Aequivoca sunt, quando unum nomen diversis secundum rationem impositum est, eo quod una aliqua proprietas inventa in diversis affecit instituentes. Quae tamen proprietas non per unam rationem est in illis, ut ‘canis’, quod nomen est impositum latrabili et stellae caelesti et marino pisci propter unam proprietatem inventam in illis, quae est: omnia haec esse mordacia, cum tamen non una ratione mordacia sint. Analoga autem sive proportionaliter dicta sive, ut Arabes dicunt, ‘convenientia sunt media inter univoca et aequivoca’, quae sunt imposita diversis secundum esse et substantiam per respectum ad unum, cui proportionantur, ‘sicut ens, quod dicitur de substantia’ primo et principaliter ‘et de accidente’ secundario, quia est aliquid entis; ut quantitas dicitur ens, quia est mensura entis, et qualitas ens, quia est dispositio entis. Et hoc, ut dicit Averroes | in logica sua et Damascenus, fit tribus modis, scilicet proportione ad unum subiectum ut ens; et proportione ad unum efficiens actum, ut medicus dicitur vere medicus, qui secundum eam quae in ipso est, medicinam operatur; et medicus dicitur idiota medicum per experta vel inexperta imitans in opere medicandi et non operans secundum eam, quae in ipso sit, artem medicinae; et medicum dicitur instrumentum medicinae, per quod fit medicatio, ut clyster vel embotum vel aliquid huiusmodi. Dicitur tertio proportione eiusdem finis, ut sanum, quod principaliter est in aequalitate complexionis animalium, est et in cibo sicut conservante eandem sanitatem et in urina sicut indicante et in aëre vel loco sicut favente, et similiter est in aliis.

Haec autem omnia de logicis Arabum extracta sunt, eo quod haec conveniunt voci significativae et articulatae, secundum quod per institutionem afficit intellectum eius, qui per notum certificare quaerit ignotum. Volumus enim secundum consuetudinem, quam in aliis, omnia quantum possumus ponere, quae ad illuminationem pertinent doctrinae.

Cap. 6. De parte logicae, qua certificatur incomplexum, et partibus eius et modis

Ex his autem quae dicta sunt, patet quod, si quis quaerit scire incomplexum, quod ignotum est, per id quod sibi non potest esse ignotum, non potest invenire notitiam eius nisi per diffinitionem vel aliquid, quod diffinitionem imitatur in incomplexi aliqua declaratione.

Huius autem principia et regulae sunt quinque et quinque corruptiones. Primum quidem, quod omnia posita in diffinitione sint substantialia et substantialiter in diffinito existentia, quia diffinitio dicitur, eo quod omnes fines essentiae diffinit, contingit et unit et explicat, qui sunt inter prima diffiniti sive esse diffiniti potentiam et ultimum actum complentem esse diffiniti, sicut cum dicimus ‘animal rationale, mortale, voluntarie mobile’ diffinitionem esse hominis. ‘Animal’ enim, quod in se claudit corpus animatum sensibile et substantiam, prima potentia est, in qua incohatum est esse hominis. Haec autem incohatio per ‘rationale’ determinata est essentialiter ad actum rationalis. Per ‘mortale’ autem ad speciem est determinatum, praecipue secundum Stoicos, qui calodaemones et cacodaemones animalia rationalia, corporea, aërea et vita immortalia esse dicebant,

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 19 *Ca* f.3ra

2 rerum *om. CaP1P2F1ShPi* 3 instituendo *om. V1* 4–5 secundum] diversam *add. P1*[1]*V1Pi pavlp* 6 affecit] afficit *F1 pavlp* | instituentes] instituentem *Pi pavlp* 11 cum – sint *om. CaF1 corr. Ca*[1] 12 sive[1]] sunt *pavlp* | sive[2] *om. pavlp* 13 sunt] et *praem. pavlp* 15 per respectum] pertinentia *F1* 17 quia] quod *V1* | entis *lac. Ca om. P1P2* substantiae vel entis principalis *P2*[2] | ut] et *pavlp* 19 ens] dicitur *praem. Pi pavlp* | Et hoc] hoc autem *F1* | ut] quod *P1* 19–20 Averroes – Damascenus] Averrois Damascenus in logica sua *pav* Johannes Damascenus in logica sua *lp* 22 efficiens] efficientis *P1* 23 qui] quia *F1* 24 medicum] medicus *F1* 25 inexperta] emperita *CaSh* comperta *F1* experimenta *V1Pi pavlp* | imitans] mutans *F1* vitans *P1 corr. P1*[1] | medicandi] medendi *F1* 25–26 operans *om. Pi pavlp* 27 medicum] medicus *F1V1 pavlp* 28 clyster] crescere *V1* clistere *F1ShPi pav* | vel[1]] et *P1P2V1* | embotum] embrocha *F1V1* | aliquid] aliud *pavlp* 29 Dicitur *om. Pi pavlp* | eiusdem] unius *F1* | finis, ut] sicut *pavlp* 30 est] consistit *V1Pi pavlp* cum *P1P2* 31 sicut] sunt in *P1* in *add. P2V1Pi pavlp* 32 sicut] in *add. pavlp* | vel] in *add. P1 pavlp* | vel loco] et in cibo *F1* 33 favente] in fovente *pavlp* 34 omnia] tria *F1* | Arabum *om. lp* 37 certificare – ignotum] certificari quaerit de ignoto *Pi pavlp* 38 aliis] servavimus *add. F1* habemus *add. V1Pi pavlp* 39 possumus] possimus *vlp* | ad *om. Ca* 39–40 ad – doctrinae] illuminationi pertineant doctrinae et sic est finis capituli *F1* 41–42 qua – modis] quae certificat incomplexum et de requisitis ad veram diffinitionem ejusque peccatis ac de modis diffinitionis *lp* 44 quod] per *Ca* 46 aliquid] aliud *add. pavlp* 47 in *om. F1Pi pavlp* | aliqua declaratione *om. F1* 49 corruptiones] correlationes errores *F1* 50 sint] sunt *Pi pavlp* 51 eo] id *pavlp om. Pi* 52 contingit] coniungit *P2*[2]*V1Pi pavlp* 52–53 explicat] exemplificat *Pi* 53 qui] quae *P2*[1]*F1 pavlp* | inter *om. pavlp* | prima] principia *F1V1 pavlp* | diffiniti[2]] scilicet *add. Pi pavlp* 53–54 potentiam] essentiam puram *F1* essentiam *praem. Pi pavlp* 54 complentem] copulantem *F1* 55 cum *om. Pi pavlp* 56–57 enim – claudit] autem secundum quod in se includit *pavlp* 59 est *om. CaP1P2Sh corr. P2*[2] 60 rationalis] rationis *pavlp* 61 est determinatum] determinatur *F1V1* 62 et – cacodaemones *om. V1* 63 et – immortalia] in vita et mortalia *V1*

1–2 Algazel, ibid. De definitione diversivocorum et definitione multivocorum cf. Alb., De praedic. tr.1 c.3 (Ed. Paris. t.1 p.157a), ubi tamen Albert ambas definitiones permutat. – 12 Cf. Algazel, ibid. – 17 Cf. Arist., Metaph. l.7 c.1 (1028 a 18); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.123 v.10; Auctor. Arist. 1,160 (ed. Hamesse p.128); infra p.69 v.46–50. – 19–20 Immo: Averr., Metaph. l.4 comm.2 (Venetiis 1560 t.8 f.90C-E). – 20 Immo: Dion., De div. nom. c.2 § 11 (ed. Suchla p.135 v.10–p.136 v.1). Cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t.37,1 p.98 v.22–41; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.167 v.59–62 cum nota 60. – 48–49 Cf. Algazel, Logica c.3 (Venetiis 1506 f.a4va-a5ra). – 55–56 Cf. Avic., Phil. prima tr.5 c.5 (Avic. Lat. [V-X] p.266 v.92–p.267 v.1); Algazel, Logica c.3 (Venetiis 1506 f.a4vb). – 61–62 Cf. Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.92 v.10–21.

ut dicunt Trismegistus et Apuleius. Per hoc autem quod ‘mobile voluntate’ dicitur, separatur ab aliis, quae acta a natura et phantasia sunt ad motum. Et hoc est primum.

Secundum autem est quod Aristoteles docet in metaphysicis, quod ultima differentia sit cum diffinito convertibilis, quae totam diffinitionem facit esse convertibilem, sicut hoc ipsum quod est ‘voluntarie mobile’ convertitur cum homine, secundum quod voluntas sonat appetitum, qui est in ratione.

Tertium autem, quod prius positum in diffinitione se habeat ad sequens sicut potentia propinqua ad actum et sicut determinatum ad determinans et sicut distinctum ad distinguens: sicut animal ad sensibile, et sicut sensibile ad rationale, et sicut mortale ad rationale, et sicut mobile voluntate ad mortale; ita quod in uno motu generationis semper posterius procedat ex antecedente.

Quartum est quod diffiniens primum sit per se notum apud eum, qui quaerit cognoscere diffinitum, et in substantia et potestate; quia nisi sit notum in substantia, non potest esse principium cognitionis ignoti, et nisi sit notum in potestate, non potest per divisionem ipsius venari diffinitio eius, quod quaeritur cognosci.

Quintum autem est quod diffinitio totum dicat esse diffiniti, quia aliter non attingeret a fine usque ad finem in quiditate et esse diffiniti, et sic verum nomen diffinitionis non haberet. Et per hoc habet diffinitio, quod ‘est unum et non multa’, sicut motus est unus et non multus, qui est a prima potentia per omnia media usque ad ultimum actum. Haec igitur, quae in diffinitione considerata faciunt talem diffinitionem, quod vere et totum certificat diffinitum.

Peccata ipsius sunt etiam quinque his opposita, quamvis quodlibet peccatorum sit multis modis sicut et in aliis, in quibus ‘bonum fit ex una et tota causa’, malum autem omnifariam et modis infinitis, ut dicit Pythagoras.

Primum igitur peccatum est, si per accidentale unum vel accidentalia plura vel omnia notitia essentialis quaeratur diffiniti; sicut si dicam quod homo est animal risibile vel quod sol est, ut dicit Empedocles, res alba, calida.

Secundum peccatum est, si ultima differentia sit non convertibilis. Tunc ipsa praecedentia, quae in | plus sunt, per differentiam ultimam non determinantur ad esse diffiniti et non declarant esse diffiniti nisi in potentia, nec quiditas et esse diffiniti scitur per ea scientia universali, sed in potentia et non in actu, et sic non perfecte scitur esse diffiniti.

Tertium peccatum est, si inordinate ponantur in diffinitione, quae ponuntur. Sic enim actus significaretur praecedere potentiam in eodem; quod numquam contingit in aliquo esse diffiniti, in quo est potentia et actus. In omnibus enim talibus potentia immediate praecedit actum. Et ideo per talem diffinitionem esse, sicut est diffiniti, non declararetur. Et huius exemplum, sicut si dicam quod homo est vivum, rationale, sensibile.

Quartum peccatum est, quod primum diffiniens sit non per se notum et in substantia et divisione sive potestate. Et hoc contingit quattuor modis, scilicet cum (1) diffinitur per id quod est idem, aut (2) aeque ignotum, aut (3) per ignotius illo, aut (4) per id quod non potest esse notum nisi per diffinitum, aut (5) per id quod per aliud est notum. (1) Per idem quidem ignotum, sicut quando diffinitur tempus, quod est mora motus. Cum enim dubitatur de tempore, nihil dubitatur nisi de mora motus, quia ‘tempus nihil aliud est nisi mora motus’; et qui ignorat tempus, ignorat id quod est mora motus.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 40 *Ca* f.3rb

2 voluntate] voluntarie *F1V1Pi pavlp* | dicitur] additur *V1* | acta] apta *Pi pavlp* 2–3 a natura] anatur (!) *CaP1P2* agunt *F1* 9 qui] diffinitive *add. V1* 12 distinctum] distinctio *CaP1P2* 13 animal] animatum *Pi pavlp* 14 sicut[1] *om. pavl* 15 voluntate] voluntarie *F1V1Pi pavlp* | quod] sicut *add. F1* 17 Quartum] autem *add. F1* | primum] primo *F1* 20 nisi] ut *P1* 21 divisionem] diffinitionem *F1* 23–24 diffiniti] diffinitum *Pi* 26 per *om. P1* 27 est[1] *om. CaP1P2F1Sh corr. P2*[2] 28 omnia media] viam mediam *CaP1P2 pavlp* unam mediam *Pi* 29 quae *om. V1Pi* sunt *praem. P2*[2] | quae – diffinitione] diffinitive *pavlp* | considerata] considerantur *F1* 30 quod] quae *F1V1* 31 Peccata] autem *add. F1* | etiam] et *P1 pavlp om. F1* 33 et tota] re et *pavlp* 34 modis infinitis] modus infinitus *pa* 35 unum] nomen *F1* | vel] per *add. Pi pavlp* 39 Secundum] autem *add. F1* 40 Tunc ipsa] cum diffinito tunc enim illa *F1* 41 determinantur] terminantur *Pi* 42 et – diffiniti *hom. V1Pi pavlp* 43 nec] et *F1* 43–44 nec – potentia *hom. Ca corr. Ca*[1] 43 ea] nisi *add. P2*[2] 43–44 universali] universaliter *F1* 44 sed] et *Ca*[1]*P1P2F1Sh* | et[1] *om. pavlp* 46–49 Tertium – diffiniti *hom. P2* 46 est] quod *add. CaP1P2ShPi pa* 49 potentia] passio *Pi* 52 exemplum] est *add. F1V1* 55 non *om. V1* | et[1] *om. Pi pavlp* | divisione sive *om. pavlp* 56 scilicet] quod *Pi add. CaP1P2Sh* quia *pavlp* | cum] diffinitum *add. V1* 60 idem quidem] aeque quidem *CaP1P2F1* per aeque quid *Sh* primo per id quod est idem *corr. Sh*[1] idem identidem quidem *V1* aeque idem *Pi* id quod est idem *pavlp* | ignotum] exemplum est *pavlp* 61 quando] cum *V1Pi* | mora] mensura *pavlp* 61–62 Cum – mora] quod enim dicitur de tempore dicitur de mensura *lp* 62 dubitatur[1]] dicitur *pav* | dubitatur[2]] dicitur *pav* | mora] mensura *V1 pav corr. V1*[1] 63 quia – motus *hom. P2Pi* | mora] mensura *V1 pavlp corr. V1*[1] | motus[2]] motum *Ca* 64 mora] mensura *pavlp*

1 Cf. Ps.-Apuleius, Asclepius (ed. Moreschini p. 78 v. 10–15, p. 79 v. 24–26). | Apuleius, De deo Socratis XIII,148 (ed. Thomas t.III p. 21 v. 12–15). Cf. Auctor. Arist. 28,7 (ed. Hamesse p. 298); Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t. 36,1 p. 16 cum notis 4 et 6. – 4–5 Arist., Metaph. l. 7 c. 12 (1038 a 19–21); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 147 v. 4–6. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 370 v. 45–68. – 7 Cf. Algazel, Logica c. 3 (Venetiis 1506 f.a4vb). Cf. supra p. 11 v. 55–56. – 21–22 Cf. Arist., Anal. post. l. 2 c. 13 (96 a 20 sqq.); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 91 v. 20 sqq.; Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 6 v. 46–48; infra p. 99 v. 64–66. – 26–27 Arist., Metaph. l. 7 c. 12 (1037 b 12–25); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 145 v. 25–p. 146 v. 6. – 34 Cf. Arist., Ethica Nic. l. 2 c. 5 (1106 b 29–32); transl. vetus Arist. Lat. XXVI,1–3 p. 14 v. 12–13; transl. Lincoln. rec. pura Arist. Lat. XXVI,1–3 p. 403 v. 23–24; Alb., Super Matth. Ed. Colon. t. 21 p. 218 v. 31–34, ubi Albertus tamen dictum Dionysio ascribit; Dion., De div. nom. c. 4 § 30 (ed. Suchla p. 175 v. 10–11); transl. Sarr. cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37 p. 290 v. 77–78. – 38 Cf. Arist., De gen. et corr. l. 1 c. 1 (315 a 10); transl. vetus Arist. Lat. IX,1 p. 8 v. 11–12; Alb., De gen. et corr. Ed. Colon. t. 5,2 p. 115 v. 48; p. 116 v. 34–35; Alb., De IV coaeq. tr. 3 q. 7 a. 1 (Ed. Paris. t. 34 p. 396a); Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 37 v. 7.12. – 56–60 Cf. Algazel, Logica c. 3 (Venetiis 1506 f.a4vb-a5ra). – 63–p. 13 v. 16 Cf. Algazel, Logica c. 3 (Venetiis 1506 f.a4vb-a5ra); cf. notam praecedentem.

(2) Cum vero diffinitur per aeque ignotum, est sicut cum diffinitur albedo per id quod 'est esse contrarium nigredini'. Aeque enim ignotum est, quid sit nigredo, sicut ignotum est, quid sit albedo. Et sic de diffinitione relativorum per se invicem, sicut inferius in SEQUENTIBUS erit manifestum. (3) De eo autem quod ignotius illo, exemplum est, sicut qui diffinit ignem, dicens quod ignis est res inter corpora spiritui vel animae simillima. Diffinit enim ignem per animam, quae ignotior est quam ignis per substantiam et diffinitionem. (4) De eo quod diffinitur res per id quod non potest cognosci nisi per diffinitum, exemplum est, sicut qui diffinit solem, dicens quod 'sol est planeta' illuminatione sua faciens diem. Cum enim dies sit mora luminis solis super hemisphaerium, constat quod illuminatio diei cognoscitur per diffinitum; et sic circularis erit diffinitio, quod valde est inconveniens. (5) Omnia autem conveniunt in quinto, quod scilicet diffinitur res per id quod per aliud debet esse notum. Sic enim numquam stabit diffinitio, sed semper diffinietur per aliud et ibitur in infinitum.

Quintum peccatum est, quod diffinitio non dicat totum esse diffiniti. Si enim non totum diceret et explicaret, non diceret, quid erat esse diffiniti, et non certificaret diffinitum nisi in parte, sicut qui diffiniens triangulum, quod triangulus est figura trium angulorum tres angulos habens aequales duobus rectis; cum enim non ponat in diffinitione quod triangulus est figura rectilinea habens tres angulos aequos duobus rectis, non totum dicit esse diffiniti. Potest enim esse figura trium angulorum habens tres angulos maiores tribus rectis, si ex arcubus sit composita figura triangula. Alia etiam de causa peccat dicta diffinitio, quia ponit, quod non est essentiale diffinito. Habere enim tres angulos aequos duobus rectis non est essentiale constituens triangulum rectilaterum, sed est passio essentiam diffiniti consequens. Aliud exemplum eiusdem est convenientius isto, quod dicitur quod circulus est figura plana una linea contenta. Haec enim diffinitio non totum dicit esse diffiniti, quia de eo, quod est principium formale circuli et ex quo producitur, non facit mentionem, hoc est, de centro. Perfecta ergo erit, si sic dicatur: Circulus est figura plana una linea contenta, in cuius medio punctum est, a quo omnes lineae ad circumferentiam productae in continuum et directum sunt aequales. Haec igitur sunt, quae in diffinitionibus sunt et attendenda et cavenda, si per diffinitiones debeat certificari diffinitum.

Sunt tamen aliae quaedam notificationes, non proprie diffinitiones dictae, aliquando per materiam, aliquando per efficientem causam assignatae, quae nisi reducantur ad diffinitiones, quae per genus et essentiales differentias datae sunt, diffinitiones dici non possunt, sed qualescumque notificationes. Reducuntur autem hoc modo, quod materia non ut materia simplex accipiatur, sed prout ipsa est prima ad esse potentia. Sic enim accipitur, secundum quod in ipsa est iam forma essentialis incohata et in qua potestate formali sunt incohatae constituentes differentiae, sicut si dicatur quod homo est constitutum ex corpore et anima rationali. Tunc enim corpus non absolutum a forma sumitur, sed potius dicit animatum sensibile, quia animatum sensibile est, ex cuius potentia et incohatione producitur rationale. Et sic redit ad illam diffinitionem, quae est ex genere et differentia, quia corpus animatum sensibile est animal, et animans anima rationalis | est rationale. Quae autem per efficientem datur, sicut si dicatur quod homo est, quod generatur ab homine. Tunc enim efficiens non sumitur ut efficiens tantum, sed ut agens secundum formam et univoce. Univoce autem agens dat formam, secundum quod de potentia formali exit ad actum. Unde generatum ab homine 'non est vivum et animal simul nec animal et homo simul' secundum actum, sed primo vivum in actu et potentia sensibile, secundo sensibile in actu et potentia rationale. Et sic etiam diffinitio per causam efficientem data reducitur ad

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 64 *Ca* f.3va

3–4 nigredo – albedo] albedo et quid sit eius contrarium scilicet nigredo *V1Pi pavlp* 4 sic] est *add. P1F1* 6 eo] illo *pavlp* | quod] per *add. P2*^{2} | illo] est *V1 pavlp add. F1* 10 eo] autem *add. F1* 13 planeta] plura *Ca corr. Ca*^{1} 14 mora] meta *CaP1P2F1ShPi* | super] nostrum *add. pavlp* 15 constat] constans *CaP1P2* est *add. P2*^{2} 17 quinto] uno *Pi pavlp* 19 numquam] tantum *Ca corr. Ca*^{1} 19–20 diffinitio – diffinietur] sed semper diffinitur *pavlp* 23 erat] est *Pi pavlp* 24–25 triangulum] dicit *add. F1V1Pi pavlp* 27 ponat] ponatur *pavlp* | est] sit *F1 om. CaP1P2Sh* 29 dicit] dicitur *Pi pavlp* 30 tribus] duobus *Sh*^{2} 31 triangula] triangularis *F1Sh* 32 ponit] in diffinitione *add. F1* 33 diffinito] diffiniti *F1 pavlp* 34 est *om. CaP1P2* 35 rectilaterum] aequilaterum *Pi* rectilineum *pavlp* 36 est] et *praem. lp* 37 quod[1]] quo *V1* | quod[2]] est *praem. lp* 39 est *om. CaP1P2Sh* 40 non *om. P1* 45 et[1] *om. lp* 46 cavenda] tenenda *F1* 47 tamen aliae] autem *F1* 48 dictae] datae *pavlp* 49 causam] tamen *pa* tantum *vlp* 53 hoc modo *om. F1* 53–54 accipiatur] accipitur *pavlp* 54 sed] scilicet *CaP1* 57 constituentes] differentes *add. Pi* et dividentes *add. pavlp* 58 constitutum] constitutus *V1Pi pavlp* | ex] a *V1* 60 dicit] dicitur *pavlp* | quia] quod *V1 pavlp* 62 redit] reditur *F1* 64 animans] animatum *F1Sh*^{2} *pavlp* | rationalis] rationali *F1ShV1 pavlp* | est rationale *om. P1* 65 Quae] quod *F1* | sicut] ut *pav* est ut *lp* 66–67 efficiens] agens *lp add. pa* 68 dat] curat *F1* 70 homine] in ipsa (ista *F1*) generatione *add. CaF1 exp. Ca*^{1} 71 simul[1]] sensibile *F1* 73 sic *om. pavlp*

5 Infra p. 55 v. 52 – p. 56 v. 59. – 14–15 Cf. Arist., Top. l. 6 c. 4 (142 b 3–4); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 122 v. 14; Auctor. Arist. 36,97 (ed. Hamesse p. 329). – 17 Cf. supra p. 12 v. 59–60. – 25–26 Cf. Arist., Top. l. 2 c. 3 (110 b 6–7); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 34 v. 24; Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 564 v. 37–38 nota 36–38. – 41–44 Cf. Euclides, Elementa l. 1 diff. 15 (ed. Heiberg p. 5); transl. Adelhardi Bath. (ed. Van Ryzin p. 147); Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 2 v. 5–8. – 50–51 Cf. Arist., Metaph. l. 6 c. 12 (1037 b 29–30); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 146 v. 11–12; Porph., Isag. c. De differentia (transl. Boeth. Arist. Lat. I,6–7 p. 15 v. 13–14); infra p. 78 v. 59–60, p. 80 v. 48–50, p. 82 v. 6–7. – 62–63 Cf. notam praecedentem. – 70–71 Cf. Arist., De gen. animal. l. 2 c. 3 (736 a 35–736 b 2, b 12–14); transl. Guillelmi Arist. Lat. XVII,2.v p. 53 v. 5–11.20–24. Cf. Alb., De animal. l. 16 tr. 1 c. 10,11,12 (ed. Stadler p. 1091 v. 9–10.17–18, p. 1093 v. 24–25, p. 1094 v. 8–10, p. 1095 v. 12–13); Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 67 v. 52 cum nota.

eam quae est ex genere et differentia. Aliter accepta causa efficiens nihil est de essentia diffiniti, et non certificabit ipsum.

Omnis autem alia incomplexi declaratio, quae fit per accidentalia, non est diffinitio, sed descriptio vocatur. Talis autem declaratio non debet fieri per accidentalia communia, quia haec convertibilia non sunt, sed per accidentia propria, quia de illis intelligitur, quod Aristoteles dicit in I libro de anima, quod 'accidentia' sive accidentium cognitio 'maximam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est'. Haec enim sunt accidentia naturae et de ipsius naturae aptitudine procedunt, et ideo substantiam notificant, sicut saepe id quod prius est, cognoscitur per id quod posterius est, non simpliciter, sed quoad nos. Hoc autem in sequentibus erit manifestum. Talibus tamen utitur logicus in accipiendo notitiam ignoti, sicut etiam utitur aliis argumentationibus in accipiendo notitiam complexi, quae sunt minus certificantes quam syllogismus.

Aliis etiam declarationibus utitur logicus, quaecumque sunt maioris declarationis quam ipsum nomen vel dictio incomplexa, cuius quaerit notitiam, quia quamvis non perfecte certificent, tamen aliquo modo declarant id quod quaeritur; et sicut dicit Ptolemaeus, stultus est qui, quando non perfecte potest cognoscere, quod quaerit, etiam abicit id quod potest cognoscere de quaesito per coniecturas.

Talium igitur regulas et principia dare proprium est logici ad incomplexi cognitionem, quae a primis per se cognitis incipiat et deveniat in cognitionem eorum quae quaeruntur. Non enim omnia possunt esse incognita, quia sic quaerendo procederetur in infinitum. Principia enim prima sunt quasi semina per naturam cognitioni hominis inserta, ex quibus quasi seminibus magni oriuntur fructus scientiarum de his quae cognoscuntur per ipsa. Primis enim positis per divisionem cognoscitur, quid potentia sit in ipsis, et ipsa divisio producit usque ad ultimum; propter quod etiam ipsa divisionis scientia necessaria est logico, ut dicit Boethius.

Cap. 7. De parte logicae qua certificatur quaestio de complexo

Sicut autem logicus docens quaerere scientiam incomplexi docet instrumentum, quo accipiatur notitia illius, scilicet diffinitionem et ea quae ad diffinitionem faciunt et quae diffinitionem circumstant et quae diffinitionem perficiunt et ea quae diffinitionem imitantur, sic docens accipere scientiam complexi docet syllogismum, qui est illius scientiae proprium instrumentum, et docet alias species argumentationum et principia syllogismi et ea quae circumstant ipsum, et principia ipsius et partes et materiam, in qua potest poni forma syllogismi et aliarum argumentationum forma, quae syllogismum imitantur. Et ideo ea, de quibus habet tractare logicus, secundum ista dividuntur et multiplicantur.

Eius autem complexi, cuius potest accipi scientia, non est differentia, quia sola indicativa oratio est, cuius est esse veram vel falsam; et ideo tantum illius scientia potest accipi, quia 'scientia' tantum 'verorum'. Sed haec est duplex: 'categorica' scilicet 'et hypothetica' sive, ut Arabes dicunt, ⟨simplex⟩ enuntiatio vel coniuncta. Propter quod duas species docet constituere syllogismorum. Docet enim construere 'syllogismum categoricum et syllogismum hypotheticum', quamvis hypotheticus ad categoricum habeat reduci.

Constructio autem syllogismi dupliciter fit, ut iam diximus in antehabitis, ad inveniendum scilicet et iudicandum. Inventio autem esse non potest nisi per habitudinem noti ad ignotum; quae habitudo topica est et in Topicorum scientia docetur. Iudicandi autem scientia

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

2 nihil *om. pavlp* | est] erit *lp* 3 ipsum] diffinitum *F1* 7 haec] talia *F1* 8 accidentia] accidentalia *F1Pi pavlp* 12 ipsius] ipsis *F1* 20 etiam] enim *F1* autem *pavlp* 20–21 quaecumque] quandocumque *pavlp* 22 quia] quae *V1Pi pavlp* 24 et] quia *add. pavlp* 25–26 quod – cognoscere *hom. P2F1 corr. P2*^{2} 26 etiam *om. pavlp* 27 per coniecturas] coniecturans *Pi* coniectans *pavlp* 28 proprium *om. pavlp* 29 quae] quod *V1* 29–30 quae – cognitionem *hom. F1* 29 quae – primis] per quae ad principiis *pavlp* 33–34 cognitioni hominis] cognitionis *F1* 34 inserta] incerta *P1P2* 36 ipsa] ista *F1* 37 potentia] postea *F1* | ipsa] etiam *pavlp* | producit] perducit *P2Pi* 38 etiam *om. pavlp* 39 logico] in logica *F1* 40 logicae] logices *CaP1V1* logicis *Ca*^{2} 41 complexo] et de necessitate totius logicae et quod varietur modus sciendi secundum diversitatem materiarum (materierum *l*) in quibus quaeritur scientia *add. lp* 43 instrumentum] instrumenti *Ca corr. Ca*^{1} 44 scilicet] secundum *Pi pavlp* 46 imitantur] mutantur *P2* mutant *pavlp* 48 scientiae *om. Pi pavlp* 52 forma] formam *F1* et *add. vlp* 52–53 imitantur] immutant *pavlp* 53 ea] eadem *pav* 56 differentia] nisi oratio *F1* | indicativa] iudicativa *P1P2* 57 veram – falsam] verum vel falsum *P1P2V1Pi pavlp* 58 verorum] veri est *pavlp* est *add. F1V1Pi* 59 sive, ut] ubi *F1* 60 simplex *editor* scilicet *CaP1P2ShV1Pi om. F1 pavlp* | vel] et *pavlp* | coniuncta] coniunctiva *F1* coniunctio *V1Pi pavlp* 61 constituere] construere *F1* 62 construere] constituere *V1Pi pavlp* 65 Constructio] constitutio *V1* 69 in *om. F1*

8–9 Arist., De anima l.1 c.1 (402 b 21–22); transl. vetus cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t.7,1 p.9 v.82–83. Cf. Auctor. Arist. 6,7 (ed. Hamesse p.174). – 24 Ptolem., Quadripart. tr.1 c.1 (Venetiis 1493 f.3va); transl. Ioachimi Cameraii (Norimbergae 1535 f.b1ra). Cf. Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t.5 p.170 v.70–73. – 32–34 Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t.7,1 p.4 v.33–35. – 39 Boeth., De divis. (ed. Magee p.50 v.2–4). – 56–57 Cf. Algazel, Logica c.3 (Venetiis 1506 f.a5ra). – 58 Cf. Arist., Eth. Nic. l.6 c.3 (1139 b 16–21); transl. Lincoln. rec. pura Arist. Lat. XXVI,1–3 p.480 v.11–15. – 59–60 Cf. Algazel, Logica c.3 (Venetiis 1506 f.a5rb): 'Divisio prima est quod enuntiativa alia est cathegorica, ut hic mundus cepit, alia hypothetica. Hypothetica alia coniuncta, ut haec: cum sol est super terram dies est; alia hypothetica et disiuncta ut haec: aut mundus cepit aut est aeternus'. – 62–63 Cf. Algazel, Logica c.4 (Venetiis 1506 f.a7ra). – 66 Supra p.5 v.7–12.

per resolutionem inventi est, quod resolvitur aut in formalia syllogismi principia vel materialia, quae sunt principia certificantia rem per hoc quod sunt causae eius, quod sequitur et illatum est. Et sic duae sunt partes, Priorum scilicet Analyticorum et Posteriorum Analyticorum. Et docere principia et regulas istorum logici est proprium. Ne autem deceptio fiat in his quae dicta sunt, inventa est scientia de Sophisticis elenchis. Adhuc autem, ne fiat impedimentum ex | passione eius qui quaerit accipere scientiam, inventae sunt cautelae temptatoris et cautelae ad evitandum temptationem temptatoris. In quibus omnibus doctrina logici est, ut scientia complexae accipi possit enuntiationis, cuius scientia quaeritur per argumentationem.

Quia vero syllogismus non scitur, cum sit compositio et complexum quid, nisi sciatur, ex quibus et quot et qualibus est et qualiter coniunctis, ideo habet agere logicus de enuntiatione et partibus et qualitatibus et compositione enuntiationis. Et in his perficitur opus logicum. Quae omnia fiunt actu rationis, qui est ratiocinatio, qui actus discursus rationis est ex uno in aliud. Et ideo tales scientiae a Dionysio vocantur 'discursae disciplinae'. Non autem potest sic ex uno in aliud discurrere ratio, nisi prius accipiat unum in alio esse per se vel per accidens vel unum ab alio esse divisum per se vel per accidens. Et hoc iterum esse non potest, nisi accipiat unum ordinatum ad aliud per se vel per accidens. Ordo autem est prioris et posterioris secundum naturam et esse, et sic accipit universale et particulare per se vel per accidens. Et sic invenit modum praedicandi unum de altero vel negandi. Et quoad ordinem inventa est Universalium scientia et scientia Praedicamentorum, et quoad modum unum educendi de alio inventa est scientia Divisionum. Rationis enim opus est ordinare, componere et colligere et resolvere ea quae collecta sunt. Quo opere utitur quasi instrumento in accipiendo scientiam, quando procedit a noto ad ignotum. Quorum notitia si perfecte traditur, praeparatus est logicus ad acceptionem scientiae, dummodo sciat cavere errores et fallacias, de quibus sufficienter instruitur in Sophisticis elenchis.

Hae igitur sunt partes, quae generaliter habent docere modum accipiendi scientiam de quolibet scibili incomplexo vel complexo. Et hoc iam ante nos determinavit Alfarabius. Hic tamen modus secundum materiam, in qua ponitur, variatur secundum diversitatem materiae, in qua quaeritur scientia. Nam in sermocinalibus aliter est in grammaticis, quae dictionum significantium attendit modum tam in inflexione quam in coniunctione constructionis. Aliter etiam est in poeticis, quae ex fictis et imaginatione movere intendit ad delectationem vel abominationem vel appetitum vel amorem vel odium. Et ideo fabula et recitatione factorum heroicorum et in oratione cantu utitur modulato brevi et longo, ut demulceat auditum, ut facilius provocetur. Et aliter est in rhetoricis, quae dicendi docet copiam ad persuadendum iudicem, ut provocet ad vindictam vel praemiationem eius, de quo persuadet, sumens locos rhetoricos tam in persuadendo quam etiam in conquestione et accusatione, et sumit etiam colores orationis, ut lepida sit oratio, et ideo audientibus magis accepta propter culturam sermonis. Aliter etiam est in laudabilibus et ethicis, in quibus laudis vel vituperationis demonstratio acceptabile facit, quod proponitur, plus quam virtus persuasionis. Et in realibus scientiis aliter est in probabilibus, et aliter in necessariis et stantibus, et aliter est in coniecturalibus, quae sunt scientiae divinationum, sicut in physiognomia et secunda parte astronomiae et in geomantia, nigromantia et aliis huiusmodi scientiis.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 9 *Ca* f.3vb

1 quod] quia *F1* | aut] autem *P1* 2 principia] principalia *pa* | vel] per *V1* aut *lp* 3 causae] causa *F1* 4 sequitur] quaeritur *F1* | sic *om. pavlp* 6 logici] logicae *F1* 7 in his] circa ea *pavlp* 9 passione] parte *lp* 10 scientiam *om. Pi pavlp* | sunt] autem *add. P1F1* | temptatoris] temptationis *F1V1* temptantes *Pi* 10–11 temptatoris – cautelae *hom. P2* 11 et cautelae *om. P1* | ad] et *P1* | ad – temptatoris *hom. pavlp* 12 logici] logicae *F1* 12–13 complexae] complexi *F1* complete *pavlp* 15 cum] an *pavlp* | compositio] complexum *F1* compositum *ShPi pavlp* 16 quid] quidem *F1* 17 coniunctis] coniunctus *pavlp* 19–20 logicum] logicae *F1* 20 Quae] alias quia *in marg. F1*[1] | qui] quae *P1* 21 in] ad *Pi pavlp* 22 a Dionysio] dialetice *F1* | discursae] discursivae *P2F1V1Pi pavlp* 22–23 disciplinae] distinctive *F1* 24–25 per[1] – esse *hom. lp* 25–26 vel – accidens *hom. P1F1 corr. P1*[1] 26 iterum] verum *P1P2Pi om. pavlp* | accipiat] accipiatur *vlp* 27 unum] esse *add. pavlp* | vel] et *P1* 29 accipit] accipitur *F1* 32 scientia[1]] cognitio *F1* 33–34 scientia] universalium *add. Pi* 34 ordinare] ordinate *CaP1P2* 35 colligere] constituere *V1* 38–39 acceptionem] acceptationem *V1* 42 partes] logicae *add. F1V1Pi pavlp* | habent] habet *CaP1* 48 grammaticis] grammatica *pavlp* | quae] etiam *F1* 49 attendit] aliter quam *F1* accendit *P2* | inflexione] fluxione *F1* flexione *Pi pavlp* 50 poeticis] poetica *F1 pavlp* 55 ut[1] – ut] et demulscit auditus vel *V1* | ut demulceat] demulcet *F1* | provocetur] provocet *Pi pavlp* 56 docet] docent *pavlp* | copiam] copia *P1* 57–58 provocet – praemiationem] provocetur ad vindictam vel privationem *Pi pavlp* 59–60 conquestione] questione *F1V1* 60 accusatione] et defensione *add. F1* | sumit] sunt *F1Pi pavlp* 61 ideo – magis] viget *pav* vigeat *lp* 63 et] aut *F1* | laudis – vituperationis] laudibus vel vituperationibus *F1* 63–64 demonstratio] demonstratione *Pi pavlp* 64 facit] fiat *CaP1P2Pi* et laudabile facit *V1* et laudabile fit *pavlp* | proponitur] et *add. F1* 64–65 plus – virtus] priusquam virtute *pavlp* 65 persuasionis] habet *add. F1* | Et] etenim *Pi pavlp* 66 stantibus] stabilibus *F1* demonstrantibus *pavlp* 67 coniecturalibus – quae] conjectantibus quae non *pavlp* 67–68 divinationum] demonstrationis *F1* demonstrationum *pavlp lac. Sh* 68 in *om. CaP1P2F1ShV1 pa* | et] in *add. V1* 69 in – geomantia *om. Pi pavlp* | nigromantia *om. F1V1*

1–2 Cf. supra p. 8 v. 46–47. – 22 Cf. Dion., De cael. hier. c. 1 (ed. Heil et Ritter p. 9 v. 4; Dionysiaca t. 2 p. 736); cf. Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t. 36,1 p. 14 v. 33–42; Super Ethica. Ed. Colon. t. 14 p. 19 v. 38–41. – 45 Alf., De scientiis c. 2 (Opera Omnia p. 11–12). – 45–47 Cf. supra p. 4 v. 15–33, p. 7 v. 51–67.

Talibus igitur et his quae dicta sunt habitis, perfectum erit omne negotium logicum, quo tradere intendimus methodum, quo omne quod incognitum est, notum fieri potest ex eo quod per se notum est vel positum vel acceptum est ut notum. Quaedam enim sunt per se nota in quibusdam, quaedam autem sunt accepta ab aliis ut nota, et maxime in scientiis coniecturalibus, in quibus nulla sunt secundum rem per se nota.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

2 logicum] logicae *F1* 3 quo] qua *Pi pavlp* | incognitum] ignotum *F1 pavlp* 5 est *om. pavlp* | enim sunt *om. CaP1P2ShPi* 7 ut *om. F1* | nota] noti *CaP1P2* | et – coniecturalibus] ut maxime communicabile scientiae *F1* | et maxime] sicut *Pi pavlp*

INCIPIT LIBER DE UNIVERSALIBUS, CUIUS PRIMUS TRACTATUS EST DE UNIVERSALIBUS IN COMMUNI

Cap. 1. Qualiter universale est de consideratione logicae

Primum autem quod in scientia logices considerandum est, universale est, quia, si ratio praedicabilis de alio secundum veritatem attendatur, proprie et vere praedicari de alio non potest, nisi quod inest illi de quo praedicatur. Cum autem nihil insit sibi – hoc enim etiam secundum intellectum intelligi non potest, quod aliquid sit in se ipso vel insit sibi ipsi, ut dicit ARISTOTELES in IV PHYSICORUM –, oportet quod omne quod inesse alii accipitur, aut insit ut natura essentialis, aut ut accidens. Et per hoc quod inest, sequitur de necessitate quod communicabile sit omnibus, quibus inesse significatur. Communicabile | igitur multis est secundum aptitudinem et in multis et de multis. Omne autem quod sic inest, et hac ipsa de causa universale est. Ratio igitur et causa praedicabilis est quod sit universale.

Cum igitur primus actus rationis, qui scientiam ignoti investigat per notum, sit ordinatio praedicabilium ad subiectum, quae ordinatio attenditur secundum genera et species, oportet logicum scire hanc praedicabilium ordinationem. Ordinatio autem praedicabilium cognosci non potest, nisi sciatur, per quam rationem praedicabile sit id quod praedicatur; quae ratio sumitur ex hoc quod universale est. Est enim prius considerare praedicabile secundum id quod praedicabile est, quam considerare ordinem praedicabilium. Cum igitur ex hoc quod universale est, praedicabile sit, oportet primo ponere scientiam universalis.

Si autem quis obiciat quod etiam particulare de se ipso praedicatur, dicemus quod haec praedicatio non perfectam habet praedicationis rationem. Et de hoc in SEQUENTIBUS in loco opportuno pertractabitur. Sic ergo ad praedicabilium rationem et necessarium est et utile de universali praemittere tractatum.

Universale autem est quod, cum sit in uno, aptum est esse in pluribus, ut in ANTEHABITIS ostensum est. Et per hoc quod in multis per aptitudinem est, praedicabile de illis est. Et sic universale est quod de sua aptitudine 'est in multis et de multis'. Et hoc modo, prout ratio est praedicabilitatis, ad logicum pertinet de universali tractare, quamvis secundum quod est natura quaedam et differentia entis, tractare de ipso pertineat ad metaphysicum. Praedicare enim et praedicari rationis est ordinantis et componentis praedicabilia secundum praedicabilium propriam rationem.

Praedicabile autem sic acceptum, prout est universale quod multis inest et est de multis, aut inest essentialiter aut accidentaliter, sive ut essentia vel ut accidens. Si

Arist. Lat. 5,2–10 (Busse 1,1–9) Cum sit necessarium, Chrisaorie, et ad eam quae est apud Aristotelem praedicamentorum doctrinam nosse quid genus sit et quid differentia quidque species et quid proprium et quid accidens, et ad definitionum adsignationem, et omnino ad ea quae in divisione vel demonstratione sunt utili hac istarum rerum speculatione, compendiosam tibi traditionem faciens temptabo breviter velut introductionis modo ea quae ab antiquis dicta sunt aggredi, altioribus quidem quaestionibus abstinens, simpliciores vero mediocriter coniectans.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 17 *Ca* f.4ra

1–3 incipit – communi] Tractatus II. De quinque universalibus *lp* 4 Qualiter] quomodo *lp* 5 logicae] logici et de numero universalium ac de utilitate libri universalium *lp* 6 logices] logicae *F1* logica *Pi pavlp* 8 alio] aliis *pavlp* 9 illi *om. P1* 10–11 sibi – etiam] sibi ipsi hoc enim *Pi pavlp* 13 IV] primo *CaP1P2Pi pavlp* 19 universale] praedicabile *CaF1ShV1Pi pavlp* 20 praedicabilis] ipsius *F1* 22 investigat per] investigatur *V1* | praedicabilium] praedicati *F1* 22–24 praedicabilium – oportet *om. V1* 22–25 ad – ordinationem *om. Pi pavlp* 23 attenditur *om. CaP1P2ShPi* fit *P1*[1] est *P2*[2] 24 species] ideo *add. P1*[1] 25–26 cognosci] sciri *F1* 26–27 praedicabile – quod *iterav. P1* 27 id] id est *P1*[1] | quae] et *F1* 28 universale] praedicabile *CaF1ShPi pavlp praem. V1* 31 est] sit *pavlp* 32 universalis] praedicabilis *pav* 39 autem] etiam *V1* | aptum] natum *add. F1Pi pavlp* 40 ostensum] manifestum *F1* 42 est[1] *om. CaP1P2* 44 logicum] logicam *CaP1P2* 46–47 metaphysicum] metaphysicam *CaP1P2* 48 et] praedicantis *add. Ca exp. Ca*[1] 48–49 praedicabilium] praedicati *F1* alias praedicabilium *in marg. F1*[1] 50 Praedicabile] universale *lp* | universale] praedicabile *lp* 51 multis[1] – est] in multis et *Pi pavlp* | multis inest] in multis est *V1* 52 vel] sive *Pi pavlp*

12–13 Arist., Phys. l.4 c.3 (210 b 21–22); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p.145 v.3–4. – 17–18 Cf. infra p.17 v.40–42. – 28–30 Cf. infra p.18 v.51–53. – 36 Infra p.48 v.45–p.49 v.51. – 40 Supra p.17 v.16–19. – 42–43 Hanc universalis diffinitionem Albertus in sequentibus iteratim affert, cf. ex.gr. infra p.21 v.18, p.21 v.48–49, p.21 v.58–59, p.25 v.19; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.65 v.76sqq. Cf. Arist., Peri herm. c.7 (17 a 39–40); transl. Boeth. Arist. Lat. II,1–2 p.10 v.1–2; Abaelardus, Logica Ingredientibus (ed. Geyer p.9); Boeth., In Peri herm. (ed. Meiser p.135). Arist., Anal. post. l.1 c.11 (77 a 5–9), l.2 c.19 (100 a 6–8); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.25 v.20–p.26 v.1, p.105 v.20–p.106 v.2; Arist., Metaph. l.1 c.9 (990 b 7–8); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.29 v.9; Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.75 v.52–56.

autem inest ut essentia, aut inest ut tota essentia, aut ut pars essentialis. Si autem inest ut tota formalis essentia, constat quod est species, quia species totum esse formale est individuorum, de quibus praedicatur, quia quidquid est post speciem, est de materia vel individuantibus. Si autem inest ut pars essentialis, tunc aut est secundum potentiam in qua est esse per incohationem, aut est pars secundum actum in quo est esse secundum actum perfectum. Et priori quidem modo est genus, secundo vero modo est differentia. Si vero inest ut accidens, aut inest ut accidens naturae, quod de ipsa naturae aptitudine causatur et emanat, aut ut accidens commune, quod est accidens individui. Et priori quidem modo est proprium et secundo modo est accidens vocatum. Et de omnibus his tractare est necessarium logico, propter hoc quod praedicabilium considerat ordinem et cum subiectis suis praedicatorum compositionem.

Qualiter omnia ista praedicantur per notam compositionis, quae per verbum substantivum 'est' significatur, in SEQUENTIBUS erit manifestum. Sed hic tantum sufficiat quod quidquid praedicatur, praedicatur non ut pars, sed ut idem secundum esse. 'Idem' autem dico per se vel secundum accidens. De his igitur in hoc nostro libro nobis erit tractatus. Nec considerabimus hic res ipsas, quibus talia ad ordinem unum praedicabilis referuntur – haec enim in libro Praedicamentorum habent determinari –, sed accidens ipsis rebus, quo unum praedicabilium generis habet nomen et rationem, et aliud speciei, et tertium differentiae, quartum vero proprii, quintum autem accidentis. Hoc enim ad istius primi libri pertinet intentionem. Per hoc enim accidentia diversum modum accipiunt praedicandi in quid vel in quale, quamvis conveniant omnia in hoc quod quodlibet ipsorum est praedicabile. Propter quod etiam scientia est una, et non multae.

Diffiniri autem universale vera diffinitione non potest, quia, per hoc quod praedicabile est de multis, non est unius et eiusdem rationis, sed est dictum per prius et posterius de istis, de quibus est per ambitum suae communitatis praedicatum.

Tractantes autem de his ordinem et modum tenebimus Porphyrii, ut duplex utilitas habeatur nostri operis: ut de universalibus habeatur doctrina et etiam libri Porphyrii sciatur intellectus, quem scripsit ad quendam Grisarorium, suum discipulum. *Cum* ergo *sit* dupliciter *necessarium*, scilicet inevitabile et utile, *ad eam quae est apud Aristotelem* libri *praedicamentorum doctrinam*, quae ceteris doctrinis praedicamentorum praecellentior est, *nosse quid sit genus, quid differentia, quid species, quid proprium et quid accidens*, secundum quod haec ut universalia rationem habent praedicabilium, oportet tractare de istis.

Inevitabile | enim est, secundum quod rationem praedicabilis oportet cognoscere ante praedicabilium ordinem. Utile autem, secundum quod adminiculum est scire intentionem generis et speciei et differentiae et proprii et accidentis, antequam determinetur de his quae in uno genere ordinantur ut species, et antequam determinentur, quae ex uno genere dividuntur per oppositas differentias, et antequam assignentur uniuscuiusque generis propria et antequam distinctio generum in substantiam et accidentium genera determinetur. Est autem etiam necessarium et utile *ad diffinitionum assignationem*, quae omnes, prout praedicabiles sunt, 'ex genere et differentiis' constituuntur, in quibus caveri habet, ne aliquid accidentale ponatur. Nec potest vitari malum nisi cognitum, ut dicit BOETHIUS. Omnino etiam necessarium ad demonstrationem, cuius medium secundum potissimum modum demonstrandi diffinitio est dicens quid et propter quid. Est enim talis diffinitio, ut dicit

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 51 *Ca* f.4rb

1 autem *om. lp* 2 autem *om. V1 pavlp* 5 speciem] ipsam *F1* | vel] velut *F1* condicionibus *add. P1*^{2} 6 inest *om. Pi pavlp* | inest ut *om. CaP1P2Sh* 7 est^{1} *om. CaP1P2Sh corr. Ca*^{1} 8 in – actum *hom. P2V1* 11 ipsa] ipsius *Pi pavlp* 16 cum – suis *om. Pi pavlp* | subiectis *lac. Ca* | suis *om. V1* 19 quae] et *CaP1P2* est *add. F1* | quae per] et qualiter per hoc *Pi pavlp* | substantivum] subiectum *V1Pi corr. V1*^{2} | significatur] alias sufficienter *in marg. F1*^{1} *om. lp* 20 tantum] tamen *V1* 22–23 secundum] per *P2Pi pavlp* 23 nobis *om. F1Pi pavlp* 24 tractatus] intentio *F1* 25 praedicabilis] praedicabilium *F1Pi* | haec] hoc *F1 pavlp* 26 habent] habet *F1 lp* | sed] considerabimus *add. F1* 27 unum] ea primo *Ca* ea non *P1P2* non *exp. P1*^{2} eorum primum *pavlp* ea *praem. Pi* | generis] unum *add. P1*^{2} 28 nomen et *om. F1* | aliud] secundum *F1 pavlp* 29 Hoc] haec *P2* 30 primi *om. F1* | pertinet] pertinent *P2* 32 in quid] inquit *Ca* | quale] quid vel in quale *add. Ca*^{1}*P1P2 exp. P2*^{1} quid vel hoc quale *add. F1Sh* 33 Propter] per *pavlp* 33–34 etiam] ipsorum *F1* 34 non] propositorum *add. F1* 37 prius] primum *CaP1P2* 39 praedicatum] praedicativum *F1* illis *add. Ca*^{1}*P1P2Pi pa* 42 ut] et *Pi pavlp* scilicet *praem. F1* 43 sciatur] habeatur *F1Pi pavlp* 44 ergo] autem *Pi pavlp* sic dicit *add. F1* | dupliciter] duplex *F1ShV1Pi pavlp* 45 eam] doctrinam *add. CaP1P2Sh* 46 Aristotelem libri] Aristotelis libros *pavlp* 47 praecellentior] praeexcellentior *P1 pavlp* excellentior *F1* 49 ut *om. pavlp* 52 ante] et ut habent *F1* aut *P1P2* 53 autem] est *Pi pavlp* 55 et *om. lp* | determinetur] determinatur *CaP1P2* 56–57 determinentur] determinetur *CaP1Sh* de his *add. P1*^{1} 58 assignentur] assignetur *pav* 59 antequam] ampla *pavlp* 59–60 substantiam] substantia *pavlp* 60 determinetur] determinentur *CaP1P2ShV1 pavlp* assignentur *Pi* 61 etiam *om. F1Pi pavlp* 63 quibus] tamen *add. V1* 63–64 caveri – aliquid] cavere oportet ne aliquod *pavlp* 64 Nec] non enim *pavlp* | vitari] evitari *Pi* 65–66 necessarium] est et utile *add. F1V1* et utile *add. Sh* 66 demonstrationem] divisionem *CaP1P2*

3–4 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 3 c. 12 (CSEL 48 p. 237 v. 1–3); Robertus Kilwardby, Notulae super Librum Porphyrii prohem. (ed. typoscripta p. 7 v. 13): 'Est enim species totum esse individuorum; secundum Boecium'. – 20 Infra p. 46 v. 47–59; circa modum significandi verbi substantivi cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 24 v. 33 sqq. – 37–39 Cf. infra p. 39 v. 6–48. – 40–50 Cf. infra p. 38 v. 22–27. – 51–53 Cf. supra p. 17 v. 28–30. – 62–63 Cf. Arist., Metaph. l. 6 c. 12 (1037 b 29–30); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 146 v. 11–12; Top. l. 6 c. 4 (141 b 25–28); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 120 v. 20–23; Porph., Isag. c. De differentia (transl. Boeth. Arist. Lat. I,6–7 p. 15 v. 13–14); infra p. 78 v. 59–60, p. 80 v. 48–50, p. 82 v. 6–7; Auctor. Arist. 36,93 (ed. Hamesse p. 328). – 63–64 Cf. supra p. 12 v. 35–38. – 65 Boeth., De diff. top. l. 2 (ed. Nikita p. 23 v. 16). Cf. Alb., Super Matth. Ed. Colon. t. 21 p. 453 v. 39 sq.; Alb., De bono. Ed. Colon. t. 28 p. 225 v. 60–63, ubi Albertus sententiam Ambrosio et Boethio attribuit. – 66–68 Cf. Arist., Anal. post. l. 2 c. 17 (99 a 21–22); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 102 v. 16–17. Cf. supra p. 2 v. 51–52, p. 4 v. 17–18.

Aristoteles, 'demonstratio positione differens'. Necessarium etiam est omnino et utile ad divisionum scientiam, quia omnis divisio vel est generis in species, vel totius in partes, vel subiecti in accidentia, vel accidentis in subiecta, vel vocis in significationes. Et patet quod quaedam in divisione sunt, quae sine doctrina istorum sciri non possunt, quod scientia generis et speciei et differentiae et proprii et accidentis adminiculum est ad scientiam divisionum generis in species, et accidentis in accidentia vel subiecta, vel subiecti in accidentia. Si autem non ad omnem utilis est divisionem, per hoc non removetur, quin sit utilis ad divisionem. Scientiam enim divisionis non habet etiam qui unam ignorat divisionis rationem.

Cum igitur tam utile sit hoc negotium istarum rerum, prout universalia quaedam sunt, *istarum* quinque *rerum*, prout in ratione sunt, *speculatione* sive consideratione *temptabo, traditionem compendiosam faciens*, doctrinam monstrare – modus enim noster quasi introductorius erit, ut minus peritis sufficit – *ea* autem *quae ab antiquis* de his *dicta sunt*, colligemus, et quamvis *in modo introductionis ab altioribus quaestionibus* abstinendum sit, tamen propter bonitatem doctrinae etiam illas tangemus, cum tamen in modo introductionis *simpliciora*, facile ab imperitis intelligibilia, *mediocriter* sint potius *coniectanda*, ut facilior fiat instructio. De una enim et eadem re subtili demonstratione et introductoria dissertione potest tractari. Non enim per causas altissimas ista hic demonstrabimus, sed per similitudines et exempla de his faciemus instructionem.

Cap. 2. A quibus quaestionibus circa universalia sit abstinendum

Ne autem videatur quod nulla subtilia de his sint, ideo dicemus, quae quaestiones subtiles de his sint, quae per logicae principia determinari non possunt, sed oportet quod altissimae sapientiae principiis determinentur.

Prima quidem est, an ista quae genera et species dicuntur, in re *subsistant*, aut non quidem in rerum natura sint subsistentia, sed *in solis, nudis purisque intellectibus* per abstractionem a rebus factam sint posita. Et dico 'solis intellectibus' per exclusionem rerum, ita quod non in rebus sint. 'Nudos' autem dico intellectus ab appendiciis materiae separatos, qui illorum tantum sunt, quae numquam in materia fuerunt. Quae enim in materia fuerunt, non in nudis sunt intellectibus, sed sunt in intellectibus, qui immixti sunt phantasiae et sensui. 'Puros' autem voco intellectus ex parte intelligibilis, ad quos nihil movet nisi solius intelligentiae lumen, et non phantasma receptum.

Sunt tamen qui aliter ea quae dicta sunt, interpretantur dicentes quod 'in solis intellectibus' sunt illa quoad nos, quae ut sint et quoquo modo esse habeant, solus facit intellectus. Et tale esse in intellectu universalia habere dixerunt illi qui vocabantur Nominales, qui communitatem, ad quam particularia universalium – de quibus ipsa universalia – referuntur, tantum in intellectu esse dicebant. 'Nudos' autem vocant intellectus, qui ad scibile, quod accipiunt, non habent praesubstratos habitus, qui disponant intellectum ad speculationem eorum quae in ipso sunt; sicut intellectus conclusionum praesubstratum quaerit habitum principiorum, per quae fit conclusio, et intellectus principiorum praesubstratum sibi quaerit habitum notitiae terminorum, et sic de aliis. 'Puros' autem dicunt intellectus eos, qui mediante phantasmate non accipiuntur.

Sunt autem adhuc qui hoc referunt ad intellectum causantem et | cognoscentem ista, qui est intellectus intelligentiae illius, quae irradiat super intellectuale animae nostrae. Et dicunt quod 'in solis intellectibus' sunt quae esse non habent nisi in lumine illius intelligentiae. Et

Arist. Lat. 5,10–17 (Busse 1,9–16) Mox de generibus et speciebus illud quidem sive subsistunt sive in solis nudis purisque intellectibus posita sunt sive subsistentia corporalia sunt an incorporalia, et utrum separata an in sensibilibus et circa ea constantia, dicere recusabo (altissimum enim est huiusmodi negotium et maioris egens inquisitionis); illud vero quemadmodum de his ac de propositis probabiliter antiqui tractaverint, et horum maxime Peripatetici, tibi nunc temptabo monstrare.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 66 *Ca* f.4va

1 demonstratio] sola *add. V1*[1] 2 omnino *om. F1Pi pavlp* | scientiam] et *add. CaP1P2* 4 partes] vel accidentis in accidentia *add. vlp* 7 quod] quare *pavlp* | et[1] *om. F1 pavlp* | et[2] *om. F1Pi vlp* | et[3] *om. F1Pi pavlp* | et[4] *om. P1* 9 vel[1]] accidentis *add. V1* accidentis in *add. Pi pavlp* 10 est *om. CaP1P2ShV1Pi* 11 per] propter *F1* | removetur] abmovetur *F1* amovetur *V1* | utilis *om. Pi pavlp* 12 enim] autem *pav* 15 prout] ut *add. Ca* 16 ratione] genere *P2* rationis *P2*[2] | consideratione] humana *add. F1Sh* 18 minus *om. Pi pa* 18–19 minus peritis] imperitis *vlp* 19 sufficit] sufficiat *F1ShV1 lp* 22 illas] illa *CaP1P2F1Sh* 24 instructio] introductio *Pi* 25 demonstratione] demonstrare *P1* 25–26 dissertione] distinctione *F1* 27 demonstrabimus] declarabimus *F1* 31 subtilia – sint] scientia de his sit *pavlp* 32 ideo – sint *hom. Pi pavlp* 33 determinari] demonstrari *F1* 38 sint] sunt *CaP1P2* 41–46 ab – intellectus *hom. P2* 45 Puros] purus *Ca* 46 autem *om. CaP1* | quos] quod *lp* 47–48 phantasma] fantasia *Pi* 51 ut] utrum *lp* | quoquo modo] quomodo *vlp* 52 facit] scit *pavlp* 53 vocabantur] nominabantur *V1* 55 quibus] dicuntur *add. vlp* 57 praesubstratos] prostractos *F1* praesubscriptos *Pi* praescriptos *pavlp* 58 intellectum] intellectus *P1P2Pi* 60 praesubstratum] praesubstractum *P2* prostratum *F1* substractum *Pi* praescriptum *pavlp* 61 quae] quem *pavlp* 61–62 praesubstratum] prostratum *F1* praesubstractum *Pi* praescriptum *pavlp* 62 sibi *om. pav* 63 eos *om. pavlp* 67 quae] qui *P2V1*

1 Arist., Anal. post. l.1 c.7, l.2 c.10 (75 b 32, 94 a 1–2); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.21 v.8, p.84 v.5. – 14–28 Infra p.38 v.27–42. – 31–35 Infra p.38 v.43–47. – 53 Argumenta Nominalium adducuntur infra p.21 v.10–p.22 v.58.

sunt illi qui dicunt universalia non nisi esse ideale habere, secundum quod universalia sunt, et non esse res coniunctas materiae, sed implere omnem suam materiam imaginibus particularium, sicut unus masculus multas implet feminas. Hi autem 'nudos' dicunt intellectus separatos ab imaginibus, quas imprimunt in materiam. 'Puros' autem dicunt, eo quod impuritati materialium principiorum in causando non permiscentur, sed ex suo lumine producunt formas universales, quae per distantiam ab ipsis impuritati materialium principiorum permiscentur, et tunc particulantur et determinantur.

Nonnulli etiam dixerunt quod multiplicatio ista non ponatur nisi ad expressionem eiusdem rei per verborum quandam inculcationem.

Ab his igitur quaestionibus et aliis, quae circumstant istas – quae determinari non possunt nisi per principia, quibus determinari habet intelligentiarum natura et illuminatio – abstinebimus. Quamvis enim tangamus eas, ut sciantur, quae sunt, tamen per huius scientiae principia discuti et ad plenum determinari non possunt, eo quod sapientiae primae quoad *altissimam* eius partem est *huiusmodi negotium*, et ideo *maioris* et subtilioris *egens* est *inquisitionis*. Illud vero quod de his ex probabilibus scire utile logicis est, in isto libro *temptabo monstrare* colligens *probabilia* ex *antiquorum* dictis, et praecipue dicta sequens *Peripateticorum*, quae secta in philosophia probabilissima mihi videtur.

Secunda vero quaestio, a qua hic abstineo, est quod, si detur quod subsistant in re extra intellectum, qua QUAERITUR, utrum *corporalia sint an incorporalia*.

Tertia vero est, si detur quod quaedam vel omnia corporalia sint, qua QUAERITUR, utrum sint *in sensibilibus* singularibus suis posita secundum esse, an sint extra singularia in rationibus solis mathematicis, sicut dixisse Plato refertur.

Haec enim per rationes logicas ad plenum sciri non possunt, sed metaphysico determinanda relinquuntur. Tres igitur sunt istae quaestiones de universalibus: prima quidem de esse ipsorum, secunda de quiditate eorundem, tertia vero de comparatione ipsorum ad particularia sua.

Et ideo quamvis hae quaestiones de omnibus sint universalibus vel esse possint, tamen de generibus et speciebus ista praecipue quaeruntur tribus de causis: Quarum una est, quia ista, cum praedicentur in quid, per se esse significantur; alia autem, cum praedicentur in quale, significantur esse in alio, et ideo minus per se esse videntur. Secunda ratio est, quia alia tria in istis esse significantur. Differentia enim in genere est potestate, et in specie secundum actum; proprium autem in specie et genere ut naturae accidens; accidens autem commune in individuo. Tertiam rationem quidam dicunt, quia omnia alia ad rationes istorum referuntur. Est enim quoddam differentiarum genus, cuius species sunt differentiae speciales, et similiter est in propriis et accidentibus. Sed haec ultima ratio parvi valoris est. Prima autem optima, et secunda bona et secundum intentiones eorum, qui haec dicebant, sumpta.

Cap. 3. De harum trium quaestionum declaratione quaestionis primae

Quamvis autem haec determinare sit supra vires logicae, eo quod oportet in his uti rationibus sumptis ex principiis entis secundum quod est ens, ex quibus cognoscitur, quid sit subsistens *in intellectu solo, nudo et puro* et aliam subsistentiam non habet, et quid est subsistens extra intellectum in natura secundum esse completum – ad quod non sufficiunt rationes logicae –, tamen propter bonitatem doctrinae et ne suspensus sit lectoris animus, haec aliquantulum explanare temptandum est.

Ad quaestionem ergo primam difficultates maiores, quae dubitationem pro utraque parte faciunt, sunt in-

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

7 materialium] naturalium *pavlp* 10 particulantur] particularizantur *F1* 13 ponatur] ponitur *F1 pavlp* | nisi *om. F1* 16 istas] istis et *F1 om. Pi* 17 habet *om. CaP1P2Sh* 18 enim *om. vlp* | tangamus] tangemus *F1 pavlp* 19 eas *om. V1* | sciantur] sciatur *F1* | tamen] cum *pavlp* 20 possunt] possint *lp* 22 maioris *om. P2* 24 logicis] logico *pavlp* 29 qua] tunc *F1V1* 29–30 qua – incorporalia] utrum sint subsistentia corporalia an incorporalia sint *Pi pavlp* 30–32 an – sint *hom. CaP1P2* 31–32 vero – quaeritur] est *Pi* quaestio est *pavlp* 31 est] quod *add. F1* 34 rationibus – mathematicis] rebus solis metaphysicis *pavlp* | solis] solum *F1* 36 Haec] hoc *pavlp* 37 possunt] poterunt *Pi* poterit *pavlp* 38 igitur] enim *Sh* 42 ideo] eo *Ca om. F1Sh* 43 possint] possunt *pavlp* 46–47 significantur – esse *hom. V1* 46 autem] universalia *add. pavlp* 47 significantur] significant *pavlp* 50 specie[2]] est *add. F1* 51 naturae] vere *P1P2 pavlp* | commune] est *add. F1* 52 quia] quod *pavlp* 53 rationes] ordinem *F1* 56–57 autem] ratio *add. pavlp* 58 haec dicebant] hic dicebantur *V1* 59–60 harum – declaratione] declaratione et examinatione *lp* 60 declaratione] certificatione *Sh* primo *add. V1* 61 determinare sit] determinata sint *pavlp* | sit *om. CaP1F1* 64 sit *om. CaP1P2ShV1 corr. P2*[2] | in *om. CaP1P2* | puro] ponitur *P1P2Sh corr. Sh*[2] 65 est] sit *Pi* 68 sit *om. CaP1P2Sh corr. Sh*[1] 70 primam] prima *Ca* | maiores] maioris *CaP1 corr. P1*[1] 71 utraque *om. Pi pavlp*

4 Cf. Arist., Metaph. l.1 c.6 (988 a 6); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.23 v.4–5. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.66 v.90. – 12–14 Fortasse hanc positionem impugnare voluit Robertus Kilwardby (Notulae super Librum Porphyrii lect.2, ed. typoscripta p.17), cum scripsit: 'Et dicitur purus intellectus non habens admixtionem cum fantasmatibus, cuius intellectus est intellectus primi et intelligentiarum: est enim purum cui non est aliquid admixtum. Nec erit igitur hic conculcatio verborum, sicut quidam ponunt'. – 30 Infra p.26 v.39sqq. – 32 Infra p.30 v.3sqq. – 34–35 Cf. Arist., Metaph. l.3 c.2 (997 a 34sqq.); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.47 v.24sqq.; Plato, Tim. 42B; transl. Chalc. ed. Waszink p.37 v.10; Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.117 v.28sqq.; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.8 v.51sqq.; Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t.14,1 p.15 v.55–p.16 v.8 notae 57 et 59. – 62–63 Cf. Arist., Metaph. l.4 c.1 (1003 a 21–22); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.60 v.3–4. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.161 v.46sqq. – 70 Supra p.19 v.36–p.20 v.27.

ducendae, ut visa ratione dubitationis melius intelligatur veritas soluta dubitatione. Est igitur quaestio prima, utrum universalia – et praecipue genera et species, quae quid significant – *subsistant* in natura secundum esse separatum ab intellectu, an non quidem sic subsistant, sed *in solis, nudis purisque intellectibus posita sint*, ita quod separatum esse non habeant, sed tantum sint accepta, prout sunt rationes et intentiones in mente et lumine intellectus acceptae.

Sic ergo explicata quaestione hi, qui DICUNT *in solis, nudis purisque intellectibus posita esse*, septem pro se fortiores inducunt rationes. Dicunt quod et BOETHIUS et ARISTOTELES et AVICENNA dicunt quod omne quod separatum in natura est, ideo separatum | est, quia unum numero est. Universale autem, quod est genus vel species, non unum numero est. Ergo separatum non est. Probant autem quod universale non unum numero est, quia 'universale est unum in multis et de multis'. Quod autem est unum in multis et de multis, separatum non est a multis. Ergo ipsum separatum non est; non ergo unum numero est. Et si unum numero non est, sequitur ipsum non esse. Ergo universale separatum non est. Si ergo aliquo modo est, non nisi *in solis, nudis purisque intellectibus* est. In 'solis' quidem, quia in re non est; 'nudis' autem, quia universale denudatum a phantasmatibus est; 'puris' autem, quia non nisi purum intelligentiae lumen est, nulli incorporatum materiae sensibili.

Secundam adducunt rationem. Dicunt enim quod omne quod separatum in natura est, separatum habens esse extra intelligentiam, hoc aliquid est. Et hoc quidem et dictum est ARISTOTELIS et AVICENNAE et probatur per inductionem. Universale autem hoc aliquid non est, sed potius quale quid. Ergo universale in natura existens non est. Si ergo est, oportet quod *in solis, nudis purisque sit intellectibus*.

Tertiam adducunt rationem, quod sicut omne quod est secundum esse separatum in natura, particulare et individuum est, ita omne quod est in eo quod sic separatum est, particulare et individuatum est, ut omnis forma, quae in individuo est, individua est, sive sit substantialis, sive accidentalis. Individuatur enim per materiam, quae omnis individuationis principium et causa est. Universale autem ponitur esse in suo particulari ut in subiecto et substantia, in qua subsistit et quae sibi substat, ut dicit ARISTOTELES in PRAEDICAMENTIS. Universale igitur, si subsistit extra intellectum in suo particulari, particulare est. Quod absurdum est, quia particulare neque in multis nec de multis est, universale autem et 'in multis et de multis'.

Quarto ad idem inducunt, quod ARISTOTELES in PRIMA probat PHILOSOPHIA multipliciter, quod in eodem idem est esse universalis et particularis, quia aliter homo esset duo et non unum. Si ergo universale esse habet unum cum esse particularis, hoc esse, secundum quod in particulari est et particularis esse est, non est 'de multis et in multis'; hic enim homo singularis est, et non in multis nec de multis. A destructione consequentis arguunt. Si universale secundum suum esse 'in multis et de multis est', universalis esse non est esse particularis. Est autem esse particularis, si extra est. Ergo non extra in natura est, sed *in solis, nudis et puris intellectibus* est, quia aliter universale nullo modo esset, quod valde est inconveniens. An enim universale sit, numquam aliquis dubitavit. Et ideo ANTIQUI non quaerebant, an universale sit vel non sit, sed quaerebant, an universale extra intellectum separatum in natura sit, an *in solis, nudis purisque intellectibus positum sit* et fundatum, eo quod extra intellectum nihil sit in rerum natura.

Quinto opponunt dicentes quae et AVICENNA dixit et ALGAZEL quod universale, quod est genus vel species, si

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 14 *Ca* f.4vb

4 quid] quidem *pavlp* | significant] significantur *vlp* 5 an] aut *pavlp* | subsistant] subsistunt *Ca* 6 purisque] plurisque *l* 7 esse] cum *F1 om. CaSh corr. Sh*[1] 12 Dicunt] enim *add. F1V1Pi pavlp* | et[1] *om. pavlp* 13–14 separatum] separatur *P1* 14 ideo] idem *pav* | separatum *om. Pi pavlp* | quia] quod *pa* quo *v* 15–17 Universale – est *hom. Pi* 15 vel] et *V1 pavlp* 16–17 Ergo – est *hom. P1P2V1 pavlp* 18 quia] eo quod *lp* 19 et – multis *om. V1* 27 lumen] bonum *CaP1P2* | incorporatum] comperatum *pav* comparatum *lp* est *praem. P1P2* 29 in] a *lp* | est] et *add. P2*[2]*F1* | habens] habet *CaP1P2F1* 30 intelligentiam] et *add. F1* 31 et[1] *om. F1 lp* | Aristotelis – Avicennae] ab Aristotele et ab Avicenna *F1* 32 Universale – autem] quia universale *Pi pa* sed universale *vlp* 33 potius *om. V1Pi pavlp* 36 quod sicut] si *pavlp* 37 in] a *P1P2* | in – natura *om. F1* 38 individuum] individuatum *F1* 38–39 ita – est *om. pavlp* 39 omnis] entis *CaP1P2* 40 in *om. CaP1P2* est in *P2*[2] | est[2]] enim *CaP1P2 corr. P2*[2] 44 subiecto] subiecta *CaP1P2* 46 subsistit] substat *Pi* subsistat *pavlp* 48 neque] nec est *pavlp* 49 et[1]] est *pavlp* | multis[2]] est *add. F1Pi* 51 eodem] eadem *CaP1P2* 52 est *om. CaP1P2Sh corr. Sh*[1] 52–55 quia – particularis *hom. V1* 53 esset *om. P2* 55 est[1]] particulare *add. pavlp* | et] in *P2* | est[2]] et *add. F1* | est[3]] esse *pavlp* 56 in[1]] de *Ca* 57 nec] et *Pi pavlp* | nec – multis *hom. P1F1 corr. P1*[1] 57–58 arguunt] arguitur *pavlp* 58 Si] sed *F1* 59 est[1]] ergo *F1* 61 et *om. pavl* | et puris] purisque *F1V1Pi p* | est[2]] esse *CaP1P2Sh* 63 enim] non *Pi* vero *pavlp* 63–64 dubitavit] dubitabit *F1*[1] sed quid et quomodo esset *add. F1* 64 antiqui] aliqui *CaP1P2* 65 vel] aut *P1* 67 eo] ita *F1ShV1* 67–68 quod – nihil] quia extra intellectum *pavlp* 69 quae] quod *F1V1* | et[1] *om. F1 lp*

10 Cf. supra p. 19 v. 49–64. – 12 Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 1 c. 10 (CSEL 48 p. 162 v. 1–2). Boethius allegatur etiam a Roberto Kilwardby, Notulae super Librum Porphyrii lect. 2 (ed. typoscripta p. 18), cum allegatione tamen libri De consolatione philosophiae l. 3 prosa 11 n. 36 (CCL 94 p. 59 v. 92–95). Cf. Abaelardus, Logica Ingredientibus (ed. Geyer p 31 v. 2–4); Dominicus Gundisalvi, De unitate 3, 8–9 (ed. Correns p. 3). – 12–13 Arist., Metaph. l. 7 c. 5 (1031 a 10–14), c. 12 (1037 b 24–26); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 130 v. 17–21; p. 146 v. 5–7. – 13 Non invenitur. – 18 Cf. supra p. 17 v. 42–43. – 31 Cf. supra p. 21 v. 12–13. – 45 Arist., Cat. c. 5 (2 b 5sqq.); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p. 8 v. 12sqq. – 49 Cf. supra p. 17 v. 42–43. – 50–51 Arist., Metaph. l. 3 c. 2 (997 b 5–14); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 46 v. 23–p. 47 v. 8. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 116 v. 62 et p. 578 v. 36–43; Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14 p. 15 v. 58–61; infra p. 30 v. 21–31. – 58–59 Cf. supra p. 17 v. 42–43. – 64 Cf. supra p. 19 v. 36sqq. – 69–70 Non inveniuntur.

est extra intellectum, aut cepit esse, aut non cepit esse. Si dicatur quod non cepit esse, sequitur quod aeternum sit. Quod esse non potest, cum causam habeat intelligentiae lumen, quod facit et dat omnes formas. Si autem cepit, aut cepit a seipso, aut ab alio. Non autem incepit a seipso, quia nihil incipit a seipso, cum PLATO dicat quod 'nihil est, cuius ortum legitima causa non praecesserit'. Si autem ab alio cepit, per actum agentis cepit. Nihil autem terminat actum agentis nisi particulare et individuum, quia 'omnis actus circa particularia est'. Ergo universale particulare et individuum est. Destruamus ergo consequens, dicentes quod universale particulare et individuum non est, sicut iam SAEPIUS probatum est. Ergo universale non cepit esse, nec aeternum est. Ergo in natura non est. Et vel est in natura vel in intellectu; ergo universale non in natura, sed in intellectu est.

Sextum, quod in assertionem suae inducunt opinionis, est quod in arte, quae 'naturam imitatur', duo esse videntur in forma artis. Si enim consideretur, secundum quod in artifice est, communis est ad omnia, quae sunt eiusdem generis et speciei, quia in artifice est per modum artificis. Et sicut unus est artifex multa valens producere artificiata, ita forma in artifice commune exemplar est ad omnia, in quibus illa forma potest exemplificari. Quando autem extra artem artificis est in materia artificiati, particulata est et nulli potest esse communis, nec aliquam habet aptitudinem ad hoc quod in alio et de alio sit. Similiter autem in formis naturalibus esse videtur. In his enim intelligentia est ut artifex, et forma naturalis ut forma artificis, et forma in rebus | sicut forma artis in materia artificiati. Videtur ergo quod si universale commune est et 'aptum natum esse in multis', quod hoc non habeat, nisi secundum quod est in intelligentia, quae communis artifex est. Universale ergo, ut universale est, non est, nisi secundum quod *in solis, nudis purisque intellectibus* est.

Adhuc autem etiam per hoc confirmant hoc quod dicunt, quod in LIBRO DE CAUSIS multipliciter probatum est quod res in causa non est nisi per modum et virtutem causae et causa in effectu non est nisi per modum et virtutem effecti per causam. In effectu autem causa non est nisi per formam, quam in effectum causa producit; quia omne quod de potentia producitur ad effectum, non producitur nisi per id quod est in effectu, tam in univocis actionibus quam in aequivocis, quia aequivocae ad univocas reduci necesse est. Forma igitur primae intelligentiae agentis in hoc quod effectus est, non est id nisi per conditionem et virtutem effectus. Effectus autem individuus et singularis est. Ergo forma, sive substantialis sive accidentalis, sic in effectum procedens ab intelligentia, individua est et singularis. Universale autem nec individuum nec singulare est. Universale igitur in effectum naturae extra intelligentiam procedens non est. *In solis igitur et nudis et puris intellectibus positum est.*

Haec sunt quae ut fortiora inducunt, qui universalia in solo intellectu posita esse contendunt. Et ideo dicunt ARISTOTELEM dixisse quod universale est, dum intelligitur; singulare autem esse, dum extra sentitur.

Econtra autem illi qui universalia dicunt esse res extra intellectum consistentes, pro se fortiora inducunt septem, quibus maxime innituntur. Quorum primum est quod hic homo non est homo nisi a simpliciter homine, et eadem ratione alius homo non est homo nisi a simpliciter homine, et sic est de omnibus aliis. Non autem potest homo esse nisi ab eo quod est secundum rem in natura extra intellectum existens; ergo homo simpliciter est extra intellectum, existens simpliciter et secundum rem in natura. Propter quod etiam 'dicitur homo dignissima creaturarum'. Si enim hoc conveniret huic homini secundum quod hic homo, non conveniret alii. Similiter quod homo est rationalis, non convenit huic secundum quod hic, quia tunc alii non conveniret; ergo

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 30 *Ca* f.5ra

2 cepit] incepit *P2* | esse *om. CaP1P2* 5 aut cepit] esse aut cepit esse *Pi pavlp* 6 incepit] cepit *F1V1Pi* cepit esse *pavlp* | incipit] incepit *F1Pi* | seipso[2]] se *Pi pavlp* 8 autem] ergo *F1* | ab alio *om. CaP1P2F1Sh* 9 cepit – agentis *hom. P1* | terminat] fit per *pavlp* 13 saepius] superius *Pi pavlp* 14 esse *om. CaP1P2F1Sh* | nec] in *add. Pi pavlp* 14–16 in – intellectu] universale non in intellectu sed in natura *Pi* | in – non] universale non est *pavlp* 15 Et vel] sed *F1* 18 quae] quod *Ca* est quod *P2* | duo] autem *add. P2[1]* 20 quae] qui *P1* 23 in artifice] artificiati *CaP1P2F1Sh* 25 extra artem] ex arte *F1* 26 artificiati] artificiata *Pi pavlp* | particulata] particularizata *F1* 30 ut – artificis *om. Pi pavlp* | et] est *vlp* 32 natum] natura *V1 pavlp* 33 hoc] quod *add. P1P2* 33–34 intelligentia] intelligibilia *P1* 34 quae] et intelligentia *F1* 35 secundum *om. lp* 37 Adhuc autem] Septimo *Pi pavlp* 39–40 per – nisi *hom. CaP1P2Pi pavlp* 44 producitur] producit *lp* 45 actionibus] accidentibus *pavlp* 45–46 aequivocae] aequivocas *F1Pi pavlp* 49–52 Ergo – est *hom. Pi* 50 accidentalis] est *add. CaP1P2* quae est *add. V1* | sic] sicut *P2* sit *F1 om. pavlp* | effectum] effectu *pavlp* 53 effectum] effectu *pavlp* 54 et puris] purisque *pavlp* | positum] posita *CaP1P2Sh* 55 ut] in *V1* 56 contendunt] concedunt *Pi pavlp* 58 esse] est *Pi pavlp* extra *praem. F1* 60 consistentes] existentes *Pi* | consistentes – se] existentes per se *pavlp* 62 homo[2] *om. CaP1P2Pi pavlp* 63–65 homo[1] – autem *om. V1* 63 homo[2] *om. Pi pavlp* 64 est *om. P1 pavlp* 66 existens] existente *CaP1[1]P2F1Sh* consistens *V1 corr. V1[2]* 66–68 ergo – etiam] simpliciter propter quod *pavlp* 67 simpliciter *om. V1*

3–4 Cf. Liber de causis c. 17 (18) §§ 143–148 (ed. Pattin pp. 85–86). – 6 Plato, Tim. 28A; transl. Chalc. ed. Waszink p. 20 v. 20–22. Cf. Auctor. Arist. 27,2 (ed. Hamesse p. 296). – 10 Cf. Arist., Eth. Nic. l. 2 c. 7 (1107 a 31); transl. Lincoln. rec. pura Arist. Lat. XXVI,1–3 p. 405 v. 1–2; Auctor. Arist. 12,43 (ed. Hamesse p. 235). – 13 Supra p. 21 v. 10–49. – 18 Cf. supra p. 2 v. 27 cum nota. – 32 Cf. supra p. 17 v. 39–40. – 35–36 Cf. supra p. 19 v. 36sqq. – 38 Liber de causis c. 19 (20) §§ 158–161 et c. 23 (24) §§ 176–180 (ed. Pattin pp. 89–92 et 97–99). – 45–46 Circa reductionem causarum aequivocarum ad univocas cf. infra p. 37 v. 2–3 cum nota. – 54 Cf. supra p. 19 v. 36sqq. – 57 Cf. supra p. 10 v. 3–4 cum nota prima. – 68–69 Cf. Ps.-Arist., De pomo sive de morte Aristotelis. Prologus (ed. Plezia p. 37 v. 2); Alb., Super Matth. Ed. Colon. t. 21,1 p. 114 v. 85 sq.; Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14 p. 460 v. 26–27 cum nota 26; p. 461 v. 18–19.

convenit secundum quod homo. Ergo homo secundum quod homo, et non hic homo, est aliquid in natura praeter intellectum existens. Eadem ratio est de animali secundum quod animal.

Secundum est quod, sicut dicit ARISTOTELES in principio I PHYSICORUM, eadem sunt, quibus res est et quibus cognoscitur et scitur. Non est autem scientia nisi de universali et per universale. Ergo res non est nisi per id quod est universale. Scientia enim non est nisi de rebus et per res, praecipue in physicis; ergo scientia est de rebus. Ergo universalia sunt res, et non in intellectu tantum. Si enim essent in intellectu tantum, essent rerum intentiones, et non res ipsae.

Tertio inducunt quod forma, quae dat esse, non habet esse a materia, quamvis sit in materia, sed habet esse ab agente secundum formam et agente univoce. Et secundum quod est ab agente, vere est et est extra intellectum, et tamen non est hoc vel illud, sed simpliciter. Sed universale est quod secundum se non est hoc vel illud, sed est simpliciter communicabile factum hoc vel illud. Ergo universale simpliciter est et secundum se ab agente et in natura existens, quamvis non sit hoc vel illud. Universale ergo simpliciter est, et magis est quam particulare sive hoc vel illud. Et haec fuit obiectio PLATONIS, qui dixit esse formas.

Quarto adducunt, quia id quod est ab agente formaliter, vere est in natura, et tamen de esse suo formali nihil habet a materia, sed ab eo quod est in materia, habet quod est forma huius vel illius. Ens autem vere ab agente, non secundum quod est huius vel illius, verissime habet esse in natura, et agentis formaliter, quod uno modo se habet ad omnia quae ab eo exemplificantur, sequitur communitatem. Quod igitur sic est, verissime est apud naturam, quia esse suum non est ab aliquo obumbratum vel variatum. Quod ergo sic est, verissime est. Forma autem, secundum quod secundum se uno modo se habet ad omnia sua particularia, sic est et tale habet esse. Hoc autem modo est universale. Ergo universale verissime est in natura et verius est quam particulare.

Quinto inducunt quod forma rei, quae dat esse rei in specie et ratione et natura, non est nisi lumen intelligentiae terminatum ad hoc et incorporatum isti. Quod ergo dat esse et rationem, aut habet ab hoc quod lumen intelligentiae est, aut ab hoc quod est incorporatum isti et terminatum ad hoc. Constat autem quod non habet dare esse et rationem, secundum quod est terminatum ad hoc et secundum quod est incorporatum isti, quia hoc accidit ei, et ab accidente non potest habere actum substantialem. Habet ergo ab hoc quod est lumen intelligentiae, quae est agens esse in natura. Non autem dat | esse in natura, nisi quod vere et in natura est. Ergo forma, quae dat esse in natura, vere et in natura est etiam extra intellectum, sicut forma artis non dat artificiato esse in genere et specie artificiati, nisi secundum quod in artificiato vere etiam est extra intellectum artificis, quamvis dare esse artificiato, non habeat ab eo quod est in artificiato, sed secundum quod est ab artifice.

Sexto adducunt quod lumen faciens colores non amittit aliquid per hoc quod est in corpore terminato, et per hoc quod est in corpore terminato, non accipit aliquid essentiae vel virtutis ad agendum, quamvis ei, quod constituitur per ipsum, multa accidant per hoc quod ad hoc vel illud terminatur. Ergo similiter lumen intelligentiae, quod de se largitur formas, non amittit id quod de se vel ab efficiente habet, per hoc quod est in isto vel illo, nec aliquid accipit essentiae vel virtutis ab hoc quod terminatur ad hoc vel illud, quamvis ei, quod constituitur ab illo, multa conveniant, secundum quod lumen illud constitutivum agit in isto vel in illo. Sic autem virtutem constituendi habens est vere in natura, et non est secundum quod est in isto. Hoc autem taliter existens simplex est et verissime existens, unam aptitudinem habens ad omnia, quibus dat esse et rationem. Hoc autem est genus et species, prout sunt universalia. Genera igitur et species universalia verissime sunt in natura.

Septimo inducunt quod id quod secundum naturam et virtutem est ante rem, ab eo quod est post ipsum, nec esse accipit nec unitatem vel multiplicationem secundum

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 50 *Ca* f.5rb

2 quod *om. Ca corr. Ca*[1] 10–12 scientia – tantum] universalia sunt res extra intellectum *pavlp* 14 quae] quod *CaP1P2* 15 sit *om. CaP1P2* 16 univoce] univoco *pavlp* 17 vere] universale *F1* 18 sed] est *add. pavlp* 18–20 sed – illud *hom. Pi* 21 est *om. P1P2* | se] separatur *add. V1* separatum *add. Pi pavlp* 23–24 Universale – illud *hom. V1* 25 dixit] universalia *add. pavlp* 26 quia] quod *F1* 28 habet] esse *add. V1* 31 agentis – quod] agente formaliter quia *pavlp* | formaliter] et *add. F1* 32 exemplificantur] exemplicantur *Ca* 33 sequitur communitatem *om. pavlp* 35–36 Quod – se] forma autem secundum quod *pavlp* 36 secundum[2] *om. V1Pi* | se[2] *om. CaP1P2ShV1Pi* 40 rei[1] *om. Pi* | rei[1] – in] dat esse rei et *pavlp* 43 ab] ad *V1* 43–44 lumen – quod *hom. pavlp* 45 hoc] aut non *add. pavlp* 48 ei] isti *pavlp* | ab] hoc *add. V1Pi pavlp* 49 Habet] nunc *Pi* 50 quae] et *F1* | agens] dans *pavlp* 51 et *om. V1Pi pavlp* 52 et *om. Pi pavlp* | etiam *om. pavlp* 55 etiam] et *F1 pavlp* 56 dare] dat *CaP1P2* haec quod dat *V1* hoc quod dat *Pi pavlp* | quod est] secundum quod *Pi lp* 57 sed] est *praem. Pi pavlp* | ab *om. P2* 59–60 et – terminato] nec *V1Pi pavlp* 63 Ergo *om. F1* 65 efficiente] agente *F1* 66 vel[1]] in *praem. F1ShV1Pi pavlp* 68 illo] isto *CaP1P2Pi lp* ipso *F1* 69 constitutivum] constitutum *CaF1ShV1* constituens *pavlp* | isto] ipso *F1* hoc *Pi pavlp* | in[2] *om. pavlp* 70 est[2] *om. Pi pavlp* 71 isto] vel in illo *add. Pi pavlp* 71–72 taliter – existens] dicitur existens simpliciter et verissime et ex natura *pavlp* 72 unam] in natura *Pi* 74 Genera] genus *Pi pavlp* 75 universalia] et *add. Ca*

5–6 Arist., Phys. l.1 c.1 (184 a 12–13); transl. vetus cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t.4 p.8 v.81. Cf. Averr., Phys. l.1 comm.1 (Venetiis 1562 t.4 f.6G); Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.10 v.28 cum nota 30–32; Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.137 v.73sq.; supra p.3 v.23–25 cum nota. – 7–8 Cf. Arist., Anal. post. l.1 c.31 (87 b 37–39); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.62 v.10–12; Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.577 v.40sqq. – 24–25 Plato, Tim. 48E, 50C; transl. Chalc. ed. Waszink p.46 v.12–15, p.48 v.8–12.

seipsum, nisi secundum esse quod habet in isto vel illo, quod post ipsum est. Universale autem sive forma, quae est rei causa et principium, est ante rem secundum causam et naturae ordinem. Ergo ab eo, in quo est, nec accipit esse nec unitatem nec multiplicationem, secundum quod ipsum est in se, quamvis multiplicetur tantum secundum esse, quod habet in isto. Si ergo in se accipiatur, nihil horum habet ab eo, in quo est. Secundum seipsum autem acceptum verissime est, quia secundum se acceptum non habet hoc quod non sit nisi in intellectu, quamvis ab intellectu cognoscente et causante. Secundum se ergo acceptum verissime est res in natura simplici existens. Sic autem universale est aptitudinem habens ad omnia sua singularia per unum respectum ad singularia. Universale igitur verissime est et res vera est, etiam absque eo quod 'in intellectu solo, puro et nudo' sit acceptum.

Ecce haec fortiora sunt, quae illi pro una parte et alia inducunt in suarum opinionum assertionem.

Nos autem, quantum praesenti sufficit intentioni, ista solventes dicimus quod universale triplicem habet considerationem: scilicet secundum quod in seipso est natura simplex et invariabilis, et secundum quod refertur ad intelligentiam, et secundum quod est in isto vel illo per esse, quod habet in hoc vel illo.

Et primo quidem modo simplex natura est, quae dat esse et rationem et nomen, et verissime est inter omnia quae sunt, nihil habens alienae naturae admixtum neque conditione alienae naturae variatum.

Per hoc autem quod est in isto vel illo, multa accidunt ei secundum esse. Quorum primum est quod est particulatum et individuatum; secundum autem, quod est multiplicabile vel multiplicatum; tertium autem, quod est incorporatum et habens materiae diversas passiones, quibus est subiectum, et alia huiusmodi infinita, quia materiae infinita accidunt.

Per hoc autem quod est in intellectu, dupliciter consideratur, scilicet aut secundum relationem ad intellectum intelligentiae primae cognoscentis et causantis ipsum, cuius illa natura simplex radius quidam est; aut secundum relationem ad intellectum per abstractionem cognoscentem ipsum. Et primo quidem modo accidit ipsi radium et lumen intelligentiae agentis esse et simplex et purum esse et immateriale et immobile et incorporale et incorruptibile et perfectibile intellectus possibilis, et eiusdem possibilis intellectus esse motivum ad actum, sicut color movet visum ad actum secundum actum lucidi, quod est in ipso, quando secundum actum color est. Secundum relationem autem, quam habet ad intellectum cognoscentem non causantem, habet quod talis intellectus, secundum quod abstrahit ipsum, 'agit in ipso universalitatem' – quam de natura sua ante habuit – per hoc quod separat ipsum a materia et materialibus individuantibus ipsum. Et sic intelligitur quod dicit ARISTOTELES, quod 'universale est dum intelligitur, particulare autem dum sentitur'. Et illud AVICENNAE dictum, quod 'intellectus in formis agit universalitatem'.

Et hoc est quod | dixerunt ANTIQUI triplices esse formas: Ante rem scilicet, quae sunt formae secundum se acceptae, principia rerum existentes; et in re sive cum re ipsa, quae sunt formae existentes in ipsis, dantes eis nomen et rationem per id quod sunt aptae esse in multis et universales, non tamen secundum quod sunt in istis – secundum enim quod sunt in istis, sunt particulatae et individuatae et ad singularitatem deductae; sunt etiam formae post rem, quae sunt formae per abstractionem intellectus ab individuantibus separatae et 'in quibus intellectus egit universalitatem'. Et primae quidem substantialia rerum principia sunt; secundae autem rerum substantiae; tertiae autem accidentia et qualitates, quae notae rerum in anima acceptae vocantur et dispositiones vel habitus.

His igitur supra praelibatis dicimus quod universalia, hoc est naturae quae universalia vocantur, secundum se accepta sunt et verissime sunt ingenerabilia et incorruptibilia et invariabilia. Sunt et extra, vel praeter 'intellectum solum, nudum et purum' sunt, sicut incontradicibiliter probant secundo INDUCTAE RATIONES. Secundum autem quoddam esse in rebus sunt, scilicet secundum esse individuatum, quod actu est in his quae sunt ultimo

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 58 *Ca* f.5va

1 esse *om. lp* | vel] in *add. P1P2F1ShV1* 7 isto] vel illo *add. Pi pavlp* 14–15 per – singularia *hom. Pi pavlp* 16 vera] in natura *pavlp* 17 sit acceptum] sic accipiatur *F1* 18 quae *om. CaP1P2* 24 vel] in *add. F1 lp* 24–25 per – illo *hom. Pi pavlp* 25 vel] in *add. F1* 26 Et *om. P1P2Pi pavlp* | natura] naturae *F1* 27 verissime] verissimum *pavlp* 30 vel] in *add. pavlp* 32 secundum] quod *add. CaP1P2* | autem] est *add. F1 om. Pi pavlp* 34 est *om. CaP1P2* | materiae] in se *pavlp* 49 color est] colorem *CaP1P2 corr. P2*^{2} 50 non causantem] et non causantem ipsum *F1* 54 individuantibus] individuitatibus *lp* | ipsum *om. pavlp* 56 autem] vero *pavlp* 59 formae *om. Pi* 61 in] cum *V1* 64 particulatae] particularizatae *F1 pavlp* 65 singularitatem] singularitate *Ca* | deductae] ductae *pavlp* 66 rem] esse *Ca corr. Ca*^{2} 68 egit] agit *F1Pi pavlp* 69 sunt *om. CaP1P2Sh* 71 vocantur] nominantur *F1* 73 supra] sic *F1 om. V1Pi* 76 et^2] etiam *pavlp* 77 sunt *om. pavlp* 78 secundo] secundae *pavlp*

16–17 Cf. Porph., Isag. (transl. Boeth. Arist. Lat. I,6–7 p. 5 v. 11–12); supra p. 19 v. 36sqq. – 21–25 Cf. Avic., Logica pars 1 c. 1 (Venetiis 1508 f.2rb). – 55 Cf. supra p. 10 v. 3–4 cum nota prima, p. 22 v. 57–58. – 56 Avic., Phil. prima tr. 5 c. 1 (Avic. Lat. [V-X] p. 237 v. 28 sqq.); c. 2 (p. 239 v. 71 et p. 241 v. 9–10). Cf. etiam Averr., De anima l. 1 comm. 8 (CCAA VI,1 p. 12 v. 21–43); vide infra p. 33 v. 61; Auctor. Arist. 6,27 (ed. Hamesse p. 176). – 58 Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 285 v. 57–96 et p. 372 v. 46–p. 373 v. 67; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 9 v. 19–29 et p. 116 v. 44 sqq.; Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 8 v. 81 sqq.; Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14,1 p. 25 v. 2 sqq. – 67–68 Cf. supra p. 24 v. 57. – 76–77 Cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I,6–7 p. 5 v. 11–12); supra p. 19 v. 36sqq. – 78 Supra p. 22 v. 59sqq.

et in esse perfecto constituta in natura. Propter quod etiam illa res naturae a philosophis vocantur. Adhuc autem secundum quoddam esse in intellectu sunt dupliciter, scilicet in intellectu per cognitionem causante et agente, et in intellectu cognoscente, per abstractionem ea ad universalitatem agente et educente.

Ad id ergo quod primo pro prima parte opinionis INDUCITUR, dicendum quod, cum dicunt ARISTOTELES et BOETHIUS quod omne quod est, ideo est, quia unum numero est, aut intelligitur de his quae ultimo in natura perfecta sunt – de his enim verum est –, sed universalia hoc modo non sunt; sunt enim ut rerum principia, et non ut res ultimo actu in natura constitutae et completae. Aut sic intelligitur quod 'unum numero' sit dictum a numero ultimi esse, et non a numero essentiae. Omne enim quod est, unum numero habet esse suae essentiae, sicut et universale unum numero est numero essentiae et non duo vel tria, quamvis numero materiae et accidentis sit 'in multis et de multis'. Et hoc accidit sibi et non convenit ei secundum se. Et sic intelligitur quod dicitur quod 'participatione speciei plures homines sunt unus' homo.

Similiter dicendum ad id quod DICUNT quod id quod separatum habet esse extra intelligentiam in natura, est hoc aliquid, quia separatum esse habere dicitur duobus modis: Uno scilicet modo, quod separatum esse habet, quod in se habet esse, non dependens ad aliquid ad hoc quod esse habeat, quod sit extra ipsum. Et sic non est generaliter verum, quod dicunt, quia universale sic separatum habet esse in natura, et tamen non est hoc aliquid. Alio modo separatum esse dicitur, quod in se est indivisum, et ab aliis per discretionem divisum separatum. Et hoc modo generaliter verum est, quod dicunt, quia sic non nisi singulariter existentia separatum habent esse.

Ad id quod tertio INDUCUNT per dictum AVICENNAE, dicendum quod omne quod est in individuo, secundum quod est in individuo, singulare est. Sed id quod est in individuo, non prohibet esse universale, non secundum quod est in individuo acceptum; hoc enim secundum se acceptum nihil prohibet esse quale quid, et non hoc aliquid.

Si autem sic obiciat: 'Quod est in individuo est in eo per modum individui; individuum autem est hoc aliquid; ergo quod est in individuo, est singulare et hoc aliquid', non valet argumentum. Quod enim est in individuo, non semper est in individuo per modum esse individui, sed aliquando per modum principii individui. Et non oportet quod hoc, secundum id quod est, sit individuum et hoc aliquid, quia potest esse quale quid. Et ideo in argumento paralogismus est figurae dictionis, quia interpretatur quale quid ut hoc aliquid.

Ad id autem quod quarto INDUCUNT, dicendum quod universale secundum esse, quod habet in singulari, non habet aliud esse quam esse singularis. Et hoc probat ARISTOTELES contra eos, qui dixerunt formas universales distinctum et diversum esse retinere praeter esse singularis, et esse singularis sicut ex sigillo receptum esse ab illo, sicut separatum esse est sigilli et cerae sigillatae. Sed quod id quod est in singulari, non habeat esse naturae et principii, non secundum quod est in singulari, sed secundum se acceptum, non probat Aristoteles, quia hoc est verum et necessarium in omni natura.

Ad id autem quod quinto OBICITUR, dicendum quod essentiae rerum, secundum quod essentiae sunt, non incipiunt esse nisi per accidens et per aliud, scilicet incipientibus esse his in quibus sunt. In his enim per consequens etiam illa esse | incipiunt. Et hoc non accidit eis, nisi secundum quod in illis sunt. Secundum seipsa autem nec incipiunt nec desinunt secundum naturam, sed sunt radii luminis intelligentiae universaliter agentis, quae cum seipsa sit agens, non est assignare quod

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 68 *Ca* f.5vb

1 perfecto] perfecte *CaP1P2* | constituta] constitutae *Pi* 2 etiam – vocantur] illa res natura a physicis vocatur *pavlp* 3 quoddam esse] esse sui quoddam *Pi* | sunt] et hoc *add. V1Pi pavlp* 4–5 causante – agente] causantem et agentem *F1* 6 ad] per *pavlp* | educente] producente *Pi* 7 primo] modo *add. Pi* medio *add. pavlp* 8 dicendum] est *add. F1 om. pavlp* 10 aut] hoc *pavlp* | ultimo] actu *add. V1Pi pavlp* 11 his] illis *lp* 15 ultimi] ultimo *Pi* | ultimi – essentiae] essentiae et non a numero ultimi esse *P2*^{2} | et non] vel *Pi pavlp* | non *om. P1* 16 Omne] esse *CaP1P2V1Pi pavlp corr. P2*^{2} 17 est] unum *add. pavlp* 18 numero] numerus *pavlp* 23 dicendum] est *add. F1* | quod^{1}] duo *add. Pi* secundo *add. pavlp* 24 intelligentiam] intellectum *Pi pavlp* 25 quia] quod *F1V1* 26 quod] quo *V1Pi pavlp om. F1* | habet] id *add. V1Pi pavlp* 27 aliquid] quoddam *add. V1* 28 est *om. lp* 32 divisum] indivisum *P1* 38 non^{1}] nil *lp* | prohibet] prohibetur *F1ShV1* 39 acceptum] receptum *F1V1* 40 esse] acceptum *add. V1* 42 Si] quis *add. Pi pavlp* | obiciat] aliquis *add. F1* quod illud *add. Ca*^{1}*P1P2* 43 modum] in *add. CaP1P2* 44 ergo] illud *add. V1Pi pavlp* 45 Quod enim] quia quod *V1* | est *om. CaP1P2 corr. P2*^{2} 46 individuo] eo *V1 pavlp* 49 esse *om. Ca* 56 diversum] divisum *pavlp* 57 et – singularis *om. lp* | singularis^{2}] alias universalis *in marg. F1*^{1} 58 esse^{1}] separatum *add. pavlp* 61 se *om. P1* 64 autem *om. F1 pavlp* | obicitur] inducunt *Pi* 67–68 consequens] sequens *CaP1P2 corr. P2*^{2} 68 esse *om. P2* 70 desinunt] esse *add. F1 pavlp* 71 agentis] quae deus est *add. V1Pi pavlp* 72 est *om. CaP1P2Sh* | est assignare] assignari poterit *F1*

8 Supra p. 21 v. 10–27. – 8–9 Cf. supra p. 21 v. 12–13 cum notis. – 10–11 Cf. supra p. 24 v. 80–p. 25 v. 1. – 19 Cf. supra p. 17 v. 42–43. – 21–22 Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 12 v. 18–19); infra p. 71 v. 60–61, p. 72 v. 19–20, p. 72 v. 29–30. – 23 Supra p. 21 v. 28–35. – 35 Supra p. 21 v. 36–49. | In tertio argumento nullum dictum Avicennae expresse adductum est, cf. tamen Avic., Phil. prima tr. 5 c. 2 (Avic. Lat. [V-X] p. 244 v. 65–69): 'Cum ergo dicimus quod natura universalis habet esse in his sensibilibus, non intelligimus quod ex hoc quod est universalis, scilicet secundum hunc modum universalitatis, sed intelligimus quod natura cui accidit universalitas habet esse in istis signatis'. – 50 Cf. Arist., De sophist. el. c. 7 (169 a 29–31); transl. Boeth. Arist. Lat. VI,1–3 p. 18 v. 10–11. – 52 Supra p. 21 v. 50–68. – 55 Cf. supra p. 21 v. 50–51 cum nota. – 58–59 Cf. Arist., De anima l. 2 c. 12 (424 a 17–20); transl. vetus cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,2 p. 149 v. 65–66; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 8 v. 72–p. 9 v. 10. – 64 Supra p. 21 v. 69–p. 22 v. 16.

incipiat vel desinat, nisi secundum quod agit hoc vel illud in singulari. Et secundum hoc intelligitur quod existentiae rerum sive essentiae, sicut lumina agentis accepta, incorruptibilia sunt et ingenerabilia. Aliter enim scientia non esset de ipsis. Et sic dicit DIONYSIUS quod non corrumpitur quid existentium sed circa existens modi, commensurationes et harmoniae, quae essentiis conveniunt, in quantum sunt in singularibus.

Ad id autem quod sexto INDUCITUR, dicendum quod, quamvis forma artis habeat quod exemplar commune est ab hoc quod a tali exivit artifice, tamen postquam exivit, adhuc habet illud, quando secundum se ut forma artis accipitur, et habet hoc in lignis et lapidibus existens, quamvis hoc non habeat secundum quod existit in lignis et lapidibus. Et similiter de formis naturalibus exeuntibus ab intelligentia. Et ideo secundum se acceptae sunt communes et universales, etiam quae sunt in singularibus, quamvis non secundum quod sunt in singularibus habeant illud.

Si autem quis inferat dicens: 'Si non secundum quod sunt in singularibus habent illud, tunc habent illud secundum quod non sunt in singularibus', est paralogismus secundum fallaciam divisionis, quia divisum infert ex eo quod secundum compositionem dictum fuerat.

Ad id autem quod septimo et ultimo INDUCITUR, dicendum videtur esse quod omne quod est in effectu, secundum quod effectus effectum ultimum est, secundum quod est in effectu illo, singulare est. Et sic intelligitur, quod probatur in LIBRO DE CAUSIS. Sed id quod est in effectu per modum principii et causae formalis ipsius effecti secundum se acceptum, nihil prohibet de se communicabile et commune esse, sicut iam SAEPIUS dictum est.

Ea autem quae SECUNDO inducta sunt, puto de necessitate concludere.

Cap. 4. De declaratione secundae quaestionis, an universalia corporalia vel incorporalia sint

Secunda autem quaestio est, an universalia corporalia an incorporalia sint, quae ex Platonicis inducta est sicut et PRIMA.

Dicebat enim PLATO mathematicas lineas et superficies esse separata quaedam, ex quibus corpora mathematica componuntur, sicut omne divisibile ex indivisibilibus dicebat componi, accipiens haec ab Epicureis, qui ante Stoicos philosophari inceperunt. Melissus enim et Parmenides talia DICEBANT, et quidam alii. Ex mathematicis autem magnis et parvis omnem materialem dicebant constare quantitatem.

Suae autem opinionis tres potissimas inducebant rationes. Quarum prima fuit, quod videbant quod substantia, tam forma quam materia, de se et secundum quod substantia est et secundum seipsam accepta, indivisibilis est, sicut expresse dicit ARISTOTELES in I PHYSICORUM. Oportet igitur aliquod divisibilitatis esse principium. Divisibile autem non est nisi quantitas. Quantitas autem omnis, sive sit discreta sive sit continua, non procedit nisi ab indivisibili. Adhuc omnis species quantitatis non procedit nisi ab indivisibili proximo, quia unumquodque genus et species causatur ab aliquibus suis proximis principiis. Corpus enim, quod omni modo divisibile est, non potest causari, sicut ex proximo suae constitutionis principio, ab eo quod omni modo est indivisibile sicut punctus, vel ab eo quod uno modo tantum divisibile est sicut linea, sed oportet quod causetur ab eo quod pluribus modis divisibile est sicut superficies. Quia sicut superficies non est indivisibilis nisi in profundum, sed in longum et latum divisibilis est, et ex compositione unius superficiei cum alia fit divisibilitas in

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 quod *om. Ca* 2–8 Et – singularibus *om. pavlp* 3 lumina] intelligentiae *add. V1Pi* 3–4 accepta] et *add. F1* | accepta – ingenerabilia] acceptae incorruptibiles sunt et ingenerabiles *Pi* 9 inducitur] inducunt *pavlp* 13 et[2]] in *add. P1Pi* 13–14 existens *om. pavlp* 13–15 existens – lapidibus *hom. P2V1Pi* 16 exeuntibus] existentibus *F1Pi pavlp* | intelligentia] intellectiva *P1* 21 tunc] ergo *V1Pi pavlp* | tunc – illud *hom. P1P2* | illud[2] *om. Pi pavlp* 26 in *om. CaP1P2* 27 effectum – est] effectum sive esse habet ultimum *pav* esse habet ultimum *lp* alias efficiens ultimum est *in marg. F1*[1] et *add. Pi* 30 est] secundum se acceptum *Pi pavlp* 31 effecti – acceptum] effectus secundum se accepti *Pi pavlp* 34 puto] puta *P1* 36 4] 3 *CaShV1* 36–38 De – sint] utrum universalia sint corporalia *lp* 38 sint] rubrica *add. Ca* 39 an] utrum *F1V1* 40 an] aut *F1* vel *Pi pavlp* 41 et *om. Pi pavlp* 42–43 superficies] superficiem *lp* 43 corpora *om. V1* 45 Epicureis] epycuris *CaP1ShV1* epicuriis *P2F1* epicuris *Pi* 46 Stoicos *om. pavlp* | philosophari] probari *P1* | inceperunt] ceperunt *V1 pavlp* | enim] autem *Pi pavlp* 51 quod[1]] quia *F1Pi* 52 de] per *Pi* 53 seipsam] ipsam *P1P2* seipsas *Pi* 55 aliquod] aliquid *F1Pi* aliud *lp* | divisibilitatis] indivisibilitatis *P1P2Pi* 55–56 principium] indivisibile *add. Pi pavlp* 57 sit[2] *om. Pi pavlp* | continua] communis *Pi* 58–59 omnis – quantitatis] causans species quantitas *CaP1P2* 63 omni modo] omnino *F1* 65 est *om. pavlp* 66 est *om. CaP1P2* 67 Quia – superficies] quae *Pi pavlp hom. CaP1P2F1* 68 sed] et *V1* | est *om. CaP1P2* 69–p. 27 v. 1 divisibilitas – sic] divisibilis in profundum sicut *Pi pavlp*

5 Dion., De div. nom. c. 4 § 23 (ed. Suchla p. 170 v. 19–21); transl. Sarr. cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37,1 p. 268 v. 66–68. Cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37,1 p. 180 v. 47–53 cum nota 48. – 9 Supra p. 22 v. 17–36. – 22–23 Cf. Arist., De sophist. el. c. 4 (165 b 26); transl. Boeth. Arist. Lat. VI,1–3, p. 8 v. 8–9. – 25 Supra p. 22 v. 37–54. – 29 Cf. supra p. 22 v. 38 cum nota. – 32 Cf. ex.gr. supra p. 25 v. 42–51, p. 25 v. 59–63. – 34 Supra p. 22 v. 59–p. 24 v. 17. – 41 Supra p. 19 v. 36–p. 20 v. 27, p. 19 v. 66sqq. – 42 Plato, Tim. 42B, 48E, 50C; transl. Chalc. ed. Waszink p. 37 v. 10, p. 46 v. 12–15, p. 48 v. 8–12. Cf. Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14,1 p. 15 v. 55–p. 16 v. 8 cum notis 57,59; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 9 v. 54–56; Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5,1 p. 209 v. 1–4; Arist., Metaph. l. 1 c. 6 (987 b 14sqq.) et l. 7 c. 2 (1028 b 19–21); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 22 v. 7sqq. et p. 123 v. 10–14. – 47 Cf. Arist., Phys. l. 1 c. 2 (184 b 15sqq.); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 8 v. 10sqq.; Metaph. l. 1 c. 5 (986 b 18–21); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 20 v. 4–6; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 9 v. 54–59. – 54–55 Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 21 v. 78sqq. et p. 448 v. 21–23. – 56 Cf. Arist., Phys. l. 6 c. 2 (232 a 23); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 220 v. 4–5; Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 450 v. 59.

profundum, sic punctus, omni modo indivisibilis, compositione puncti cum puncto fit divisibile in longum recto motu puncti in continuum. Punctum enim est substantia posita sive 'positionem habens', et ideo motu suo in continuum facit lineae positae divisionem. Et similiter est de superficie constituta a linea mota in latum, qui motus lineam componit cum alia exeunte ab una prima mota in latum continui, quod motu eius constituitur. Et similiter est de corpore, quod motu superficiei motae in profundum constituitur. Et quia non sunt plures situs continui, in quo aliquid indivisibile moveri possit ad quantitatis constitutionem, ideo non sunt plures quantitatis continuae species nisi tres et non | nisi tres divisibilitates.

Cum autem materia sensibilium de se sit indivisibilis et immobilis, non potest esse quanti vel quantitatis principium, cum materia nihil sit quantitatis; oportet autem quod omne quod est alicuius generis essentiale principium, sit aliquid illius generis tam in genere substantiae quam in generibus accidentium. Probatum autem est in PHYSICIS quod principia corruptibilium sunt incorruptibilia et principia sensibilium sunt insensibilia, quia aliter in principiis et principiorum principiis iretur in infinitum. Constat autem quod illae naturae, quae simplices et universales dicuntur, eorum sunt principia quae sunt singularia, ut iam in ANTEHABITA QUAESTIONE determinatum est. Et horum materialium et corporalium non possunt esse principia, nisi sint corporalia et principiis quantitatis determinata. Sequitur igitur de necessitate, ut videtur, quod universalia sint corpora et corporalia per quantitates corporales dimensa. Et ista ratio directe est secundum intentionem PLATONIS, qui talia separata ponebat. Et ideo per nos est per multa explanata, ut melius, quid intendit, intelligatur.

Secunda ratio est quod principium alicuius generis vel speciei non potest esse ad hoc vel illud in numero determinatum, quia sic non esset universale illius generis vel speciei principium. Oportet igitur quod principium universale sit in forma generis vel speciei acceptum et non in individuo. Principia igitur generum et specierum genera sunt et species. Et cum principiata sint corpora sensibilia et quanta, sequitur quod principia istorum sint genera et species quantitatum. Haec enim sunt prima sensibilia per hic et nunc individuata. Substantia enim, secundum quod substantia, in principiis eius nec ad hic nec ad nunc determinatur vel individuatur, et ideo talibus principiis non causatur. Et ideo PLATO dixit omnium istorum sensibilium principia esse mathematica in rationibus generum vel specierum accepta, substantiam autem, secundum quod substantia, non esse sic principiatam, sed per quantitatem esse determinatam ad hic et nunc. Ex hoc autem ulterius inferebat quod genera et species, quae sunt horum singularium principia, sunt corporalia.

Tertia ratio Platonis fuit, quia quod est in ordine naturae primum, est causa et principium eius quod secundum est in eodem naturae ordine, sicut in libro FONTIS VITAE et in LIBRO DE CAUSIS est probatum. Quantum autem secundum rationem quantitatis acceptum constat quod secundum ordinem naturae est ante hoc quantum sensibile. Ergo secundum ordinem naturae causa est ipsius et principium. Non autem causa et principium, nisi quod est simplex et universale. Principium ergo, quod est simplex et universale, quantum est et corporale.

Istae absque omni dubitatione rationes sunt PLATONIS in hoc quod universalia dixit esse corporalia quaedam in mathematicis rationibus et formis constituta.

Quod autem quidam dicunt de universalibus immaterialium, ut angeli et animae, nihil penitus valet ad propositam intentionem. Talia enim dixit PLATO ab aeterno consistere et esse radios quosdam lucis primae causae et non esse causata principiis aliquibus per

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 13 *Ca* f.6ra

2 divisibile – longum] divisibilis in longo *Pi* 3 motu] modo *CaP1P2* | Punctum] punctus *F1Pi l* | enim est] autem *Pi* 4 posita sive *om. lp* 7 exeunte ab] existente *lp* | prima] primo *pavlp* 11 quo] quod *lp* 13–14 divisibilitates] divisibiles *Pi* diversitates *pavlp* 15 sensibilium] sensibilis *pavlp* | se *om. P2* 17 cum] enim *CaP1P2* | cum – sit] materia enim de se nihil habet *Pi pavlp* | sit *om. CaP1P2Sh* 19 generis *om. V1* 20 generibus] genere *Pi pavlp* 21–22 corruptibilium – incorruptibilia] corporum sunt incorporea *F1* alias corruptibilium sint incorruptibilia *in marg. F1*[1] 24 autem] etiam *Pi pavlp* 26–27 determinatum est] demonstratum *Pi* habitum est et determinatum *pavlp* 27 corporalium] corruptibilium *F1* 30 sint] sunt *Pi lp* 31 dimensa] alias divisa *in marg. F1*[1] 36 ad] vel *pavlp* 38–40 principium – individuo] acceptum *pavlp* 41 et *om. P1* 42–43 principia istorum *om. Pi* 43 quantitatum] quantitatis *F1* 44 prima] principia *pavlp* 49 esse] circa *pavlp* 50 quod *om. CaP1P2* 50–51 substantia] substantiam *P1* 51 sic] sicut *Pi pavlp* | principiatam] principiatum *CaP1P2Pi pavlp* principiata *F1* 56 eius] eiusdem *pavlp* 57 est] se *Pi lp* | ordine] posterius est *add. Pi pavlp* 60 ante] autem *Ca* aut *P1P2* 62 autem] est *praem. Pi pavlp add. V1* | principium[2]] est *add. F1* 63–64 Principium – universale *hom. P2* 65 omni *om. pavlp* 68 quidam] quaedam *CaP1P2 corr. P1*[1] 69 ut] in *add. CaP1P2* 70 propositam intentionem] propositum *Pi pavlp* 71 esse *om. Pi pavlp* 71–72 primae causae] primo esse *V1Pi* primae esse *pavlp* 72 causata] a *add. lp* | aliquibus] materialibus *pavlp*

3–4 Cf. Arist., Anal. post. l.1 c.27 (87 a 36); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.60 v.19–20; Metaph. l.5 c.6 (1016 b 26); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.93 v.18. – 17 Cf. Auctor. Arist. 4,10 (ed. Hamesse p.168, locus tamen apud Arist. non invenitur). – 21 Arist., Phys. l.1 c.9 (192 a 25sqq.); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p.40 v.6sqq. Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t.4 p.75 v.40sqq.; Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t.5,1 p.236 v.21–23. – 26 Supra p.24 v.59–60, p.25 v.42–47, p.25 v.59–63. – 32 Plato, Tim. 48E, 50C; transl. Chalc. ed. Waszink p.46 v.12–15, p.48 v.812. Cf. Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.8 v.51sqq. – 48 Plato, Tim. 42B; transl. Chalc. ed. Waszink p.37 v.10. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.65 v.43sqq. et p.117 v.28sqq.; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.8 v.51sqq.; Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t.14,1 p.15 v.55–p.16 v.8 cum notis 57 et 59; supra p.26 v.42–45 cum nota p.26 v.42. – 57–58 Avicebron, Fons vitae tr.3 n.27.52.53 (ed. Baeumker p.143sq., 195sqq.). – 58 Liber de causis c.8 (9) § 82 (ed. Pattin p.67 v.60–67). – 65 Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.117 v.28sqq.; Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t.14,1 p.15 v.73sqq. – 70 Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.89 v.27–41.

compositionem; nec in talibus dixit esse particulare vel universale, sed in talibus dixit, quod sunt in nobis per hoc quod luces eorum et essentiae sunt in nobis, sive existentibus per ea sive cognoscentibus ea. Propter quod etiam AVICENNA in sua METAPHYSICA, ubi stabilit species quantitatis, dicit quod hoc dictum est, cuius signum esse dicit, quia ea in quibus sunt, sive existentibus sive cognoscentibus ea, non recipiunt ea 'secundum hic et nunc, sed secundum ubique et semper', quantum est de ipsis. Anima enim non est in corpore secundum hic et nunc, nec daemon sive intelligentia sive etiam angelus non est in eo, in quo est per operationem vel cognitionem: non est ut hic et nunc, sed secundum possibilitatem eius, in quo est, est in eo secundum ubique et semper, quia non habet in eo positionis distensionem. Haec opinio Platonis.

In contrarium huius sufficiant etiam tres rationes, quae sunt inter multas, quae adduci possunt, potiores. Quarum prima est quod, si universalia – horum singularium principia – sunt corporalia, aut sunt principia eorum in quantum corporalia, aut sunt principia eorum in quantum corporalia sunt et hic et nunc. Si sunt principia eorum, in quantum corporalia sunt, tunc corporale non efficitur corporale nisi per aliquid corporale. Sed principium constituens est etiam corporale, ergo et illud corporale non efficitur nisi per aliud corporale. Et hoc procedet in infinitum. Sequitur ergo quod principium corporalis sit incorporale, sicut et principium corruptibilis | est incorruptibile, et principium sensibilis est insensibile, et principium motus est immobile, et sic est in omnibus aliis.

Adhuc, si universalia sunt corporalia, sequitur quod sunt quantitatibus et figuris determinata – rationes autem quantitatum non sunt quantitates et rationes figurarum non sunt figuratae –; si autem universalia quanta et figurata sunt, sequitur quod suscipiens ea figuratur per ipsa et quantitate distendatur. Suscipit autem talia possibilis intellectus. Intellectus ergo possibilis et quantus erit et figuratus; quod nemo umquam opinatus est, quia omnes Anaxagoram LAUDABANT dicentem, quod intellectus est purus et immixtus, nihil nulli habens commune. Universale igitur corporale esse non potest, etiam in re corporali, cum, prout universale est, 'motivum sit intellectus possibilis'.

Tertia ratio est quod, si universale corpus vel corpoream est habens quantitatem, oportet quod sua quantitas corporea sit et perpetua. Est autem et singulare suum, in quo est, quocumque modo corporeum et corpus. Aut ergo haec duo sunt unum corpus, aut duo corpora. Si sunt unum et idem, sequitur quod incorruptibile et corruptibile, et sensibile et insensibile, et faciens et factum, et constituens et constitutum sint unum et idem. Quod est inconveniens et non intelligibile. Si autem non sunt idem sed duo, sequitur quod duo corpora sint in eodem loco. Mathematicis enim datur locus sicut et physicis, ut dicit ARISTOTELES. Probatum est autem a nobis in PHYSICIS quod, si duo corpora sunt in eodem loco, quod de necessitate duo corpora erunt unum et idem corpus. Sequitur ergo quod, si sunt duo diversa corpora, quod sunt unum et idem corpus. Quod impossibile est omnino.

Nos autem quae inducta sunt determinantes, distinguimus quod corporale multipliciter dicitur, scilicet quattuor modis: Uno quidem et primo dicitur corporale quantitate corporea distensum, ita quod ipsa quantitas sit aliquid sui. Et sic habentia quantitatem corpoream corporalia dicuntur, ut mobilia omnia et sensibilia. Secundo modo corporalia dicuntur non quidem quantitatem

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 29 *Ca* f.6rb

1 nec] haec *pa* et *vlp* | vel] non *pavlp* 2 quod] quae *P1* 4 cognoscentibus] per *add. Pi* 5 etiam *om. P1F1V1Pi pavlp* 6 quantitatis] qualitatis *CaP1P2 pavlp* | hoc] hic *Pi* | dictum] verum *add. pavlp* | esse *om. lp* 9 secundum *om. P2 pavlp* 11 nec] sed secundum ubique *V1* | daemon] daymon *CaSh* diamon *F1* dyamon *P1P2V1Pi* 12 non] ut *P2* 13 non est *om. F1V1Pi pavlp* 15 distensionem] distentionem *P1F1* discretionem *pavlp* | Haec] est *add. F1V1* 16 Platonis] est *add. Pi pavlp* 20–21 sunt[1] – corporalia *hom. Pi* 21 eorum – corporalia] in quantum incorporalia *pavlp* | corporalia] sunt *add. F1V1* 22 corporalia] haec *F1ShV1* | et[1] *om. P1* | nunc] determinata *add. Pi pavlp* 23 eorum] horum *pavlp* 23–24 tunc corporale] corporale autem *Pi pavlp* 24 nisi] nec *CaP1P2Sh* | aliquid] aliud *pavlp* 25 et *om. P2* 26 illud] ipsum *Pi pavlp* | efficitur] efficit corporale *pa* corporale *add. Pi vlp* 27 hoc procedet] sic procederetur *pavlp* 28 corporalis] corporale *Pi* | incorporale] corporale *pa* | et *om. pavlp* 29 corruptibilis] corruptibile *Pi* 30 motus] mobile *Pi* mobilis *pavlp* 30–31 est in] de *Pi pavlp* 32 Adhuc] secunda ratio est quod *Pi pavlp* | sunt] sint *pavlp* 33 quantitatibus] quantitatis *CaP1* 34 quantitates] quantae *F1 pavlp* alias quantitas *in marg. F1*[1] 35 figuratae] figurae *V1* 36 et *om. lp* 37 quantitate] quanta *CaP1P2* quantitas *Sh* 38 et *om. lp* 39 quod] quia *CaP1P2* 40 quod] quia *pavlp* 41 nulli] ulli *Pi pavlp* 42–43 etiam] et *pavlp* 44 sit] est *pavlp* 47 et[2] *om. Pi pavlp* 49 ergo *om. CaP1P2Sh* 51 et[1]] sit *pavlp* | et[2] *om. V1* | et[3] *om. pavlp* 52 et[1] *om. pavlp* | et constitutum] constitutum si *pavlp* | sint] sicut *CaP1P2* 54 non *om. CaP1P2* | non – duo] sunt duo corpora *Pi pavlp* | sed] haec *CaP1P2F1* 57 sunt] sint *ShV1Pi pavlp* 58 quod *exp. Sh*[1] quia *P1 om. lp* | corpora *om. Pi pavlp* 63 multipliciter] dupliciter *P1* 63–64 scilicet – modis] secundum quattuor modos *CaP1P2V1Pi* 64 et primo] modo et primo modo *Pi pav* modo *lp* 65 corporea] continua *V1Pi* 66 sui *om. P1* 67 ut] et *pavlp* 68 quantitatem] quantitative *P1P2 corr. P1*[2]

5 Cf. Avic., Phil. prima tr. 3 c. 5 (Avic. Lat. [I-IV] p. 132 v. 67–p. 133 v. 87). – 8–9 Cf. Arist., Anal. post. l. 1 c. 31 (87 b 32–33); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 62 v. 5–6. – 10–11 Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 43 v. 16–20. – 40 Cf. Arist., Phys. l. 8 c. 5 (256 b 24–27); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 299 v. 6–7; Arist., De anima l. 3 c. 4 (429 a 18); transl. vetustior cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 178 v. 90; cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 600 v. 47–56; Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 178 v. 78–85; Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5,1 p. 64 v. 8–11. – 43–44 Cf. Avic., Phil. prima tr. 5 c. 1 (Avic. Lat. [V-X] p. 237 v. 29 sqq.); c. 2 (p. 239 v. 60 sqq.). – 56 Arist., Phys. l. 2 c. 2 (193 b 23–194 a 12); l. 4 c. 1 (208 b 1 sqq.); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 49 v. 13–p. 51 v. 13, p. 135 v. 13 sqq. Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 204 v. 44 sqq. et p. 253 v. 17–20. – 56–57 Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 251 v. 78–253 v. 41.

ut aliquid sui habentia, sed tamen secundum distensionem quantitatis in subiecto ea suscipiente distensa, sicut albedo et nigredo, et caliditas et frigiditas, et figura et circa aliquid constans forma dicuntur corporea, quamvis quantitas nihil sit essentiae ipsorum. Tertio modo dicitur corporale non nisi corpori sicut suscipienti determinatum, sicut sensus et imaginatio et ceterae virtutes sensibiles et vegetabiles, et universaliter omnis anima sensibilis et vegetabilis, sunt corporales formae. Quarto modo dicitur corporale, non quod aliquid sit partis vel quantitatis corporalis, sed quia corporis et quantitatis est principium essentiale, sicut punctus dicitur esse corporale. Similiter autem multipliciter dicitur incorporale, quia si unum oppositorum est multiplex, et reliquum.

Nullo autem istorum modorum universale est corporale, quia etiam simplex natura corporis vel corporei, cui per aptitudinem dicendi de multis accidit universale esse, est incorporalis, quia, sicut optime PROBATUM est, aliter motivum intellectus possibilis esse non posset, qui penitus incorporeus et incorporalis est. Est enim simplex notio et natura ab omni quantitate distensionis abstracta.

Ad hoc ergo quod primo OBICITUR, dicendum quod quantitatis constitutivum est duplex, scilicet secundum quantitatis essentiam et constitutionem eius quod est quantum vel quantitas – et de tali principio procedit obiectio et est necessaria –, alia est constitutio quanti secundum esse specificum et rationem, non secundum id quod est quantitas, sed illo quo quantitas est quantitas et dans nomen et diffinitionem quantitatis. Et hoc principium constituens speciem et genus quantitatis non est quantitas vel quantum, sed potius quantitatis natura simplex et ratio. Et haec natura sic in simplicitate sua accepta est universale.

Ad id autem quod secundo INDUCITUR, dicendum quod hoc quod proponunt, simpliciter est verum: Principium huiusmodi in esse et specie secundum naturam vel etiam in genere non est ad hoc vel illud determinatum, quia, si hoc esset verum, non esset principium universaliter, sed huius vel illius. Sed hoc principium non est mathematica quantitas in his quae corporea sunt, sed est natura simplex constituens in specie et genere et dans nomen et rationem. Et hoc patet, quia, quamvis punctum sit essentiale et quasi materiale principium lineae, tamen formae lineae nec habet nomen nec rationem, sed aliud est principium secundum formam, quo linea lineae nomen habet et rationem. Et hoc principium simpliciter acceptum natura est lineae, cui | accidit esse universale, per hoc quod pluribus est comunicabilis natura illa. Patet igitur quod corporalium universale est incorporale. Et hoc est vere dictum Peripateticorum.

Ad id autem quod tertio INDUCUNT, dicendum quod verum est quod proponitur, dummodo bene intelligatur quod essentialiter per modum materialis constitutivi principium est essentiale non in ordine naturae primum. Mathematica, etiamsi daretur quod constituerent et principiarent naturalia corpora, non principiarent ea, nisi secundum id quod est quantitas subiecta, et non secundum hoc quo quantitas est in ratione et specie vel genere. Et ideo non sunt priora ad ea secundum ordinem formalem naturae vel secundum ordinem efficientis causae. Sed ea quae sunt constituentia ea quae corporea sunt, in esse et nomine et specie et genere, priora sunt secundum ordinem naturae. Et illae sunt simplices naturae et essentiae eorum et notiones et rationes ipsorum. Haec autem omnia et incorporalia sunt et universalia, ut patet per ANTEDICTA. Et hanc subtilitatem invenit Aristoteles, et ideo in omnibus contradixit Platoni in positione principiorum.

Haec est vera secundum Peripateticos huius quaestionis determinatio; et sic tenendum est, nec est curandum de sophisticis quibusdam, quae ante nos quidam scripserunt.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 48 *Ca* f.6va

2 suscipiente] sunt *add. pavlp* 4 circa] hoc *add. Pi* | forma] figura *Pi* | corporea] corpora *Pi* corporalia *pavlp* 5 quantitas *om. CaP1P2F1ShV1* | essentiae] essentia *F1* 6 corporale] corporali *Ca* | non nisi] omne *pavlp* | suscipienti] suscipiens *Pi* 8 et vegetabiles *om. lp* 10 dicitur *om. Ca corr. Ca*[1] 11 quia] quod *Pi* | et *om. lp* 12 essentiale] corporale *CaP1P2 om. Pi pavlp* | sicut] et sic *Pi pavlp* 13 Similiter] sic universaliter *P1*[2] 16 etiam] est *F1* | etiam simplex] est sicut *pavlp* 17 cui] cum *CaP1P2* 18 esse] et ideo *F1* corporale *add. V1* | est incorporalis] et est incorruptibilis *pavlp* | incorporalis] incorporale *F1* 19 posset, qui] potest quia *lp* 20 incorporalis] incorruptibilis *F1 pavlp* 21 notio] natio *CaP1P2 corr. P1*[1] 24 quantitatis – constitutivum] et quanti essentiam constituens *Pi pavlp* 29–30 sed – quantitas *hom. pavlp* 30 dans *om. CaP1P2F1ShV1* 33 in *om. pavlp* 36 quod[2] *om. CaP1P2* | proponunt] ponunt *pavlp* | est] esse *Pi pavlp* 37 huiusmodi] huius *V1Pi pavlp om. P1* | specie] speciem *Pi* 38 etiam *om. Pi pavlp* 40 universaliter] universale *pavlp* 42 simplex] simpliciter *Ca* 43 hoc – quia] in hoc patet quod *Pi pavlp* 44 punctum *om. CaP1P2Sh* 45 nec] non *Pi pavlp* 46 est *om. CaP1P2Sh* 47 nomen] non *add. P2* 49 universale *om. P2* | est *om. CaP1P2Sh* 51 vere] verum *Pi* 54 est *om. CaP1P2Sh* | proponitur] ponitur *pavlp* 55–56 constitutivi] constituti *pavlp* 56 naturae] est *add. V1* 57 Mathematica] metaphysica *Pi om. pavlp* 58–59 naturalia – principiarent *hom. P2* 60 quo] quod *V1* 61 et] vel *P1P2Pi pavlp* | priora] propria *lp* 64 esse et] ratione *pavlp* 66 essentiae] existentiae *CaP1P2ShV1Pi pa* 67 notiones] nationes *CaP1P2* | et rationes *om. lp* | Haec autem] et haec *F1* 68 ut patet *om. pavlp* 70 contradixit Platoni] quae dixit Platoni praeponatur (postponatur *pa*) *pavlp* 72 tenendum] credendum *F1* 73 quae – quidam] qui ante nos quaedam *pavlp*

18 Supra p. 28 v. 37–44. – 23 Supra p. 26 v. 51–p. 27 v. 34. – 35 Supra p. 27 v. 35–54. – 53 Supra p. 27 v. 55–64. – 68–69 Supra p. 24 v. 73–76, p. 25 v. 69–70.

Cap. 5. De tertiae quaestionis determinatione

Restat nunc de difficillima quaestione disserere, quam tertiam tangit PORPHYRIUS, utrum scilicet universalia sint separata a sensibilibus, an in sensibilibus sive singularibus posita sint et ab his separata esse non habeant.

De hac enim quaestione semper contentio fuit inter Stoicos et Peripateticos. ARISTOTELES enim ponere videtur universale extra particulare esse non habere. Unde in POSTERIORIBUS dicere videtur quod universale non est nisi in hoc, hoc est, singulari. Dicit etiam contra Platonem loquens quod universale esse unum aliquid extra multa 'non necesse est, si demonstratio erit; esse tamen unum de multis' et in multis, 'verum est dicere', ac si dicat: Ad hoc quod demonstrativa sit scientia, non necesse est dicere quod universale, de quo est scientia, sit separatum extra singularia, quia sufficit ad hoc, quod universale sit 'unum in multis et de multis'. Adhuc autem dicit Aristoteles quod nulla necessitas est opinari quod universale sit praeter hoc.

In PRIMA etiam PHILOSOPHIA adhuc inducit rationes multas ad inconveniens deducentes, quia, si esset universale separatum secundum esse actuale a singulari, sequeretur quod esset caelum praeter hoc caelum, et terra praeter hanc terram, et homo praeter hunc hominem. Et cum scientiae de naturis rerum sequantur res, et de separatis sit alia scientia quam de materiam concipientibus, sicut patet in mathematicis et physicis, esset alia scientia de caelo et alia de hoc caelo, et alia medicina de homine et alia de hoc homine, et alia geometria de terra et alia de hac terra, et sic de aliis.

Hoc idem probatur per diffinitionem universalis tam ex verbis ARISTOTELIS quam ex verbis AVICENNAE et ALFARABII. Est enim 'universale unum de multis et in multis'. Si autem est in multis, non habet esse separatum ab illis. Et ideo DICUNT quod universale est, quod aptum est esse in multis, et in hoc differt a singulari. Res autem est secundum naturam in eo, in quo est apta nata esse, et non in eo, in quo non est apta nata esse. Universale igitur est in multis, et non separatum habet esse ab illis, quia non est aptum natum separatum esse ab illis habere.

Adhuc autem, si universale esset actu secundum perfectum esse praeter multa, sequeretur quod esset existens per seipsum solum et indivisum in se et ab aliis divisum, et sic esset hoc aliquid et singulare. Nihil autem, quod in se est unum et hoc aliquid, praedicabile est de multis nisi solo nomine, et non re aliqua quae sit in illis. Et qui sic ponit esse universale, ignorat universalis rationem, quod nomine et re et ratione rei, qua in multis est, praedicatur de illis.

Adhuc autem, si sic esset per se existens, non posset alii esse causa in natura et ratione, quia non posset esse forma ipsius; sed si constitueret illud, hoc esset per modum compositionis vel elementalis admixtionis modum. Et tunc praedicari non posset de ente formali praedicatione; et tunc destrueretur omnis utilitas ipsius. Sic enim nullius rei posset esse principium, neque ad esse neque ad scientiam, quae de ipsa esset per notitiam universalis.

Adhuc omnes tales propositiones essent falsae simpliciter, in quibus universale de particulari substantialiter | praedicatur, ut cum dicitur: 'hic homo est homo', vel 'hoc lignum est lignum', et omnes similes istis, quae sunt maxima inconvenientia et absurda.

Si autem aliquis diceret quod universale unitur particulari, et tamen remanet in esse separatum, hic non evadit inconvenientia inducta. Taliter enim unitum non est unum, et secundum esse non praedicatur de eo, cui est unitum et coniunctum. Et ideo non posset dici quod Socrates vel hic homo est homo, sed quod sibi unitus esset homo, et quasi homini ut sigillo impressus, sicut non potest dici quod cera sigillata sit sigillum. Videtur ergo quod universale separatum esse non habeat extra suum singulare.

In contrarium autem huius est quod omne quod habet esse, non habens illud per aliud vel ab alio, potest esse sine illo. Universale autem habet esse, non per sin-

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 62 *Ca* f.6vb

1 5] 4 *CaShV1* 1–2 De – determinatione] utrum universalia sint separata a sensibilibus an in ipsis sensibilibus posita *lp* 3 difficillima] tertia *V1* | disserere] dissernere *Ca* 4 Porphyrius] perfectius *Ca corr. Ca*^{1} 6 his] aliis *pa* illis *vlp* | separata] separatum *Pi pavlp* 7 hac – quaestione] hoc autem *pavlp* 11 est^{2}] in *add. F1ShV1* 13 demonstratio] de necessario *CaP1P2* 14 tamen] tantum *pav* | et – multis] necesse est et *add. F1 om. V1Pi pavlp* 15–16 non – scientia *hom. P2* 16–18 de – universale *hom. V1* 17 separatum] semper citum *Ca* semper scitum *P1P2* | ad hoc *om. Pi pavlp* 18 sit] esse *add. V1* 22 deducentes] ducentes *pavlp* 26–27 rerum – res] sequantur rerum naturas *V1* 27 de materiam] demonstrata *CaP2Sh* demonstrativa *P1* 28 mathematicis] metaphysicis *Pi lp* 36 aptum] actum *F1* alias natum *in marg. F1*^{1} 39 in^{1}] ex *Pi* 41 habere *om. V1* 42–50 Adhuc – illis *hom. F1* 46 quod] est *add. CaP1P2Sh* | et *om. CaP1P2Sh* 47 nisi] ubi *P1P2* 48 esse *om. V1* 48–49 universalis] universalem *V1* 49 quod] quae *Pi pavlp* | et^{1} *om. pavlp* | qua] quae *Pi pavlp* 53 illud] aliquid *V1* ad *F1* 54 vel – modum] elementalis admixtionis modum vel modum compositionis *CaP1P2F1Sh* elementalis admixtionis *Pi pavlp* 56 ipsius] quando *Ca corr. Ca*^{1} 60–61 simpliciter] et impossibiles *pavlp* 61 in] et *CaP1P2* 66 esse] se *V1Pi pavlp* 67 unitum] vel coniunctum *add. F1* 69 et] vel *F1* | et coniunctum *om. Pi pavlp* | posset] possit *CaP1P2* 70 sed quod] quia *pavlp* 73 extra] praeter *F1ShV1* 76 alio] illo *CaP1P2F1Sh*

4 Porph., Isag. (transl. Boeth. Arist. Lat. I,6–7 p. 5 v. 13–14). Cf. supra p. 19 v. 71, p. 20 v. 29–35. – 10 Arist., Anal. post. l. 1 c. 11 (77 a 5–9); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 25 v. 20 sqq. – 18 Cf. supra p. 17 v. 42–43. – 21 Arist., Metaph. l. 3 c. 2 (997 a 34 sqq.); l. 7 c. 13 (1038 b 8 sqq.); l. 10 c. 2 (1053 b 17–19); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 46 v. 18 sqq.; p. 147 v. 28 sqq.; p. 188 v. 13–17. – 33–34 Cf. supra p. 30 v. 10–14 cum nota p. 30 v. 10; p. 17 v. 42–43 cum nota. – 36 Cf. supra p. 17 v. 39–43. – 72 Cf. Arist., De anima l. 2 c. 12 (424 a 17–20); transl. vetus cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 149 v. 65 sq.; supra p. 25 v. 58–59 cum nota.

gulare nec ab illo. Ergo potest esse sine illo. Ergo separabile secundum esse a singulari. Hoc autem sic probatur: Esse universalis est esse communis, quod aptum natum est esse in pluribus et multis communicabile. Hoc autem esse non potest habere a singularibus, quia singularia sunt discreta et incommunicabilia. Communicabile ergo esse, quod est esse universalis, universale non habet a singulari.

Si forte aliquis dicat quod illa ratio non probat quod universale habeat esse discretum, sed probat quod singulari destructo remanet esse universalis secundum aliquem modum, hoc videtur contra ARISTOTELEM, qui, ponens quod universale esse habeat in singulari, dicit quod destructis primis impossibile sit aliquid aliorum manere. Et hoc secundum rationem inductam destruitur, quia si universale habet esse separatum vel separabile ab esse singularis, universale manebit existente singulari et non existente singulari aequaliter, eo quod secundum esse ab esse singularis non dependet aliquo modo nisi secundum esse in ipso, et non secundum esse simpliciter.

Adhuc autem 'universale semper est et ubique', particulare autem sive 'singulare est hic et nunc'. Si autem universale est ubique et semper, est alicubi, ubi non hoc singulare, et est aliquando, quando non est singulare. Quaecumque autem loco et tempore separata sunt, simpliciter et substantialiter secundum esse et subiecta sunt separata. Cum igitur universale et particulare loco et tempore separata sint, simpliciter secundum esse et subiecta et substantias separata esse videntur.

Adhuc non potest idem esse intelligi corruptibilis et incorruptibilis. Universale autem incorruptibile est, singulare vero corruptibile. Non idem igitur erit esse universalis et singularis. Si enim idem esset utriusque esse, sequeretur contradictoria simul esse vera, quia si corruptibile est secundum esse, erit aliquando, quando esse non habebit. Probatum enim est in I DE CAELO ET MUNDO quod corruptibile necessario aliquando corrumpetur, et tunc non erit. Incorruptibile autem semper erit. Erit ergo aliquando tempus, quando idem secundum idem esse et erit et non erit, quod est impossibile.

Adhuc autem constat quod universale esse habet, in quo multa uniuntur in unum esse et ratione; quae nomen et ratio diffinitum dicunt esse. Hoc autem esse nullo modo habet in esse singularis. Ergo habet hoc esse separatum ab esse singularis. Cum ergo habet hoc esse, aut habet ipsum secundum quod est in intentione primi agentis, aut habet hoc secundum quod est in anima per abstractionem ipsum cognoscente, aut in re ipsa extra agentem et cognoscentem existens. Si dicatur quod habet illud in efficiente, tunc universale non habet esse nisi ideale; et cum praedicatur de singulari, non praedicatur nisi sicut idea. Haec autem praedicatio non est substantialis, sed exemplaris tantum; et sic destruitur omnis praedicatio substantialis. Si autem habet illud in anima apprehendentis, tunc relatio universalis ad multa non est nisi in anima et non in re; et sic praedicatur nomine et non re. Et sic universalia non sunt res, sed nomina; quod falsum iam esse OSTENSUM EST. Relinquitur ergo quod habeat illud, secundum quod est res in se existens et ab agente et a cognoscente et a singulari separatum. Ergo esse singularis est separatum ab esse universalis, et e converso. Ex omnibus autem his et similibus videtur quod universalis esse separatum sit substantia, loco et tempore ab esse singularis.

Ad haec autem non est difficile respondere ei, qui bene novit positionem Peripateticorum. Per distinctionem esse universalis omnia haec facile determinantur. Est enim esse universalis, secundum quod universale est secundum universalitatis rationem, et est esse eius quod est universale. Similiter est esse singularis, secundum quod singulare est, et est esse eius quod est singulare, prout est substantia substans communi naturae. Dicimus igitur quod esse universalis, in eo | quod universale est, ratione separatum et oppositum est illi, quod est esse singularis, in eo quod singulare est, quamvis sint in

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 74 *Ca* f.7ra

1 Ergo[1] – illo *hom. P2* 1–2 separabile] est *add. V1* 2 esse] est *add. F1Pi pavlp* | autem] etiam *lp* 3 communis, quod] commune *Pi pavlp* 4 est *om. Pi lp* | esse *om. P1* | multis] multos *Ca corr. Ca[1]* 5 singularibus] singulari *Pi pavlp* 10 habeat] non *praem. Pi pavlp* | quod] a *add. lp* 12 Aristotelem] esse *add. F1Pi pavlp* 13 ponens] ponit *F1* | dicit] et *praem. F1* 14 primis] substantiis *add. F1* | sit] est *P1P2V1Pi pavlp* 15 manere] remanere *P2F1ShV1Pi pavlp* 17 singularis] singulari *F1Pi pavlp* 18 singulari *om. V1* 18–19 secundum] suum *Pi pavlp* 21 simpliciter] simplex *CaP1P2V1 corr. Ca[2]* 24 ubi *om. F1* | hoc] habet *F1* est *Pi pavlp praem. V1* 25 est[2] *om. lp* 29 tempore] differant sive *add. Pi pavlp* 30 substantias] substantialiter *V1Pi pavlp* 31–32 esse – incorruptibilis] intelligi et corruptibilis *V1* | corruptibilis – incorruptibilis] corruptibile et incorruptibile *F1Pi pavlp* 34 singularis] particularis *V1Pi* | esset] esse *Ca* est *Ca[1]P1P2* | utriusque] utrisque *pavlp* 35 sequeretur] sequerentur *P1* | contradictoria – esse] quod contradictoria essent simul *F1* 39 autem] aut *pavlp* 40–41 Erit – idem] ergo aliquod tempus erit quando id secundum *Pi pavlp* 43 esse – ratione] nomen et rationem *pavlp* 44 diffinitum] diffinitiva *F1V1* diffiniti *Pi pavlp* 45 in *om. V1* 46 separatum – esse *hom. P2* | Cum] etiam *CaP1* 47 est *om. CaP1P2* | in intentione] instrumentum *Ca[2]P1P2Pi pavlp* in mente *V1* 49 cognoscente] cognoscentem *lp* 50 Si] autem *add. V1* 53 sicut] de *V1* secundum quod *Pi* 54 sed] idealis et *add. V1 om. P1* 55 illud *om. p* 56 apprehendentis] apprehendente *pavlp* 60 habeat] habent *pavlp* 61 ab *om. P1* | a[1] *om. P1P2Pi pavlp* | separatum] separata *Pi pavlp* 62 singularis] universalis *Pi pavlp* | est – ab] separatum *V1* | universalis] singularis *Pi pavlp* 66 non *om. V1* 67 Per] nam *praem. V1Pi pavlp* 70 est *om. pavl* 72 est[1]] et secundum singularitatis rationem *add. Pi pavlp* 76–p. 32 v. 1 quod – eodem *om. P1* 76 sint] non ut *pavlp* sit *P2*

14–15 Cf. Arist., Cat. c. 5 (2 b 4–6); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p. 8 v. 12–13. – 22–23 Arist., Anal. post. l. 1 c. 31 (87 b 29–33); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 62 v. 1–6. – 37–38 Arist., De caelo et mundo l. 1 c. 12 (283 a 24 sqq.); cf. Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5,1 p. 91 v. 74. – 59 Supra p. 21 v. 10–p. 26 v. 35, spec. p. 22 v. 59–p. 25 v. 6. – 69–71 Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 286 v. 2–11.

eodem subiecto. Esse autem naturae illius, quae universale est, non est separatum ab esse singularis, secundum quod est substantia substans illi naturae, sed potius esse universalis est esse particularis, et non divisum ab illo. Est enim, sicut DIXIMUS, universale secundum esse in particulari, quamvis non sit universale secundum hoc quod est in illo, sed naturae communis communicabilitate, sicut in PRIMA QUAESTIONE satis declaratum est. Et nisi sic esset, non esset praedicatio nec scientia de aliquo, sicut in PRIMIS probatur obiectis.

Nec est curandum de solutione, quam quidam inducunt, quod universale secundum se habeat esse, sed non habeat esse completum nisi in particulari. Universale enim habet esse completum in hoc quod omnia habet, quae exiguntur ad esse universalis, sicut particulare habet esse completum, quando habet omnia, quae exiguntur ad esse particularis.

Ad id autem quod contra hoc PRIMO inducitur, dicendum quod omne quod habet esse non per aliud, potest esse sine alio, nisi ita sit quod esse suum, quamvis non sit per aliud, tamen esse suum sit in alio, cui ipsum est causa esse. Et hoc est esse in alio sicut pars essentialis ipsius esse, secundum quod est in alio. Et hoc modo universale sive secunda substantia est in alio, sed per hoc quod est in illo, est particulatum et determinatum. Et ideo esse quidem habet in seipso, sed non determinatum et particulatum.

Si autem quaeritur, utrum idem esse sit, quod universale habet per se acceptum et quod habet determinatum et particulatum, dicendum quod nec idem omnino nec diversum omnino, sed idem vel unum dupliciter. In substantia enim idem est; duplex autem ut idem et unum indeterminatum et determinatum. Et haec est solutio trium philosophorum – AVICENNAE et ALFARABII et cuiusdam IOHANNIS, qui Grammaticus apud Arabes nominatur –, et est vera, quia concordat dictis Aristotelis.

Ad id autem quod INDUCUNT, quod aptum natum esse in pluribus non convenit universali, secundum quod est in singulari, concedendum est, quia hoc est verum; sed hoc habet natura illa, inquantum simplex est et indeterminata – quanto enim aliquid est simplicius, tanto magis est communicabile multis; sed dico 'simplex' non per privationem differentiarum, quae conveniunt in esse ipsius, sed per privationem eorum quae determinant et contrahunt ipsum ad hoc esse vel illud secundum speciem vel individuum –; sed per hoc non sequitur quod habeat esse determinatum sine singulari, quia, quamvis tale esse non habeat a singulari, tamen non habet nisi in singulari, sicut esse commune non habet esse nisi in eo, in quo determinatur et ad esse distinctum contrahitur. Nihil enim est simpliciter in natura, nisi quod ad esse distinctum est et determinatum, sicut genus non est nisi in speciebus et species non est nisi in individuis suis.

Ad id autem quod DICITUR quod haec obiectio non probat quod universale habeat esse separatum, sed quod remaneat destructis pluribus particularibus suis, concedendum est. Sed quod ARISTOTELES dicit, quod 'destructis primis impossibile est aliquid aliorum remanere', intelligendum quod impossibile est aliquod aliorum remanere in esse determinato et distincto in rebus naturae. Sed tamen possibile est remanere in esse naturae simplicis communis et indeterminatae. Si autem quaeritur, in quo et ubi manet secundum illud esse, hoc in proximo SEQUENTI CAPITULO declarabitur.

Ad id autem quod DICITUR Aristotelem dicere, quod 'universale est semper et ubique, singulare autem hic et nunc', dicendum quod verum est, quod dicit Aristoteles, quia universale in esse universalis acceptum non discernit locum sive loci differentiam vel temporis, quia indeterminatum est et commune ad omnem locum et tempus. Sed secundum idem suum esse substantiale efficitur hic et nunc, quando determinatur in particulari ad hoc et illud.

Si quis autem dicat, quod secundum hoc idem sit in pluribus tempore et loco et substantia differentibus, dicendum quod hoc non est inconveniens de eo quod est

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 quae] quod *CaP1P2* 3 illi] communi *add. Pi pavlp* 4 universalis] naturalis *V1* 7–8 naturae – communicabilitate] nec commune nec communicabile *pavlp* | communicabilitate] communicabitur *Pi* 9 praedicatio] quaestio *pavlp* 11–12 inducunt] scilicet *add. Pi pavlp* 14 omnia *om. F1* 15–17 universalis – esse *hom. V1* 20 alio] illo *Pi pavlp* 21 non] enim *CaP1P2* non *add. P2*^{2} | esse suum *om. V1Pi pavlp* | ipsum] esse *add. P2* 24 sive] sicut *P2* | secunda – substantia] secundum substantiam *F1* 25 particulatum] particularizatum *F1* | determinatum] individuatum *Pi* 28 quaeritur] quaeratur *Pi pavlp* 32 duplex] dupliciter *V1* 33 est *om. CaP1P2Sh* 35 cuiusdam] eiusdem *lp* 35–36 qui – nominatur] grammatici apud Arabes nominati *pavlp* 37 quod^{1}] secundo *add. Pi pavlp* 39 singulari – quia] singularibus concedendum est quod *Pi pavlp* 47 sine singulari] sive singulari *pav* sive singulare *lp* 49 esse^{1}] et *pavlp* 51 simpliciter] simplex *Pi pavlp* 54 quod^{1}] obicitur *add. pavlp* | haec *om. Pi pavlp* | obiectio] probat *add. V1* 56 remaneat] teneat *CaP1* teneant *P2* | suis *om. lp* 57 quod^{1}] quia *P1P2V1Pi* 58 aliquid] aliquod *P2Sh om. CaP1* 59 intelligendum] intelligitur *pavlp* est *add. F1ShV1Pi* 59–60 quod – remanere *om. P1 pavlp corr. P1*^{1} 59–61 aliquod – est *hom. V1* 63 quaeritur] quis quaerat *F1* 65 Aristotelem] Aristoteles *Ca* 66 hic] est *add. V1* 68 quia] quod *pavlp* 69 differentiam – temporis] differentias vel tempus *pavlp* 70 et^{2} *om. CaP1*

5 Supra p. 25 v. 35–63, p. 30 v. 74. – 8 Supra p. 24 v. 20–p. 25 v. 6, p. 25 v. 35–63. – 10 Supra p. 30 v. 75–p. 31 v. 8. – 18 Supra p. 30 v. 75–p. 31 v. 21. – 34 Avicenna et Alfrarabius: Avic., Phil. prima tr. 5 c. 1 (Avic. Lat. [V-X] p. 228 v. 24–p. 238 v. 56). – 35–36 Videtur Albertum dicta Iohannis Philoponi, dicti Grammatici, ab Averroe hausisse, cf. ex.gr. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 503 v. 4–53 cum nota 4; Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 223 v. 43–49; Averr., Metaph. l. 12 comm. 41 (Venetiis 1560 t. 8 f. 341D); Averr., Phys. l. 4 comm. 43 (Venetiis 1562 t. 4 f. 141F). – 37 Supra p. 31 v. 2–8. – 54 Supra p. 31 v. 9–21. – 57 Cf. supra p. 31 v. 14–15. – 64 Infra p. 33 v. 55sqq. – 65 Cf. supra p. 31 v. 22–30 cum nota p. 31 v. 22–23.

natura simplex et communicabile; quin potius hoc est necessarium, quia simplicitatem eius consequitur communicabilitas. Sed in esse determinato et distincto non est in pluribus substantia et loco et tempore divisis. Et ideo eiusdem rationis homo in omni tempore et in omni loco et in omnibus individuis est.

Ad id autem quod DICITUR, quod universale est incorruptibile, singulare autem corruptibile, dicendum quod hoc verum est, quia aliter scientia non esset de ipso. Sed ex hoc non sequitur quod esse universalis separatum sit ab esse singularis. Unumquodque enim dicitur corruptibile vel incorruptibile per rationem principiorum constituentium esse ipsius. Et ideo cum universale, secundum id quod vere est universale, | hoc est, secundum id quod est natura simplex et indistincta, non dependeat secundum esse nisi a principiis simplicibus, sequitur quod ipsum incorruptibile sit. Probatur enim in ultima parte LIBRI DE CAUSIS quod simplex est incorruptibile. Sed hoc idem ut determinatum et distinctum in singulari secundum esse particularis, quod dat ei esse universale determinatum, propter corruptibilium principiorum adiunctionem nihil prohibet esse corruptibile. Et sic idem est corruptibile et incorruptibile comparatione principiorum diversorum. Et hoc non improbat ARISTOTELES in CAELO ET MUNDO.

Ad hoc autem quod DICUNT negari non posse, quod universale habeat esse communis, in quo multa uniuntur et conveniunt in substantia et ratione, dicimus quod hoc verum est. Et hoc esse est sibi proprium et non habet hoc a singulari. Sed nec hoc potest negari, quin illud idem commune esse sit determinabile et distinguibile in singulis, quia aliter non esset communicabile singulis. Et per illam distinctionem esse illud non fit diversum secundum substantiam, sed tantum efficitur habens modum esse diversum; quod non facit simpliciter esse diversum, sed unum esse duplex, ex eo quod diversum accipit modum, sicut SAEPIUS dictum est.

Si autem aliquis dicat quod, ut dicit ARISTOTELES, 'moventibus nobis moventur ea quae in nobis sunt', et quod hoc intelligitur de motu corruptionis, et sic corruptis primis impossibile est universale remanere, dicendum quod hoc omnino est verum quod dicit Aristoteles, et ita intelligit, sicut dictum est. Et verum est quod universale corrumpitur in eis quae corrumpuntur, sed corrumpitur, secundum quod est in eis. Est enim in eis secundum principia determinantia et distinguentia ipsum ad esse particularis. Et sic est hoc modo corruptibile, quo in LIBRO DE CAUSIS dicitur quod corruptibile est, quod est delatum super id quod est corruptibile. Et hoc est corruptibile per aliud et per accidens. Sed nihil prohibet, quin maneat secundum substantiam et esse naturae simplicis et indistinctae et non particulatae.

Cap. 6. Qualiter universale est in anima et qualiter in seipso et qualiter in singulari, et in quo sit verius secundum esse

Est autem difficilis quaestio valde, (1) qualiter universale est in anima et qualiter in seipso et qualiter in singulari, et (2) in quo verius sit secundum esse naturae suae.

Quod enim in anima sit, ex dictis PERIPATETICORUM omnium supponitur dicentibus quod 'universale est dum intelligitur, particulare autem dum sentitur'. Adhuc autem AVERROES et AVICENNA dicunt, quod 'intellectus in forma agit universalitatem'. Adhuc autem universale in intellectu, ut dicit ARISTOTELES, 'principium est artis et scientiae'; nec posset esse principium artis et scientiae, nisi esset in intellectu practico et speculativo. 'Ars enim factivum principium est cum ratione', et ideo est in intellectu practico. Scientia autem est habitus conclusionum ex principiis speculationis probatus, et ideo est in intellectu speculativo. Et sic oportet quod

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 14 *Ca* f.7rb

1 quin] quia *pavlp* 2 quia – eius] quia esse simplex *F1* alias quia eius simplicem *in marg. F1*[1] 3 non] nihil *Pi* 4 et[1] *om. Pi pavlp* 6 est *om. CaP1P2Sh* 9 hoc *om. P1* 10 non *om. P1* 13 cum] esse *CaP1P2* | universale] esse universalis *Pi pavlp* 16 sequitur – ipsum] sequetur quandoque quod *pavlp* 20 ei – universale] ei universale *CaF1Sh* ei esse *V1* esse ei *Pi pavlp* 22 sic *om. Pi pavlp* 24 in] de *add. Pi* libro de *add. pavlp* 26 communis] commune *F1Pi pavlp* 29 hoc[1] *om. pavlp* 30–31 distinguibile] designabile *pavlp* 31–32 communicabile] in *add. lp* 34 esse] essendi *lp* 35 esse[2]] est *P2* 36 modum] esse *add. pavlp* 37 aliquis] quis *F1Pi pavlp* 38 moventibus] motis *vlp* 39 quod] per *pavlp* 40 est *om. CaP1P2* 42 intelligit] intelligitur *Pi pavlp* | sicut] sed cum *P1* 45 determinantia] determinata *V1Pi pavlp* | distinguentia] distrahentia *pavlp* 47 corruptibile] incorruptibile *F1V1Pi pavlp* 49 hoc *om. pavlp* 51 indistinctae] in indistinctae *CaP1P2* | non particulatae] imparticulatae *Pi* | particulatae] particulare *P1P2V1* 52 6] 5 *CaShV1* 54 esse] suae naturae *add. lp* 56 est] sit *F1Sh om. P1* 57 secundum] nunc *Ca corr. Ca*[1] 59 dicentibus] dicentium *V1Pi pavlp* 62 forma] formis *Pi pavlp* 64–65 nec – scientiae *hom. P1Pi corr. P1*[1] 66 enim] est *add. Pi pavlp* | est cum] entium *CaP1P2Pi pav* est et cum *F1* entium in *lp* 67 autem] enim *F1* 68 probatus] probatur *P1P2*

2–3 Cf. p. 32 v. 41–42. – 7 Supra p. 31 v. 31–41. – 9 Cf. Arist., Anal. post. l. 1 c. 8 (75 b 24–25); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 20 v. 22 sq. – 17 Cf. Liber de causis c. 27 (28) §§ 194 et 198 (ed. Pattin p. 103 v. 25 sq. et p. 104 v. 47–51). – 24 Cf. supra p. 31 v. 37–38 cum nota. – 25 Supra p. 31 v. 42–65. – 36 Cf. ex.gr. supra p. 31 v. 66–p. 32 v. 10. – 37 Cf. Arist., Top. l. 2 c. 31 (113 a 29–30); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 42 v. 14–15. – 47 Cf. Liber de causis c. 26 (27) §§ 191 et 192 (ed. Pattin p. 102 v. 14–p. 103 v. 21). – 59–60 Cf. Arist., Phys. l. 1 c. 5 (189 a 7–8); transl. Vat. Arist. Lat. VII,2 p. 14 v. 1–3; Boeth., De consol. phil. l. 5 prosa 6 n. 36 (ed. Moreschini p. 160 v. 130–134); id., In Isag. Porph. Ed.II l. 1 c. 11 (CSEL 48 p. 167 v. 5–8); supra p. 10 v. 3–5 cum notis. – 61 Cf. supra p. 24 v. 56 cum nota. Cf. supra p. 24 v. 56 cum nota. – 63 Arist., Anal. post. l. 2 c. 19 (100 a 6–8); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 106 v. 2 sq. – 66 Alb., De sex princ. tr. 1 c. 1 (Ed. Paris. t. 1 p. 307a). Cf. Arist., Eth. Nic. l. 6 c. 4 (1140 a 20–22); transl. Lincoln. rec. pura Arist. Lat. XXVI,1–3 p. 257 v. 5–6; Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14 p. 435 v. 1–13; Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 10 v. 20–21 et p. 345 v. 30–31. – 67–68 Cf. Arist., Anal. post. l. 2 c. 19 (100 b 10–12); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 106 v. 21–p. 107 v. 2; Rob. Grosseteste, In Anal. post. l. 1 c. 2 (Venetiis 1514 f.3rb).

universale sit in intellectu practico et in intellectu speculativo.

Est iterum universale secundum esse naturae simplicis, cui accidit universale esse secundum suam communicabilitatem. Hoc enim non habet ab hoc quod 'in anima principium est artis et scientiae'.

Est etiam universale in singulari communicatum et distinctum individuantibus et materia.

Quaeratur ergo, secundum quem modum diversum est in istis, cum ipsum de se sit unum et idem, indivisum et indivisibile secundum essentiam. Adhuc color non esset in corpore determinato et in perspicuo et in oculo vidente, nisi esset unum et idem agens ipsum in omnibus illis, quod est de formali essentia coloris. Et hoc est lux sive lumen, in cuius actu color movet visum, quod idem est in superficie determinati corporis diffusum et quod lumen unum et idem est actus perspicui secundum actum illuminati. Et ita videtur esse etiam in forma universalis. Oportet enim esse unum aliquid, quod agat ipsum in se et in anima et in singulari, quia aliter non posset intelligi, qualiter esset in tribus istis simul et semel indivisum secundum essentiam, quamvis secundum esse aliquod sit divisum.

Quaeritur etiam, in quo illorum verius et nobilius sit et evidentius secundum esse. Et iterum quaeritur, utrum secundum se sit in anima, vel per solam similitudinem suam, sicut Aristoteles dicere videtur in iii de anima dicens quod res non sunt in anima, sed similitudines rerum.

Quod enim nobilius et verius sit in anima quam alibi, videtur per illam Aristotelis considerationem | in vi topicorum, ubi dicit quod prius et verius et evidentius est res, ubi est in quiete quam ubi est in motu. Et non accipit 'quietem', secundum quod opponitur motui privative vel contrarie, sed accipit 'quietem' pro immobilitate quacumque, per quam impossibile est rem subici motui vel mutationi. Sic autem non est universale in singulari, sed sic est in anima. Verius ergo est, secundum quod est in anima, quam sit in singulari.

Sed hoc videtur valde irrationabile, quia singulari dat esse et rationem, et hoc non dat animae. Verius autem res in eo cui dat esse et rationem, quam in eo cui nihil talium donat. Tamen in fine posteriorum videtur Aristoteles dicere, quod universale quiescit in anima, ubi dicit: 'Ex omni quiescente universali in anima, uno praeter multa, quod cum in omnibus unum sit, illud idem et artis principium est et scientiae'. Videtur ergo quod nobilius et verius sit in anima quam extra animam.

Ad hoc autem, si quis bene novit positionem Peripateticorum, non habet difficile determinare et respondere. Dicendum pro certo quod universale unum numero essentiae est in anima et in seipso et in singulari, nec differt nisi secundum esse determinans ipsum ad hoc vel illud. Secundum enim simplicitatem acceptum in se secundum se ipsum est; ut 'principium' autem 'artis et scientiae' in anima est; et ut communicatum ad esse naturae particularis et distinctum, in particulari.

Et si quaeritur, quid unum sit, quod faciat ipsum esse in his tribus, dicendum quod inducta similitudo de luce et colore bona est. Et dicendum quod illud unum, quod in tribus ipsum facit esse, est lux intelligentiae primae, quae causa universi esse est in omnibus, cuius etiam ipsa simplex natura, quae est hoc quod est universale, radius ad hoc vel illud contingens [radius] est. Et quia contactus talis multiplex est secundum diversas naturas, ad quas pertingit, ideo universalia multa sunt, reducibilia tamen aliquo modo ad unum, quod causae primae primum causatum est. Hoc autem unum, quod intelligentiae lux est, extensum est per omnem naturam et animam, sicut lux solis extenditur per omnem animam et naturam. Hoc in eo quod est imago ipsius propinqua, quod est anima intellectualis, facit et operatur et invehit formas suas sub specie et forma luminis, sicut lux solis colorem facit in perspicuo sive pervio, quem quidem accipit visus per id quod ex perspicuo componitur eius organum; accipit tamen in virtute vivi et sentientis per hoc quod oculus est perspicuum animatum

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 30 *Ca* f.7va

1–2 practico – speculativo *om. Pi pavlp* 6 est] sit *F1* 8 distinctum] in *add. F1* ab *add. V1Pi pavlp* 9 diversum] divisum *pavlp* 10 se] non *add. CaP1P2Sh* | idem] ut *add. Pi* est *add. pavlp* 12 determinato] terminato *V1 pavlp* 14 essentia] intellectus *add. Pi* 16 determinati] terminati *pavlp* 17 lumen] verum *CaP1P2Sh* verum et *Pi* vere est *pavlp om. V1* | est *om. P1* | est actus] secundum actum *pavlp* 19 aliquid] aliquod *V1 om. Pi pavlp* 23 aliquod] aliquid *F1 vlp* 28 res] quae sunt *add. Pi* 30 per illam *iterav. Ca* | considerationem] rationem *Pi* 32 res] ens *pavlp* 35 rem] esse *Ca corr. Ca*[1] 38 sit] secundum quod est *F1 om. Pi* 39 irrationabile] irrationale *pavlp* 40 esse] nomen *add. Pi pavlp* | rationem] et nomen *add. V1* | autem] est *praem. F1 add. V1Pi pavlp* 42 fine] secundi *add. Pi* etiam *add. pavlp* 45 unum] idem *Pi* | illud *om. lp* 50 pro certo] igitur primo *Pi pavlp* 51 essentiae] et essentia *pavlp* 56 et] est *pavlp* | particulari] singulari est *F1ShV1* 57 quaeritur] quaeratur *F1Pi pavlp* | quid] illud *add. Pi* 59 et] in *V1* | colore] calore *CaP1P2* | est] enim *CaP1* 60 lux] vis *pavlp* 63 radius[1] *om. F1V1Pi* | radius[1] – hoc *om. pavlp* 65 quas] quam *CaP1P2 corr. P1*[1] | pertingit] pertingat *Ca* 67 quod *om. pavlp* 68 lux – est] lumen est extensum *pavlp* | per] super *V1* 69 extenditur] extendit se *Pi pavlp* 70 Hoc] et *F1* sed *Sh* sed hoc *V1 om. pavlp* 71 quod est] et *pavlp* | anima – intellectualis] intellectuale *F1* 72 invehit] invenit *pavlp* | sicut] enim *add. V1* 73 colorem] calorem *CaP1P2* et *praem. pavlp* 74 ex *om. pavlp* 74–75 componitur] compositum est *V1* 75 tamen] enim *Pi* 75–76 vivi – sentientis] vitae et sensus *pavlp* | sentientis] scientis *F1* 76 est *om. CaP1P2Pi pavlp*

5–6 Cf. supra p. 33 v. 63–64 cum nota p. 33 v. 63. – 14–18 De colore, luce et lumine cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 116 v. 36–p. 121 v. 51. – 27 Arist., De anima l. 3 c. 8 (431 b 29–432 a 1); transl. vetus cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 223 v. 74. – 30–31 Arist., Top. l. 6 c. 4 (142 a 19–21); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 121 v. 20–24. – 33–34 Cf. Arist., Phys. l. 5 c. 6 (229 b 25); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 211 v. 3–4. – 44–46 Arist., Anal. post., l. 2 c. 19 (100 a 6–9); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 105 v. 19 sqq. – 54–55 Cf. supra p. 33 v. 63–64 cum nota p. 33 v. 63. – 58 Supra p. 34 v. 11–18.

sensitivum; determinatum autem corpus accipit clarum vel umbrosum per hoc quod superficies vel clara est vel umbrosa. Ita etiam lux intelligentiae primae, quae fons et causa est omnium formarum, facit et invehit formas in se quidem acceptas habet simplices et indistinctas et ideo universales et in lumine simplici constitutas – quod quia 'universale est et ubique et semper', secundum quod sic sunt, ubique et semper sunt, et incorruptibiles sunt et immobiles et immateriales – secundum autem quod ad hoc vel illud terminata est, sic accipiunt diversum in esse modum, et in anima quidem, quae vitae intellectualis principium est, accipiuntur ut principia operis vel speculationis, cum talis anima imago 'et stramentum' luminis sit 'intelligentiae'; in materia sensibili, quae non nisi subiectum operantis intelligentiae est, invehit eas, ut sunt principium esse huius vel illius singularis. Et ideo una et eadem est essentia in se et in anima et in singulari; sed in anima secundum esse spirituale, in singulari secundum esse materiale et naturale, in se autem in esse simplici.

Et quod dicit ARISTOTELES quod verius est, in quo est sicut in quiete, dicendum quod verius esse dicitur dupliciter. Est enim verius secundum actum naturae proprium et verius secundum constituentium proprietatem. Et verius quidem secundum substantialem naturae ipsius actum est in singulari, cui dat esse substantiale et nomen et rationem, qui est proprius et substantialis naturae communis actus. Secundum autem veritatem constituentium illam naturam verius est in anima et in se quam in singulari, quia ibi purius est et impermixtius naturae alienae, sicut verius dicitur aurum quod alienae naturae est impermixtius. Et sic intelligitur consideratio ARISTOTELIS de VI TOPICORUM adducta. Quod autem de fine II POSTERIORUM ADDUCTUM est, contra mentem Aristotelis adductum est, quamvis faciat pro ista solutione confirmanda. Intendit enim ibi Aristoteles universale esse universalem de multis acceptionem per experimentum et memoriam, quod quiescere in anima dicitur, quando sibi acquiescit | anima non inveniens instantiam universalis acceptionis.

Quod autem QUAERITUR, qualiter sit in anima et in se et in singulari, dico cum Aristotele et Peripateticis quod in omnibus his per sui praesentiam realem et realiter acceptum; quam praesentiam facit intelligentiae lumen, sicut DICTUM EST.

Quod autem dicit ARISTOTELES, quod res non sunt in anima, sed rerum similitudines, dicendum quod res dicuntur singularia, quae sola sunt ens ratum in natura. Similitudines autem sunt universalia, quae, ut dicit BOETHIUS, similitudo essentialis sunt suorum suppositorum et singularium. Quod patet ex hoc quod id quod est in anima intelligente, non fit in ea nisi per abstractionem. Abstractio autem non fit nisi ab individuantibus et materia, quibus separatis, remanet id quod 'ubique et semper est', quod per lumen intelligentiae praesens efficitur ei quod per naturam intellectualem, quam in substantia sua participat, 'stramentum est intelligentiae', in quo sternit formas vectas suo lumine, quae secundum vitae operationem percipiuntur et contemplando et operando.

Haec videtur vera esse huius quaestionis determinatio, secundum hoc quod traditur in scientia de intelligentiis, de quibus ARISTOTELES loquitur in XI PRIMAE PHILOSOPHIAE. Scio tamen quod aliter multi dicunt Latinorum, contra quos ego non contendo, quia non contentioni studeo, sed ad explanandas opiniones Peripateticorum.

Quod autem DICITUR quod 'universale est dum intelligitur, et particulare' sive singulare 'dum sentitur', non ideo dictum est, quod ab intellectu intelligentis accipiat quod universale est, vel a sensu accipiat esse particularis – hoc enim fuit error Protagorae, quem impugnat Aristoteles –, sed ideo dictum est, quia non accipitur in

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 39 *Ca* f.7vb

1 determinatum autem] et determinatum *Pi pavlp* | autem] vero *F1 om. CaP1P2Sh* | corpus] est et *add. pavlp* 2 umbrosum] tenebrosum *Pi pavlp* | quod *om. CaP1P2Sh* | vel[2] *om. pavlp* 3 umbrosa] tenebrosa *Pi pavlp* 4 formas] suas *add. V1* quas *add. Pi pavlp* 5 habet *om. F1V1* 6 lumine] luce *F1* | quod] quo *Pi* quae *pavlp* 7 et[1] *om. Pi pavlp* 8 et[2] *om. pavlp* 9 immateriales] innumerabiles *lp* 10 quod *om. CaP1P2Sh* | terminata est] determinata sunt *F1* terminata sunt *V1* sunt terminatae *Pi pavlp* 11 quidem *om. Pi pavlp* 13 anima] et *add. pavlp* 13–14 et stramentum] instrumentum *F1 pavlp* 15 est *om. CaP1P2ShPi* 16 sunt] sint *F1* 17 ideo] idem *CaP1P2F1Sh* 21 verius] esse *add. pavlp* 22 dicendum] est *add. pavlp* 23 enim *om. CaP1P2F1Sh* | actum] substantialem *add. F1* 24 et] est *add. F1* 29 illam] ipsam *V1Pi* | est] et *pa add. vlp* 30 purius] purior *F1* | impermixtius] impermixtior *CaP1P2F1* 31 naturae] natura *F1* 32 Et sic] sicut *P2* 32–33 consideratio – adducta] deducta Aristotelis consideratio in sexto Topicorum *Pi pavlp* 33 de[2]] in *pavlp* 34 adductum] deductum *Pi pavlp* 35 est *om. CaP1P2Sh* | solutione] quaestione *Pi pavlp* 37 universalem *om. pavlp* 42 quod] est *add. Pi pavlp* 43 his] est *add. V1* | sui] suam *pavlp* 44 acceptum] acceptam *V1* est *add. F1* 50 similitudo] nisi *praem. pa* non nisi *praem. vlp* | suorum] suo *CaP1 corr. P1*[2] 53–54 materia] materialibus *Pi pavlp* 55 praesens – ei] prius efficitur et *pavlp* 58 vectas] veras *pavlp* a *add. Pi* 59 percipiuntur et] perficitur *Pi pavlp* 60 esse *om. lp* 61 hoc *om. V1* 63 Scio] scito *pavlp* 65 studeo] studio *CaP1P2* 70 quod – est] esse universalis *V1* universale esse *pavlp* | particularis] particulare *pavlp* 71 Protagorae] Pitagorae *F1 pav* Pythagorae *lp* 72 quia] quod *P1P2*

7 Arist., Anal. post. l.1 c.31 (87 b 32–33); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.62 v.5–6. – 13–14 Cf. supra p.2 v.12 cum nota. – 21 Cf. supra p.34 v.29–32 cum nota p.34 v.30–31. – 33 Cf. notam praecedentem. – 34 Cf. supra p.34 v.42–46 cum nota p.34 v.44–46. – 41 Supra p.34 v.24–25. – 45 Supra p.34 v.57–p.35 v.20. – 46 Cf. supra p.34 v.25–28 cum nota p.34 v.27. – 49–50 Cf. Boeth., In Porph. Ed.II l.1 c.11 (CSEL 48 p.166 v.17); id., De divis. (ed. Magee p.32 v.8–11); Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.373 v.34–37. – 54–55 Cf. Arist., Anal. post. l.1 c.31 (87 b 32–33); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.62 v.5–6. – 57 Cf. supra p.2 v.12 cum nota. – 62–63 Arist., Metaph. l.12 c.7–9 (1072 a 19–1075 a 10); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.212 v.21–p.221 v.3. – 67 Supra p.33 v.61 cum notis.

intellectu nisi in intelligentiae lumine, et sic est universale. Nec accipitur a sensu nisi sensibili accidente distinctum, et sic est singulare. Et haec est solutio quaestionis inductae.

Cap. 7. Qualiter universale producitur in esse

Multos etiam movet, qualiter universale producitur in esse. Nos autem hic loquimur philosophice, et non de productione illa, qualiter cuncta in materia per creationem produxit deus. Secundum philosophiam enim nihil creatur, nisi quod producitur, non quodam alio producto. Et sic solum ens producitur per creationem; alia autem per informationem producuntur, sicut in scientia LIBRI CAUSARUM est determinatum.

Hoc igitur modo quaeratur, qualiter in esse producitur. Cum enim productum producentis intelligentiae et agentis sit terminus – et producere est agere per intellectum –, terminus autem actionis sit compositum et hoc aliquid, cum universale producitur, videtur quod universale sit compositum et hoc aliquid. Hoc autem falsum est, cum universale sit forma et quale quid, et non hoc aliquid.

Hoc autem adhuc videtur ex hoc quod ab intelligentia agente in esse producitur, quod per exemplar et ideam est in ipsa. Non autem per ideam est in intelligentia, nisi quod est hoc aliquid et compositum. Aliter enim oporteret quod plures essent ideae eiusdem, quaedam quidem secundum formam, quaedam autem secundum materiam, et quaedam quidem secundum genus, quaedam autem secundum differentias, quaedam autem secundum speciem. Quod valde est absurdum.

Adhuc autem oportet quod omnia producantur ab agente intelligentia, in quantum sunt in natura perfecta et hoc aliquid existentia. Si igitur ab agente intelligentia, quae causa prima est sive aliud aliquid secundarum causarum, videtur quod universale sit hoc aliquid et compositum ex materia et forma.

Adhuc autem videtur hoc ex hoc quod 'ars imitatur naturam'. Quod autem ab arte producitur et est in artifice per modum exemplaris, non est forma simplex, sed compositum, ut domus vel tripoda. Sic ergo videtur etiam fieri in productione intelligentiae in natura. Supponimus enim, quod totum 'opus naturae est opus' agentis 'intelligentiae', cuius virtus etiam informat semen generationis, ex quibus res naturae producuntur.

Adhuc autem in omni natura productum semper est res naturae. Res autem naturae non nisi hypostasis communi naturae supposita et substans per seipsam. Taliter autem substans naturae communi individuum singulare est. Si ergo universale sic producitur, sequitur quod universale sit hoc singulare. Quod est inconveniens.

Ad omnia autem haec et similia non est difficile respondere. Universale enim secundum quod in esse producitur per intelligentiam agentem sive generationem, quae est intelligentiae agentis instrumentum, non producitur in esse nisi in singulari, quod est hoc aliquid in illa natura communi vel illa. Et ideo, cum non producatur ut existens per se solum, non oportet quod productum | sit hoc aliquid. Hoc autem modo omnes procedunt obiectiones, et ideo patet quod nihil valent.

Quod autem in alio producitur, ut in PHYSICIS docet ARISTOTELES, dupliciter producitur: aut ex ⟨convenienti⟩, aut per accidens. [Ex consequenti quidem, sicut hic generat hunc]. Ex ⟨convenienti⟩ autem, quia hic generans est homo, ideo sequitur quod 'homo generat hominem', et quod hic generatus est homo et animal et substantia, et sic de aliis. Et sic est in omni productione substantiali, ita quod ARISTOTELES dicit quod 'domus est ex domo et sanitas ex sanitate', et sic de aliis, quia

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 59 *Ca* f.8ra

1 est *om. CaP1P2F1Sh* 5 7] 6 *CaShV1* 6 producitur] producatur *V1 lp* 8 in – loquimur *om. lp* | philosophice] physice *F1Sh* 9 qualiter] qua *pavlp* | cuncta] causata *F1* | materia] mundo *V1* natura *Pi pavlp* 9–10 per – creationem] procreatione *pavlp* 10 produxit] producit *pavlp* | philosophiam] physicam *vlp* 11 non] nullo *pavlp* | quodam *om. P1* 15 qualiter] universale *add. Pi pavlp* 17 est] sit *Pi* et *lp* 19 producitur] producatur *pavlp* 21 cum *om. Ca* 23 hoc quod] eo quod id quod *Pi pavlp* 24 agente *om. F1Pi pavlp* | quod *om. Pi pavlp* 25 ideam[2]] et exemplar *add. Pi pavlp* 26 nisi *om. CaP1P2Sh* 28–29 autem – quidem] secundum materiam et quaedam *pavlp* 30–31 quaedam[1] – speciem] aut secundum speciem et quaedam secundum differentias *Pi pavlp* 32 Adhuc autem *om. CaP1P2Sh* 34 et] per *V1* 36 causarum] producitur *add. F1* universale producitur *add. vlp* 39 naturam] in quantum potest *add. Pi pavlp* | arte] artifice *pavlp* 42–44 supponimus – intelligentiae *om. Ca corr. Ca*[1] 45 quibus] quo *Pi pavlp* 46 productum] producta *P2* 47 non] est *add. V1Pi pavlp* 49 individuum] et *add. Pi pavlp* 51 hoc *om. pavlp* 52 similia] his *praem. F1Pi pavlp* 53 enim] est *CaP1P2* 55–56 producitur – quod] nisi in hypostasi producitur quae *Pi pavlp* nisi producitur in esse nisi in singulari nisi in ypostasi producitur quae *V1* 61 ut] existens per se *add. Ca exp. Ca*[1] 61–62 ut – producitur *hom. P2* 62–63 convenienti *editor* consequenti *CaP1P2F1ShV1Pi pavlp* 63–64 Ex – hunc *om. F1 pavlp* 64 convenienti *editor* consequenti *CaP1P2F1ShV1Pi pavlp* | autem] etiam *Pi* 65 homo[1]] et *add. F1* 66 generatus] generans *Pi pavlp* 67 est *om. vlp* | productione] praedicatione *Pi pavlp*

10 Cf. ex.gr. Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 80 v. 73–p. 81 v. 4. – 14 Liber de causis c. 4 § 37 (ed. Pattin p. 54 v. 37–38); c. 4 § 45 (p. 56); c. 17 (18) § 148 (p. 86 v. 54–61). – 38–39 Cf. supra p. 2 v. 27 cum nota. – 43–44 Cf. Alb., De bono. Ed. Colon. t. 28 p. 2 v. 36, ubi in nota 36 dicitur quod sententia apud Aristotelem verbotenus non invenitur. Cf. etiam Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 74 v. 14; Auctor. Arist. 1,282 (ed. Hamesse p. 139). – 62 Arist., Phys. l. 2 c. 7–8 (198 a 15–199 b 33); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 69 v. 7 sqq.; Arist., Metaph. l. 7 c. 7 (1032 a 12–1032 b 14); transl. med. Arist. Lat. XXV,2 p. 132 v. 23–p. 134 v. 4; cf. Averr., Metaph. l. 7 comm. 28 (Venetiis 1560 t. 8 f. 215D–216B); Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 344 v. 14–p. 347 v. 69; Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5,1 p. 102 v. 57–58. – 68 Arist., Metaph. l. 7 c. 7 (1032 b 11 sq.); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 133 v. 23 sqq. Cf. Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 43 v. 13 sq.; Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37,1 p. 73 v. 45–48.

productum semper est ad formam producentis, etiam in aequivoce producentibus, eo quod aequivocum ad univocum necesse est reduci. Per accidens autem producitur, quod accidit producto ex ipsa productione. Si enim producitur per generationem, in similitudinem formae et speciei generantis producitur. Et ideo per accidens productum est filius et producens est pater, et sic est de aliis. Producitur ergo universale ex ⟨convenienti⟩ in esse naturae. Propter quod dicit AUCTOR SEX PRINCIPIORUM quod natura occulte operatur in illis, et ideo etiam in PHYSICA ARISTOTELIS secundae substantiae vocantur.

Si autem universale secundum seipsum consideretur, ipsum est imago luminis in re naturae. Imago, dico, luminis agentis intelligentiae; quod lumen terminatum est ad hoc aliquid et incorporatum illi. Et hoc modo universale vere producitur in esse ab agente intelligentia, quae operatur per suum intellectuale lumen in omni natura et est causa rei naturalis in omnibus. Quod quidem lumen in se acceptum in esse universalis est et ratione. Acceptum autem ut terminatum ad hoc et incorporatum illi est esse et substantia particularis dans esse substantiale et rationem singulari.

Cap. 8. De quaestione, cuius forma sit universale

Est autem adhuc dubium apud quosdam, an universale sit forma vel compositum vel materia. Et si est forma, utrum sit forma totius vel partis.

Quod enim universale non sit materia, patet per hoc quod materia ei, in quo est, nec dat esse nec nomen nec rationem. Quae omnia dat universale substantiale, sicut species et genus, his in quibus est ipsum universale. Universale igitur non est materia.

Adhuc autem materia non est imago agentis in eo quod producitur. Universale autem imago est agentis intelligentiae in eo quod productum est, ut IAM habitum est.

Adhuc autem omne quod praedicatur de eo, in quo est, forma est; universale praedicatur de eo, in quo est; ergo universale forma est.

Adhuc autem nihil est communicabile multis unum existens in eis secundum essentiam nisi forma; materia enim non est communicabilis multis, nisi per divisionem, ita quod non tota est in singulis; universale autem totum est in singulis; ergo universale non est materia, sed forma.

Sed quia innegabiliter verum est, ideo quaeratur, cuiusmodi forma sit. Est enim 'forma totius', ut humanitas forma est hominis, et 'forma partis', sicut anima est forma corporis humani. Forma autem partis sive materiae non praedicatur de re, cuius est forma; sed universale praedicatur; universale igitur non est forma partis vel materiae, secundum quod materia perficitur per formam. Eodem modo probari videtur, quod nec forma totius est, quia etiam humanitas de homine non praedicatur, et est de ratione eius de quo praedicatur.

Ad haec autem et similia solvere non est difficile. Dicendum enim quod universale est forma et quod est forma totius. Sed forma totius dupliciter designatur in nomine. Designatur enim ut forma tantum, sicut humanitas est forma designata ut forma tantum, quae est essentia formalis, et ideo non praedicatur de eo cuius est forma, quia homo non est essentia sua formalis, nec aliquid aliorum, quae formas habent. Designatur etiam ut forma totius, cuius est forma. Et tunc designatur per esse, quod dat ei in quo est, et nomen, sicut homo dicit esse formale, quod forma totius dat huic composito, quod est hic homo. Et hoc ideo docet ARISTOTELES in CAELO ET MUNDO dicens: Cum dico caelum, dico formam; cum dico hoc caelum, dico formam in materia. Et sic forma est universale praedicabile nomine et ratione de eo, cuius est universale, secundum substantiam.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1–2 etiam – producentibus *om. Pi pavlp* 3 necesse] necessarium *Pi pavlp* | reduci] deduci *Pi* 5 in] ad *pavlp* 7 productum] productus *Pi pavlp* 8 est *om. F1V1Pi pavlp* | ergo] autem *pavlp om. Pi* | convenienti *editor* consequenti *CaP1P2F1ShV1Pi pavlp* 11 physica Aristotelis] Praedicamentis ab Aristotele *V1* 13 est *om. CaP1P2* 14 terminatum] determinatum *F1* 16 vere] naturae *pavlp* 17–19 in – lumen *hom. P1* 19 in^{2} – est] inest universali (universalis *pa*) *pavlp* 20 ratione] universale est *add. Pi pavlp* | terminatum – hoc] determinatum ad hoc aliquid *pavlp* 23 8] 7 *CaShV1* 23–24 De – universale] cuius forma sit universale de quaestione rubrica *V1* an universale sit forma vel materia vel compositum et si forma cuiusmodi forma sit *lp* 24 cuius] cuiusmodi *Ca* 26 vel^{1}] an *P1P2Pi pavlp* | vel^{2}] an *pavlp* 28 per] ex *pavlp* 30–31 sicut – universale] ei cuius est universale sicut species et genus his in quibus est ipsum *V1Pi* ei cuius est *pavlp* 35–36 productum – habitum] producitur ut iam probatum *Pi pavlp* 38 universale] autem *add. F1* 46 quaeratur] quaeramus *P1* quaeritur *Pi pavlp* 47 cuiusmodi] cuius *P1P2V1Pi* 48 et] aut *pavlp* | sicut] anima est forma partis sicut *add. P2* 49 partis] corporis *praem. V1* 51 universale^{1}] bene *add. Pi pavlp* 53 Eodem] eandem *Ca corr. Ca*^{1} | probari] posse *add. F1* 54 totius] tota *CaP1P2* | quia – humanitas] etiam forma quae est humanitas quia *F1* 55 et – praedicatur *om. CaF1Sh corr. Ca*^{2} 56 Ad *om. Pi pavlp* | Ad haec] Adhuc *CaP1P2* 57 enim] est *add. F1Pi pavlp* 62 non] substantia *add. V1* 63 aliquid] aliquod *Pi pav* 64 totius] videlicet totum esse dicens eius *add. P2*^{2} totum esse dicens *add. F1Pi pavlp* 67 hoc *exp. P2*^{1} | ideo] modo *F1ShV1 om. lp* 70 sic *om. pavlp*

2–3 Cf. Arist., Metaph. l.4 c.2 (1003 a 33–b22); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.60 v.14–p.61 v.16; Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t.14 p.24 v.61sq.; Alb., De praedic. tr.1 c.2 (Ed. Paris. t.1 p.155a). – 9–10 Liber sex principiorum [9] (Arist. Lat. I,6–7 p.36 v.14–p.37 v.10). – 11 Immo: Arist., Cat. c.5 (2 a 14.17); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p.7 v.13.16. – 35 Supra p.37 v.12–20. – 47–49 Cf. Avic., Phil. prima tr.5 c.6 (Avic. Lat. [V-X] p.280 v.68sqq.); Alb., De anima. Ed. Colon. t.7,1 p.15 v.65–71; infra p.47 v.60–62 cum nota p.47 v.60. – 67 Arist., De caelo et mundo l.1 c.9 (278 a 13–15); transl. vetus cf. Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t.5,1 p.69 v.71sqq.

Cuius probatio est, quia nisi universale talis esset forma, diffinitio data secundum nomen universalis non diceret totum esse rei, nec totam quiditatem ipsius secundum illud nomen, secundum quod diffinitur, sive nomen generis sive speciei. Relinquitur igitur quod universale sit forma totius ut totum esse dicens designata; propter hoc etiam praedicatur de eo de quo praedicatur, et est de ratione eiusdem de quo praedicatur, ita quod statim posito subiecto per intellectum concipitur in illo, sive subiectum sit in actu sive non. Omni enim tempore verum est | quod homo est animal, sive homo sit sive non sit, et quod animal est corpus animatum et quod corpus animatum est substantia. Sed ex hoc non sequitur: 'ergo corpus animatum est ens secundum actum'. Et ideo dicit AVICENNA in primo libro LOGICAE suae quod esse et ens accidit ei quod est. Verum enim est hominem esse animal, sive aliquod animal sit sive non sit, et accidit ei esse vel non esse.

Haec igitur quae, digrediendo a proposito et altioris scientiae assumendo negotium, de universalibus propter doctrinae perfectionem hic dicenda esse videbantur.

Redeuntes igitur ad propositum DICIMUS quod, cum 'ad scientiam praedicamentorum' Aristotelis utile et necessarium sit 'nosse, quid genus, quid differentia, quid species, quid proprium et quid accidens' sit, praeterea utile ad demonstrationum et diffinitionum et divisionum scientiam, 'temptabo' tradere 'istarum rerum', quae universalia dicuntur, speculationem sive scientiam speculativam 'compendiosam', brevem quidem, sed tamen sufficientem et facilem, quae competat introducendis, per assignationes et similitudines tradens scientiam, temptans 'aggredi quae ab antiquis dicta sunt', ut quae bene dicta sunt, accipiantur. Hoc autem faciam ab 'altioribus quidem quaestionibus abstinens' – quae licet tactae sint propter doctrinae perfectionem, tamen ex principiis propositae intentionis terminari non possunt –, 'simpliciores vero' de his universalibus quaestiones existentes 'mediocriter' inter subtilem et rudem vel rusticum tractatum 'coniectans'; ex probabilibus enim sive similibus tractare, coniectare sive coniecturare est. Multa enim talia oportet adducere, ut fides fiat de eo de quo tractatur.

Ne autem lateant ea quae ex istius scientiae principiis subtiliter tractari non possunt de universalibus, 'mox' illud est, quod prima facie occurrit, quaerendum 'de generibus et speciebus', utrum scilicet 'subsistant vel in solis, nudis purisque intellectibus posita sint'. Sive etiam, si subsistentia extra intellectum ponuntur, utrum sint 'corporalia vel incorporalia'; et sive hoc vel illo modo sint, utrum sint separata secundum esse a sensibilibus sive singularibus, an sint posita in 'sensibilibus' sive singularibus. Et alia quaedam circa tales difficultates 'constantia' in hoc libro dicere 'recusabo. Huiusmodi enim negotium altissimum est', quia altissimae sapientiae proprium, et ideo 'maioris' et subtilioris 'egens inquisitionis': altioris quidem quoad subiecti nobilitatem, maioris autem inquisitionis quoad demonstrationum subtilitatem. In his enim duobus scientiae differunt, ut ARISTOTELES dicit in principio libri DE ANIMA. 'Illud vero' quod de his dicendum videtur probabiliter, 'quemadmodum de his tractaverunt antiqui' philosophi, 'et horum maxime Peripatetici' – quos hic sequi suscepimus – nunc 'temptabo monstrare modo introductionis'.

Cap. 9. De universali et numero universalium et sufficientia numeri et ordine universalium

Quia inter incomplexa primo de universalibus occurrit tractandum, videndum prius est, qualiter universale dicitur de quinque, quae sunt inducta. Universale enim simplex natura est sua simplicitate communicabilis et determinabilis ad particulare, in quo ipsum est nomine et ratione. Dico autem 'ratione essentiali', quae competit universali quod praedicatur. Et hoc dico propter

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 11 *Ca* f.8rb

1 talis] tale *pavlp* 6 designata] ita quod *Pi* 7 praedicatur[1]] potest *Pi* 7–8 et – praedicatur *hom. CaP1P2Pi pavlp* 8 quod] et *add. pavlp* 12–13 et[2] – animatum *hom. P1* 13 est] sit *Pi pavlp* 16 ens] essentia *pav* existentia *lp* | accidit] accidunt *F1* 19 igitur] sunt *add. F1V1Pi pavlp* 20 assumendo] sumendo *Pi* 21 hic *om. Pi pavlp* 22 dicimus] dicamus *vlp om. pa* 24 sit *om. CaP1P2* 26 demonstrationum] demonstrationem *CaP2F1V1Pi pavlp* demonstrationem est *P1* | diffinitionum] diffinitionem *P1F1Pi pavlp corr. P1*[1] 31 assignationes] signationes *P1* 32 temptans] tentabo *F1* 32–33 quae bene] qualia *pavlp* 36 terminari] determinari *Pi pavlp* 37–39 existentes – rusticum] mediocriter inter subtilem et rudem *pavlp* 39–40 enim – sive] sive similibus tractare *pavlp* 43 autem] igitur *P2* 44 subtiliter *om. pavlp* 45 quod *om. pavlp* 46 speciebus] rerum *add. F1* 47–48 Sive – si] si etiam sint *lp* 48 si *om. F1ShV1Pi pav* | ponuntur] ponantur *F1V1* posita *pavlp* 49 sint] sicut *Ca corr. Ca*[1] | vel[1]] sive *pavlp* | illo] nullo *CaP1P2* 51–52 sint – singularibus] in ipsis sensibilibus posita sint *Pi pavlp* 53 constantia] circumstantia *P1F1V1Pi pavlp* circumstantiam *P2* | Huiusmodi] huius *CaP1P2Pi* hoc *V1* 54–55 sapientiae] scientiae *P1P2V1Pi pavlp* 55 egens] est *praem. F1* est *add. V1 pavlp* 58 duobus] rebus *V1* 63 monstrare] demonstrare *pavlp* 64 9] 8 *CaShV1* 64–66 De – ordine] quomodo universale praedicatur de quinque universalibus et de sufficientia ac ordine quinque *lp* 65 numeri *om. V1* 67 Quia] autem *add. pavlp* 70 communicabilis] contrahibilis *V1* 70–71 communicabilis – determinabilis] communicabile et determinabile *F1Pi pavlp* 72 quae] qua *P2*[2] 73 hoc] est *add. CaP1P2Sh*

15 Immo: Algazel, Logica c. 3 (Venetiis 1506 f.a3vb). – 22 Cf. Porph., Isag. (transl. Boeth. Arist. Lat. I,6–7 p. 5 v. 2–10); supra p. 17 v. 53–57, p. 18 v. 40–p. 19 v. 28. – 44–63 Cf. Porph., Isag. (transl. Boeth. Arist. Lat. I,6–7 p. 5 v. 10–17); supra p. 19 v. 70–73.p. 19 v. 31sqq.; p. 20 v. 61sqq. – 59 Arist., De anima l. 1 c. 1 (402 a 1sqq.). Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 3 v. 23sqq. cum textu Aristotelis. – 63 Cf. Porph., Isag. (transl. Boeth. Arist. Lat. I,6–7 p. 5 v. 8); supra p. 17 v. 55–56.

proprium et accidens, quae, cum sint universalia, perfectas diffinitiones habere non possunt, tamen secundum quas habent, praedicantur de his, de quibus praedicantur, sicut de subiectis, ut album de hoc albo, et risibile de hoc risibili, et sic de aliis.

Cum ergo quodlibet istorum quinque dicatur universale, sciendum quod 'universale' non dicitur communiter de ipsis ut genus, sed ut commune proportionis ad unum, quod GRAECI vocant commune secundum analogiam. Unum autem, ad cuius proportionem universale dicitur de his quinque, 'est aptum natum esse in multis et de multis'. Hoc autem non aequa ratione convenit his quae substantialiter – hoc est per hoc quod substantiale est multis, in ipsis existens et de ipsis – et his quae per accidentale aliquod sunt in multis et de multis. Nec per unam rationem convenit ei, quod per accidentale consequens naturam est in multis et de multis, et ei quod per accidens commune, quod est accidens individui et infinitum vocatur accidens, est in multis et de multis. Et ideo universale esse magis et prius convenit | proprio, et minus et posterius convenit accidenti. Adhuc autem nec his quae per essentiale sunt in multis et de multis, convenit per aequalem rationem. Quaedam enim istorum sunt in multis et de multis per essentiale, quod est quid et quasi subiecta substantia in ipsis, quod est quasi fundamentum, in quo formatur et fundatur primo esse ipsorum, sicut genus, in quo fundatur esse speciei, et sicut species, quae 'est totum esse' substantiale 'individui', quia quidquid sequitur speciem, est accidens individuans. Aliquid etiam est de multis et in multis per quale quid, quod facit esse fundatum in genere. Et sic patet quod non per unam rationem sunt haec in multis et de multis. Et per prius quidem convenit hoc generi et speciei, posterius autem differentiae. Adhuc cum esse in multis et de multis prius conveniat ei quod in multis et de multis est specie et numero differentibus, quam ei quod est in multis et de multis solo numero differentibus, constat quod per prius universale esse convenit generi et per posterius convenit speciei.

Haec enim est ratio communitatis analogiae, ut in V PRIMAE PHILOSOPHIAE docet ARISTOTELES quod commune analogiae simpliciter est in uno, in aliis autem non est nisi secundum proportionem quandam ad illud. Et per hoc patet quod universale non praedicatur de his ut genus, vel ut species, vel ut differentia, vel ut proprium, vel ut accidens, sed praedicatur de ipsis ut commune secundum analogiam ad communitatem generis proportionatum.

Numerus autem horum universalium ex hoc patet quod omne quod est in multis et de multis, aut est in illis et de illis per substantiale, aut per aliquid accidentale illis, in quibus est.

Si quidem est in illis per aliquid quod illis est substantiale, non debet dividi, quod aut insit per substantiale quod est pars esse, vel per illud quod est totum, sicut quidam dicunt, quia quod est pars, non praedicatur de eo in quo est, secundum quod est pars. Sed sic dividi debet quod, si est in multis et de multis, aut est in eis per essentiale potentiale quod est totum esse secundum potentiam incohationis, aut in eis est per essentiale quod est totum secundum actum perficientis esse ipsum, aut est in ipsis secundum totum esse perfectum et constitutum. Et primo quidem modo est genus, secundo autem modo differentia, et tertio modo species. Et patet quod divisio sufficiens et ex immediatis est, quia substantiale, quod est in multis et de multis, aut est principium, aut principiatum. Et si est principium, aut principium secundum potentiam, aut secundum actum. Si autem est principiatum et in substantiali esse perfectum, tunc est altero modo a duobus dictis modis.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 21 *Ca* f.8va

1 cum sint] est sicut *CaP1* etsi ut *Pi pavlp* 2–3 secundum] illas *add. P2*^{2} 3 habent] habeat *Ca* 3–4 de^{1} – praedicantur *hom. P1* 4 subiectis] substantiis *pavlp* 8 proportionis] propositionis *P1P2 corr. P2*^{2} 9 Graeci – vocant] vocatur *lp* 10 Unum] utrum *P1P2* illud *P2*^{2}*F1* | proportionem] propositionem *CaP1P2 corr. P2*^{2} 11 esse] est *CaP1* 12 non – ratione] pari ratione non *V1* nec per unam rationem *pavlp* 14 multis – existens] sunt in multis *pavlp* 15 quae] qui *CaP1* | aliquod] aliquid *Pi* | sunt] etiam *add. F1* 17 accidentale] proprium *add. P2*^{2} aliquod *add. V1* | naturam] natura *CaP1* 18 accidens^{2}] communis *Pi* 19–21 et^{1} – accidenti *om. pavlp* | accidens – accidenti *om. Pi* 22 nec] de *add. Pi pavlp* 23 aequalem] essentialem *Pi pavlp* 26–27 quod – quo] sicut genus quod est quasi fundamentum in quo formatur et *Pi pavlp* 28 et *om. P1P2* | quae] quod *pavlp* 30 Aliquid] aliud *pavlp* 31 fundatum] finitum *F1* alias fundatum *in marg. F1*^{1} fundamentum *vlp* 33 quidem *om. Pi pavlp* 34 posterius] per *praem. Pi pavlp* 39 esse *om. Pi pavlp* | convenit^{2} *om. pavlp* 40 est *om. CaP1P2Sh* | communitatis] communicantis *Ca* | analogiae] analogicae *pavlp* 42 analogiae] analogice *lp* | simpliciter] simplex *P1P2Pi pavlp* 44 his] quinque *add. F1* 46 ut^{1} *om. CaP2* | ipsis] eis *Pi* his *pavlp* 47–48 proportionatum] proportionatam *pavlp* 50 quod^{1} *om. pavlp* 51 per^{1}] aliquid *add. F1* | aliquid] aliquod *V1Pi lp* 52 illis – est *om. pavlp* 53 aliquid quod] aliquod quod in *pavlp* 53–54 substantiale] substantialis *Ca* 54 dividi] per substantias *add. V1* | aut] autem *CaP1P2* 55 quod^{1} *om. CaP1P2Sh* | esse] essentiae *F1* alias esse *in marg. F1*^{1} | vel] aut *Pi pavlp* | illud] aliquid *F1* | est^{2} *om. CaP1P2Sh* 58–59 est^{2} – totum] in eis quod est *CaP1P2Sh* 59 essentiale] alias esse *in marg. F1*^{1} | essentiale – totum] id quod est *Pi pavlp* | totum *om. F1* 61 ipsum] incoationis *add. F1* 62 est *om. CaP1P2F1Sh* | ipsis] eis *Pi pavlp* 63 modo *om. CaP1P2Sh* 64 et tertio] tertio vero *Pi pavlp* 65 quod] ista *add. F1* 66 est^{2}] esse *CaP2Sh* 67 aut^{2}] est *add. pavlp*

9 Cf. ex.gr. Arist., Metaph. l.5 c.6 (1016 b 31–35), l.8 c.2 (1043 a 5), l.9 c.6 (1048 a 37, 1048 b 7); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.93 v.24–28; p.160 v.5–6; p.174 v.19–20.24–26. – 11–12 Cf. supra p.17 v.39–49. – 28–29 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l.3 c.12 (CSEL 48 p.237 v.1–3). – 41 Arist., Metaph. l.5 c.6 (1016 b 31–35); l.2 c.1 (993 b 23–26); l.4 c.2 (1003 a 33–1003 b 5); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.37 v.3–6; p.60 v.14–p.61 v.5. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.163 v.37–p.164 v.63; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.82 v.16–19 et p.149 v.45–48.

Si autem est in multis et de multis secundum esse accidentale existens in illis, non potest esse in istis nisi aut secundum accidens naturae communis, per quam refertur ad singula, et hoc est proprium, aut secundum accidens individui sive singularis, per quod refertur ad communem naturam, et tunc est accidens. Socrates enim est risibilis per communem naturam hominis, quae est in Socrate. Homo autem est albus propter hoc quod Socrates albus est, in quo est natura hominis. Et patet quod iterum illa divisio ex immediatis est, quia in nullo est nisi natura communis vel hypostasis sive suppositum et singulare, quod substat naturae communi. Et cum commune, quod est in multis et de multis, pluribus modis variari non possit per immediatam divisionem, ideo universalia non possunt esse formaliter differentia nisi quinque.

Per hoc etiam patet ordo istorum quinque universalium. Constat quod ea quae 'sunt in multis et de multis' per essentiale quod est in illis, sunt ante ea quae sunt 'in multis et de multis' per accidentale quod est in illis. Adhuc autem quod est in multis et de multis per accidentale fluens ex natura, est ante illud quod est in multis et de multis per accidentale individui, quod est accidens infinitum. Adhuc autem quod est in multis et de multis per essentiale, quod est in illis secundum incohationis potentiam, prius est quam id quod est in multis et de multis per actum ad esse speciei distinguens et determinans, quia semper in eodem potentia praecedit actum. Utrumque autem est ante constitutum ex his sicut principium ante principiatum. Et sic prius est genus, consequenter autem differentia et tertio species.

Quamvis hic ordo sit universalium secundum naturam, secundum quod etiam in ANTEHABITIS enumerata sunt, tamen in ordine tractatus ponemus tractatum de specie ante tractatum de differentia, quia propter correlationem generis et speciei, unius tractatus dependet a tractatu alterius, eo quod unum relativorum diffinite cognosci | non potest, nisi cognoscatur et reliquum.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 38 *Ca* f.8vb

2 istis] multis *ShV1* eis *Pi pavlp* 3–4 per – singula] alias inquantum refertur ad naturam communem *in marg. F1*[1] 3 quam] quid *P1* 4 singula] singularia *F1V1 pavlp* 5 sive] aut *Pi pavlp* 5–6 ad communem] alias ad singulare *in marg. F1*[1] 7 enim *om. CaP1P2Sh* | hominis *om. Pi pavlp* 8 propter] per *P1P2 pavlp* 10 quod iterum] quod *pav* iterum per hoc quod *lp* | immediatis] mediatis *P1* 11 nisi] vel *add. V1 lp* 11–12 sive suppositum] sive suppositione *Ca* sine suppositione *P1P2Pi* sive suppositio *pav* 12 et] vel *pavlp* | substat] subsistat *Pi* 12–13 Et – commune *om. P2* 14 variari] verificari *pavlp* 16 quinque] de ordine *add. Ca*[1]*P1P2Pi* 18 Constat] enim *add. Pi pavlp* 19–20 per – multis *om. Ca corr. Ca*[1] 19 ante] autem *Ca*[1]*P1P2Pi* | ante ea] priora eis *pavlp* 21 Adhuc autem] sunt etiam ea *Pi* | quod est] quae sunt *CaP1P2F1ShPi* 22 ex] a *Pi pavlp* | est[1]] communi sunt *F1* | est ante] prius est quam *pavlp* | ante] autem *CaP2Pi* 24 infinitum] intentum *CaP1P2ShPi pav* | quod est] quod *CaP2 om. P1* 26 est[1] – quod] quam id quam *CaP1P2* 27–28 distinguens – determinans] distinguentem et determinantem *V1 vlp* 29 Utrumque] principium *F1* alias constituens *in marg. F1*[1] constituens *V1* | ante *om. CaP1P2F1Pi pavlp* 30 principium] est *add. F1* et *praem. pavlp* | ante] aut *P2* et *Pi pavlp* 32 Quamvis] autem *add. F1V1* et *praem. pavlp* 32–33 secundum naturam] natura *lp* 36 unius] unus *F1*

33 Supra p. 17 v. 50–p. 18 v. 14, p. 39 v. 49–p. 40 v. 16.

INCIPIT TRACTATUS DE UNIVERSALIBUS IN SPECIALI

Cap. 1. De diversis significationibus generis

Primo igitur in tractatu de universalibus de genere loquendum est. Sed quia genus secundum intentionem logicam diffiniri non potest nec diffinite cognosci, nisi prius multiplicitas huius nominis 'genus' determinetur, ideo imprimis determinanda et distinguenda nominis generis multiplicitas, et maxime in his modis, qui aliquam habent similitudinem ad intentionem illam generis, secundum quam logici genere utuntur. De aliis intentionibus, quia ad propositam intentionem non valent, est omittendum. Nihil enim confert ad propositum scire genus masculinum vel femininum, vel activum vel passivum in grammaticis ad propositam intentionem. Et ideo de illis et similibus generis intentionibus non est hic interponendum.

Dicitur autem per similitudinem et per proprietatem, ad quod etiam genus per similitudinem dictum transfertur. Per similitudinem autem dicitur in civilibus dupliciter. Uno scilicet modo, quo *dicitur genus* multitudo *aliquorum quodam modo* uno *se habentium ad unum aliquid*, quod sui aliquid habet in tota multitudine illa, ita quod est in singulis ipsorum. In quo etiam communi existente in omnibus quodam modo secundum convenientiam se *habent ad invicem*, ita quod quilibet ad alium habet similitudinem in illo, quod inest sibi ex illo uno primo, quod causa est similitudinis in tota illa collectione. *Secundum quam significationem Romanorum genus dicitur* collectio tota parentelae, quae a Romulo descendit per successivam generationem. Hoc enim totum dicitur Romuleum genus secundum habitudinem, qua se habet ad unum primum parentem, hoc est Romulum. Et in hoc genere distinguitur illa collectio ab alia collectione, quae ab alio aliquo parente descendit, sicut a Priami genere, a quo descendit Priamicum, quo tota collectio illa Priamicum genus vocatur. Hoc autem advertendum est in ista generis significatione, quod unum est in omnibus illis, qui ad illam pertinent generationem. Et hoc est semen propagationis a Romulo profusum, quod secundum virtutem formativam diffusum est in tota illa collectione.

Secundo modo adhuc in civilibus *dicitur genus* per conversum modum ad antehabitum id *quod est uniuscuiusque generationis* sive multitudinis generatae *principium*, a quo formative generatum et a quo formativa virtute exortum est. Et hoc dupliciter dicitur: vel a patre qui primus genitor est in genere illo, *vel a loco in quo quis genitus est.* Et priori quidem modo dicimus *Orestem quidem a Tantalo* proavo suo *habere genus, Illum* vero dicimus habere genus *ab Hercule*, a quo sicut ab atavo genitus est. Secundo autem modo, secundum quem patria sive locus principium generationis est, dicimus *Pindarum Thebanum esse genere, Platonem* vero genere dicimus *Atheniensem esse*. Sicut enim *pater principium generationis* est per transfusionem seminis, in quo in omnes funditur ex uno virtus formativa

Arist. Lat. 6,1–20 (Busse 1,17–2,10) DE GENERE. – Videtur autem neque genus neque species simpliciter dici. Genus enim dicitur et aliquorum quodammodo se habentium ad unum aliquid et ad se invicem collectio; secundum quam significationem Romanorum dicitur genus, ab unius scilicet habitudine – dico autem Romuli – et multitudinis habentium aliquo modo ad invicem eam quae ab illo est cognationem secundum divisionem ab aliis generibus dictam.
Dicitur autem et aliter rursus genus quod est uniuscuiusque generationis principium vel ab eo qui genuit vel a loco in quo quis genitus est. Sic enim Oresten quidem dicimus a Tantalo habere genus, Illum autem ab Hercule, et rursus Pindarum quidem Thebanum esse genere, Platonem vero Atheniensem; et enim patria principium est uniuscuiusque generationis quemadmodum pater. Haec autem videtur promptissima esse significatio; Romani enim qui ex genere descendunt Romuli, et Cecropidae qui ex genere descendunt Cecropis et horum proximi. Et prius quidem appellatum est genus uniuscuiusque generationis principium, dehinc etiam multitudo eorum qui sunt ab uno principio; ut a Romulo, dividentes et ab aliis separantes, dicebamus omnem illam collectionem esse Romanorum genus.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1–2 incipit – speciali] Tractatus III. De universalibus in particulari *lp* 3 Cap. – generis] De genere *Pi* | significationibus] signis *lp* | generis] rubrica *add. V1* 4 de universalibus] universalium *F1V1* 8 determinanda] est *add. pavlp* | distinguenda] est *add. F1V1Pi* 11 aliis] autem *add. F1* 15 grammaticis] non *add. pavlp* 16 illis et *om. Pi pavlp* | et *om. P1P2* 20 in – civilibus *om. pavlp* 21 quo] quod *CaP1P2Pi om. F1 lp* 22 uno *om. F1* | aliquid] aliquod *pavlp* 26 habet] habeat *pavlp* 28 illa] alia *lp* 30 quae] quo *CaP2Sh* 31 Romuleum] tumultum *Ca corr. Ca*^{2} Romulum *P1 corr. P1*^{1} Romolum *P2* 32 unum] principium scilicet *add. F1* 33 hoc est] scilicet *pavlp* 34 alia] illa *Pi pavlp* 35 Priami] primo *CaP1P2Pi* 35–36 Priami – Priamicum] Priamo genus a quo tota Priami collectio descendit Primiacum *F1* primo genere Priami cum quo tota collectio ista Priamicum (Priami cum *l* Priami *p*) *pavlp* 36 Priamicum – illa] tota illa collectio quae *V1* 37 vocatur] appellatur *Pi* | Hoc autem] hic autem anima *F1* 40 Romulo] Romolo *Ca* Romalo *P1 corr. P1*^{1} | profusum] perfusum *pavlp* 40–41 quod – est *om. V1Pi pavlp* 42 in civilibus] cuiuslibet *pav om. lp* 42–43 conversum] annexum *pavlp* 44 a] ad *pa om. vlp* 45 formative] fortissime *pavlp* | formativa] fortissima *pavlp* 47 a] ab eo *Pi pavlp* 51 modo *om. CaP1P2Sh* 52 est] dicitur *F1 om. CaP1P2Sh* 53 esse *om. lp* 54 est *om. CaP1P2Sh* | transfusionem] translationem *pavlp* 55 in^{1}] ex *lp* | in omnes *om. p*

multorum secundum propagationem, sic etiam *patriam* sive locum generationis DICIMUS esse *principium*, quia in loco et centro loci generationis tota virtus periodi caelestis adunatur, ut dicit PTOLEMAEUS, et in omnes in illo loco natos diffunditur. Et ideo frequenter magis accedunt ad unum colorem et ad unum morem, qui ex uno loco nati sunt. Unde etiam elementa in diversis locis valde sunt diversa in virtutibus suis, quibus conveniunt ad generatorum constitutionem. In isto etiam modo patet quod multitudo ab uno patre vel ab uno loco natorum ad unum refertur, in quo continetur per unum, quod in omnibus est, et ab illo, quod principium illius multitudinis est, in omnes derivatur.

Differunt autem istae duae generis significationes, quia PRIMA est unius partiti in multos; SECUNDA autem est multorum respicientium ad unum, quod est principium generationis eorum secundum modum parentis vel loci, in quo generatur aliquis ad illius loci complexionem et figuram.

Quod enim quidam dicunt patriam et locum non esse principium generationis nisi quoad figuram, penitus falsum est, quia sic tota destrueretur scientia generationis uniuscuiusque, quam in libro, qui dicitur arabice Alarba, | Quadripartitum autem latine, PTOLEMAEUS ostendit, in quo ostendit periodi virtutem in centro loci eius, qui nascitur, congregari et ex virtute sic in centro nati congregata natum accipere complexionem et formam et figuram et colorem et morem et fortunam.

Et haec quidem secunda generis *significatio* propter hoc quod est in uno in multa se diffundendo per suae virtutis potentiam, in quo omnia uniuntur et continentur, *videtur promptissima* ad generis logici declarationem. Secundum hanc *Romani* sunt et dicuntur, *qui ex genere Romuli descenderunt*. Nec collectio illa diceretur genus unum, nisi esset unum continens ea sicut principium, a quo per generationem descenderunt. Et hoc modo dicuntur multi *Cecropidae, qui ex genere* successive *descenderunt* primi *Cecropis et horum proximi* secundum lineam eiusdem consanguinitatis. Sic enim multa exeunt ab uno, sicut in genere logico ab uno genere primo per divisionem differentiarum exeunt multae species, in quibus omnibus salvatur genus natura et potestate sive virtute ad speciem determinatam, sicut et semen generantis primi per successivam generationem formatur ad hunc et ad illum.

Patet quod PRIMUS modus generis causatur a SECUNDO et reducitur ad ipsum sicut ad causam. Et ideo secundus modus principalior est quam primus et promptior ad designandum genus logicum, sicut per simile potest describendo designari. Per prius igitur quoad istam similitudinem dicitur *genus uniuscuiusque generationis principium*. Dehinc autem et per posterius dicitur genus etiam multitudo collecta eorum, *qui ab uno principio ut Romulo* descenderunt, sicut dictum est in prima generis designatione. Huius autem probatio est, quia *multitudinem sive collectionem dividentes* sive discernentes *et ab aliis separantes*, qui sunt alterius generis, *dicebamus omnem illam collectionem genus esse Romanorum* vel Romuleum, et in hoc ab aliis collectionibus separari. Nec multitudinem genus esse diceremus, nisi prius intelligeretur unum *generationis principium*, a quo illa descendit multitudo. Et ideo primus modus generis non dicitur genus nisi propter secundum, et ideo reducitur primus ad secundum sicut ad causam. Prius tamen a nobis positus, quia minus facit ad propositum; sicut et de ambabus istis significationibus prius dicimus quam de genere logico, ut minus intenta dimittantur et longius a proposito ponantur, et ut sciatur, quod similia paulatim et gradatim proficiunt ad propositi declarationem. Et ideo etiam genus intentum post omnia similia inducimus ultimo.

Est autem attendendum quod a matre una, a qua multi descendunt, non sumitur ad genus logicum similitudo, quia mater non est principium formale multorum sed materiale, et sicut formatum et non sicut formans. Genus autem logicum principium est ut forma, quia aliter non praedicaretur de eo, cuius est genus; sed est ut forma indistincta, quae totum est esse speciei secundum esse informe et indistinctum, distinguibile tamen ad formam speciei.

Et quamvis a loco similitudo trahatur ad generis logici designationem, tamen a tempore non trahitur aliqua

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 24 *Ca* f.9ra

1 patriam] patria *F1* 2 dicimus esse] dicitur *F1* 12 et *om. CaP1P2F1Sh* 15 multos] multas *pa* multa *vlp* 16 est[2] *om. CaP1P2Sh* 19 et] vel *pavlp* 24 Alarba] Adarba *pavlp* 24–25 Ptolemaeus ostendit *om. CaP1P2F1Sh* 25 ostendit[2]] ostenditur *P1F1* 30 per] secundum *V1Pi pavlp* quod *P1P2* 33 Romani] rationem *pavlp* 36–37 dicuntur multi] dicitur multitudo *F1* 39 exeunt] essent *pavlp* 41 exeunt] essent *pavlp* 42 genus – et] generis natura *V1Pi pavlp* | natura] naturam *Ca* 43 determinatam] determinatum *F1Sh* determinata *V1* 44 formatur] in diversa sive *add. F1* 45 Patet] adhuc *praem. F1* igitur *add. Pi pavlp* 48 simile] similitudinem *pavlp* 51 etiam] et *Pi pavlp* 52 collecta eorum *om. F1* | qui] quae *F1 pavlp* 56 qui] quae *Sh* | omnem] ante *pavlp* 57 Romuleum] Romulum *P2* Romulorum *Pi pa* Romuleorum *vlp* 61 propter] per *pavlp* 63 Prius] primus *F1* | Prius tamen] fuit etiam prius *lp* | tamen] autem *Pi pav* | positus] ponitur *P2* fuit *add. F1* 65 dicimus] elicimus *pa* 67 similia] substantia *P1* | proficiunt] perficiuntur *pavlp* 68 genus] generis *CaP1P2 corr. Ca*[2] 69 inducimus] inducemus *F1* dicimus *pavlp* 70 a matre] a nume *Ca corr. Ca*[1] 71 descendunt] descenderunt *Pi lp* 75 cuius *lac. Ca* 77 indistinctum] indistinctio *Ca* indistincto *P1P2* 79–80 logici] loci *CaP1P2 corr. P1*[2]

2 Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 220 v. 20 sqq.; Alb., De nat. loci. Ed. Colon. t. 5,2 p. 1 v. 12–13; Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 446 v. 13–15. – 4 Ptolem., Quadripart. tr. 1 c. 2 (Venetiis 1493 f.4ra). Cf. Alb., De fato. Ed. Colon. t. 17,1 p. 68 v. 31–49; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 115 v. 47 sqq. – 15 Supra p. 41 v. 21–41. | Supra p. 41 v. 42 sqq. – 24–25 Ptolem., Quadripart. l. 1 c. 2, transl. Ioachimi Camerarii (Norimbergae 1535 f.b1v-b3v, spec. f.b3r). – 45 Supra p. 41 v. 21–41. | Supra p. 41 v. 42–p. 42 v. 13. – 72–73 Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 61 v. 37–46; Alb., De gen. et corr. Ed. Colon. t. 5,2 p. 178 v. 60–66.

similitudo, quia tempus est 'mensura' et 'numerus motus' et mutationis. Et ideo est in fieri, et non in esse generatorum principaliter. Genus autem natorum est et in esse constitutorum. Propter quod etiam in libro DE INTELLIGIBILIBUS dicitur 'locus esse mensura entis'; tempus autem esse mensura esse dicitur, quia esse est in motu et mutatione.

Est autem attendendum, quod AVICENNA in primo libro LOGICAE suae dicit quod isti ambo modi extenduntur etiam ad artificia. Aliquando enim dicuntur coriarii omnes, qui sunt de collectione coriariorum, ab uno aliquo qui excellebat in illo artificio; sicut nautae DICUNTUR calepsitae a quodam Calepso, qui floruit in arte nautica; et fabri dicuntur thubalcaitae a Thubalcain, qui artem fabrorum invenit; et musici dicuntur pythagorici a Pythagora, qui perfecit ea quae in arte sunt musica. Hoc tamen est minus proprium, quia id quod est in omnibus ex illo principio, non est substantiale et naturale, sed accidentale illis, in quibus est. Genus autem logicum omnibus speciebus inest ut natura et substantia. His igitur modis genus dicitur in civilibus. Aliter autem accipitur apud philosophos, sicut in SEQUENTI patebit CAPITULO.

Colligentes summatim quae dicta sunt, dicimus quod videtur neque genus neque | species simpliciter sive uno modo et in una intentione dici. Dico autem 'videtur' et non 'esse', quia istae acceptiones generis magis sunt in nostra acceptione et cognitione quam in rei natura et existentia. Et PRIMO quidem quoad nos *dicitur genus collectio aliquorum quodam* uno *modo se habentium ad unum aliquid*, quod est illius collectionis secundum generationem principium, et quae se aliquo modo *habent ad invicem* in uno, quod a principio suae generationis est in singulis ipsorum secundum totam illam collectionem; *secundum quam significationem Romanorum genus dicitur ab habitudine unius, dico autem Romuli.* Et dicitur genus multitudinis illius per relationem *aliquo modo ad invicem* secundum id quod est in eis ex Romulo. Et hoc est, quod habent *ad invicem eam quae ab illo* Romulo est, *cognationem secundum divisionem* seu separationem *ab aliis generibus* aliorum avorum, quae dicitur vel denominatur ab aliis patribus vel avis.

Dicitur autem et aliter genus *rursus, quod est unius generationis principium vel ab eo* parente *qui genuit, vel a loco in quo quis genitus est*, propter causam, quae in ANTEHABITIS est exposita. *Sic enim Orestem dicimus a Tantalo quidem habere genus, Illum autem* cum domo et familia sua genus habere *ab Hercule. Et rursus* quidem a loco denuntiantes dicimus *Pindarum Thebanum esse genere, Platonem vero Atheniensem; et enim patria principium uniuscuiusque generationis est, quemadmodum et pater*, ut in PRAEHABITIS expositum est. *Haec autem* secunda generis acceptio *videtur esse promptissima* generis *significatio; Romani enim* sunt et ideo dicti Romani, qui sive quia illi *a genere descenderunt Romuli; et Cecropidae* sunt, *qui ex genere descenderunt Cecropis, et horum proximi* per eandem causam sunt de eodem genere. *Et prius quidem* est, hoc est per prius *appellatum est genus uniuscuiusque generationis principium*; *dehinc* autem sive per posterius dicitur genus *etiam multitudo eorum, qui* descenderunt *ab uno principio, ut a Romulo* Romulei. Cuius signum est, namque sive quia *dividentes* hoc genus sive discernentes *et ab aliis* generibus *separantes* ipsum, *dicebamus omnem illam* Romuleorum *collectionem esse genus Romanorum.*

Est autem in duobus dissimilitudo ad genus logicum. In uno quidem, quia principium generationis non secundum substantiam et secundum se totum est in collectione, quae genus dicitur, ita quod sit in quolibet totum. Genus autem logicum secundum se totum et secundum substantiam est in collectione specierum et in qualibet specie. Propter quod etiam non praedicatur nomine et ratione principium generationis de collectione

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 25 *Ca* f.9rb

2 non] est *add. pavlp* 4 esse] et *add. P1* 4–5 de intelligibilibus *lac. V1* 5 dicitur *om. CaF1Sh* | locus – mensura] locum esse mensuram *pavlp* 6 esse[1] *om. F1* | mensura esse] mensuram motus *lp* | esse[2]] motus *Pi om. P1P2V1* | quia] eius *add. P1*[2]*Pi pavlp* 10 artificia] arisina *CaP2* arisma *P1* artificialia *F1V1Pi pavlp* 13 Calepso] Calepsito *F1* 14 thubalcaitae] Tubalchaidae *Ca* Tubaltartae *P1* Tubalcartae *P2* Tubalchattae *Sh* Tubalcaidae *V1* thabalchaitae *Pi* | Thubalcain] Tubalchaim *Ca* Tubalcaim *ShV1 pavlp* Thabalchaym *Pi* 15 musici] numerici *Ca* numerati *P1P2Sh* nume et isti *Pi* mimoriti *pav* 15–16 pythagorici] pythagoricae *CaP2 pav corr. P1*[1] pictagoritae *V1* 16 a – Pythagora *om. CaP1P2ShPi pav* | perfecit] perficiunt *v* 17 musica] numerica *CaPi* numerata *P1P2Sh* mimenta *pav* 18 et *om. Ca* 21 civilibus] quolibet *pavlp* 24 Colligentes] igitur *add. Pi pavlp* 26 in *om. F1Pi* 27 esse] est *vlp* 30 aliquorum] multorum *Pi pavlp* | quodam] quodammodo *P1Pi pavlp* et *add. P2* 30–31 aliquid] aliquod *F1 pavlp* aliud *Pi* 31 secundum generationem] sive generationis *V1* | generationem] generationis *P1P2* 35 Romanorum] collectio *add. lp* 37 per] secundum *F1 om. CaP1P2Sh* 40 seu] vel *Pi lp* 43 vel[1] *om. lp* | a] ab eo *Pi lp* 44 genitus] generatus *Pi pavlp* 45 exposita] posita *Pi lp* 47 denuntiantes] denominantes *F1ShV1* | dicimus *om. Pi pavlp* 48 Pindarum *om. CaP1P2* | esse] est *Ca* | genere *om. Pi pavlp* 49 generationis] principium *add. CaP1P2* 49–57 quemadmodum – principium *hom. Pi* 52 et *om. V1 pavlp* 52–53 qui sive *om. F1V1 pavlp* 53 a] ex *F1* 55 est *om. F1V1 pavlp* 56 appellatum est] appellatur *V1 vlp* | est[2] *om. P1P2 pa* 57 sive] et *pavlp* 60 sive quia *om. vlp* 61 ipsum – omnem *om. P2* 61–62 Romuleorum] Romanorum *pavlp* 64 In *om. Ca* 64–65 secundum] singulam *Ca* secundam *Sh* 65 substantiam] subiectum *P1P2* 66–68 quae – collectione *hom. Pi* 66 dicitur] dicit *lp* 68 est *om. CaP1P2*

1–2 Arist., Phys. l. 4 c. 12 (220 b 32–221 a 1); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 180 v. 14; l. 4 c. 11 (219 b 1–2, 220 a 24–26); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 175 v. 16 sq.; p. 178 v. 15. – 4–5 Cf. Adamus Pulchrae Mulieris, Liber de intelligentiis n. 50 (ed. Baeumker, p. 60 v. 4 sqq.) et n. 56 (p. 68 v. 10 sqq.); Arist., Phys. l. 4 c. 2 (209 b 1–7), transl. arab.-lat. cf. Averr., Phys. l. 4 comm. 14 sq. (Venetiis 1562 t. 4 f. 126E-F et K); Alb., De sex princ. tr. 4 c. 1 (Ed. Paris. t. 1 p. 334b); Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37,1 p. 310 v. 64–65 cum nota; Alb., Ethica l. 10 tr. 1 c. 6 (Ed. Paris. t. 7 p. 613a); Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 258 v. 30. – 8 Avic., Logica pars 1 c. 7 (Venetiis 1508 f. 6ra). – 12–13 Cf. Arist., Eth. Nic. l. 2 c. 9 (1109 a 30–32); transl. Lincoln. Arist. Lat. XXVI,1–3, p. 177 v. 12–14; Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14 p. 135 v. 23–25, spec. v. 23–25 cum notis; Alb., Ethica l. 2 tr. 2 c. 11 (Ed. Paris. t. 7 p. 191b). – 14 Cf. Gen. 4,22. – 22–23 Infra p. 44 v. 18 sqq. – 29 Supra p. 41 v. 21–41. – 44 Supra p. 41 v. 42–p. 42 v. 28. – 50 Supra p. 41 v. 53–p. 42 v. 2.

multorum, qui descendunt de ipso, nisi denominative; dicuntur enim Romani vel Romulei, non Romuli. Genus autem logicum praedicatur substantiali praedicatione de his quorum est genus. In alio etiam est dissimilitudo, quia collectio, quae dicitur genus, est quasi totum integrale ad genus vel in genere illo, cuius quilibet est pars integralis et omnes sunt totum. Genus autem logicum est totum essentiale, cuius quaelibet species est pars subiectiva. In hoc tamen aliquid similitudinis est quod, quamvis genus secundum totam essentiam salvetur in qualibet specie, tamen non salvatur in qualibet specie secundum totum ambitum suae potestatis. Et in hoc habet aliquid similitudinis cum toto integrali potestativo, cuius potestas ex multis potestatibus particularibus integratur.

Cap. 2. De intentione generis philosophica et qualiter praedictis similatur

Sic ergo, ut in civilibus accipitur genus, non utuntur genere philosophi, sed utuntur genere in illa significationis intentione, qua *dicitur genus cui supponitur species* directa et immediata suppositione. Genus enim consequitur differentia, et differentia in genere est potestate, et ideo aliquo modo est sub ambitu communitatis generis; sed tamen non ponitur ut substantia stans sub genere, sed adiungitur lateraliter ad generis determinationem et contractionem. Exit autem de genere ad potestatis ipsius divisionem, et ideo nec differentia divisiva nec etiam differentia constitutiva directe supponitur generi ut substantia stans sub genere. Nec etiam species sic supponitur differentiae, sed differentia constitutiva est in genere ad determinandam generis potestatem | et contrahendam ad speciem constitutam, et sic quasi lateraliter venit ad speciem. Propter quod non supponitur generi ut quid generis, sed ut quale quid, nec est super speciem ut quid speciei, sed potius ut quale quid sit species. Et ideo differentia non est, cui supponitur in ordine naturae species, sed potius est speciei et generis. Quamvis autem individuum generi supponatur, non tamen immediata substat positione. Adhuc nec substat; genus enim non contrahitur in ipso per se, sed species. Nec in eo contrahitur species, sed potius secundum esse dividitur divisione materiae et divisione accidentis individuantis; quod non proprie est substare in ordine substantis et superstantis, sed est diffusio substantis ad multiplicationem materialem. Proprium etiam est post speciem secundum naturae ordinem. Nec etiam proprium secundum quod proprium substare habet, sed potius inesse, et plus illo accidens.

Et ideo solum genus est per se et proprie, *cui supponitur species*. Genus enim cum dicat ordinem superioris ad inferius apud philosophos, optime notificatur sua significatio, quando determinatur per id ad quod dicit ordinem. Et cum determinetur significatio generis apud philosophos, *fortasse* haec intentio dicta est sic, quia in hac intentione habet *similitudinem* quandam ad genus dictum in civilibus secundum utramque PRAEINDUCTARUM intentionum. Genus enim sic dictum *principium quoddam est specierum, quae sunt sub ipso*, non quidem materiale, sed etiam effectivum, ut pater. Pater enim est, ut dicit ARISTOTELES in IX ETHICORUM, qui alterum se habet in filio. Id enim quod sui habet in filio formali effectivo, est totus pater. Pater enim totus secundum principium formativum est in semine, ut artifex in artificiato. Propter quod etiam PLATO opinatus est semen esse parvum animal, quod egreditur a generante et quod est ut parvus pater quantitate, sed totus et integer pater virtute. Et similiter genus est totum in specie secundum substan-

Arist. Lat. 6,21–26 (Busse 2,10–15) Aliter autem rursus genus dicitur cui supponitur species, ad horum fortasse similitudinem dictum; et enim principium quoddam est huiusmodi genus earum quae sub se sunt specierum; videtur etiam multitudinem continere omnem quae sub eo est. Tripliciter igitur cum genus dicatur, de tertio apud philosophos sermo est.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 31 *Ca* f.9va

1 descendunt] descenderunt *F1Pi pavlp* 3–4 praedicatione] ratione *Pi* 6 illo *om. pavlp* | quilibet] quodlibet *F1* 10 quod] quia *F1V1Pi pavlp* | genus] logicum *add. Pi pavlp* 10–11 salvetur] salutem *Ca* 12 in *om. pavlp* 13–14 potestativo] praedicativo *pavlp* 14 cuius] quidem *add. V1* | potestas] potestatis *Ca* 14–15 particularibus] particularis *Pi pavlp* 16–17 intentione – similatur] genere philosophico et quomodo assimilatur aliis *lp* 17 similatur] simulatur *P1* assimilatur *Sh* 18 Sic] hic *P1P2* 20 qua] quae *F1* | genus] est *add. P1P2F1V1Pi pavlp* 22 differentia[1]] differentiam *vlp* 24 ut *om. F1* | substantia stans] substans *lp* 26 Exit] erit *pavlp* 29 substantia stans] substans *F1* 31–32 contrahendam] contrahendum *CaP1P2 pavlp* 32 sic *om. lp* 34 sed] vel *CaP1P2Pi pavlp* 34–35 nec – quid *hom. Pi pavlp* 35 sit] sicut *P1P2V1Pi pavlp* 37 potius] totius *pavlp* 38 individuum] indivisionum *CaP1P2* 39 immediata] immediate *lp* | substat[2]] subsistit *pavlp* 40 per] pro *Pi pavlp* | sed] per *add. F1* 41 potius secundum *om. V1* 42 accidentis] et *add. pavlp* 44 sed – substantis *om. V1* | diffusio] vel distensio *add. F1* | substantis[2]] et superstantis *add. Pi pavlp* alias suprastantis *in marg. F1*[1] 45 materialem] materiae *F1* | etiam] autem *P2* 46 etiam] est *CaP1P2* ad *Pi* 47 secundum *om. CaP1P2* | quod *iterav. Ca* 48 inesse – illo] in esse et post illud *pavlp* 51–52 significatio] significatione *Pi* 53 significatio] significatum *Pi* 55 ad genus] agentis *CaP1P2* 59 sed] nec *add. V1* | etiam *om. F1* 60 IX] decimo *F1 pa* alias nono *in marg. F1*[1] 12 *Pi* 8 *lp* | alterum se] aliquid sui alterum se *V1* aliquid sui *pavlp* 61 quod] aliquid *add. pavlp* 62 totus[2]] totius *lp* 63 ut *om. Ca corr. Ca*[1] 64 opinatus est] opinatur *P1P2V1Pi pavlp* 67 genus *om. P2*

12–15 Cf. infra p. 72 v. 77 – p. 73 v. 15. – 56–57 Supra p. 41 v. 21 – 41. – 60 Cf. Alb., Super Matth. Ed. Colon. t. 21 p. 177 v. 28–29; infra p. 56 v. 51–53. – 64 Cf. Arist., De gen. animal. l. 1 c. 18 (722 b 4–5); transl. Guillelmi Arist. Lat. XVII,2.v p. 20 v. 7–8; Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 354 v. 20–22; Alb., De nat. et orig. an. Ed. Colon. t. 12 p. 30 v. 50 sqq.; Alb., De animal. l. 16 tr. 1 c. 5 n. 31 (ed. Stadler p. 1076); Alb., Probl. determ. Ed. Colon. t. 17,1 p. 60 v. 78–80 nota 78.

tiam, a quo etiam producitur differentia formans speciem et constituens in esse formato. Et sic genus est sicut generationis principium, quod in ANTEHABITIS principalem diximus esse generis significationem in civilibus. Est autem etiam principium ut 'locus' speciei, in quo fundatur species secundum substantiam, et ex eo determinatur species ad quid et substantiam per se substantem et in alio quodam fundatam, sicut res fundatur in loco suae generationis et salvatur. Propterea differentia non habet loci similitudinem, quia ipsa constitutiva existens fundatur in alio quodam; et magis illa proprium et accidens. Species autem est locatum in genere, et non locus. Solum igitur genus est ad speciem se habens ut pater et ut locus, prout pater et locus generationis sunt principia. Habet autem etiam similitudinem ad genus, quod in civilibus secundario dicitur 'quodammodo habentium se ad aliquid et ad se invicem', in hoc quod genus, in eo quod genus est, necessario *continet multitudinem* quandam specierum, quae sunt *sub eo*.

Non potest esse genus unius solius speciei contentivum, eo quod species non exit a genere nisi per oppositas differentias divisivas, quae, cum adiunctae fuerint generi, plures et oppositas constituent species de necessitate. Non sic autem se habet species ad individuum. Non enim species sui divisione vel suae potestatis divisione constituit individuum, sed tota est in individuo per substantiam et potestatem. Unde materiae determinatione et accidente individuante individuatur. Solum igitur genus ambiens species multitudinem continet in una generis natura. Differentia enim, cum se habeat ad genus ut divisiva, non est continens, sed separans et in multitudinem agens. Proprium autem cum sit consequens speciem, et accidens commune consequens individuum, continentis non possunt habere rationem, sed potius sunt contenta in aliis secundum suum esse et rationem.

Cum autem *tripliciter* in usu loquentium *dicatur genus, de tertio est sermo apud philosophos* et in philosophia; quod, ut DICTUM EST, *fortasse dictum* est *ad similitudinem* aliorum. Dico autem 'fortassis', ne videatur alicui dissimile propter duas dissimilitudines in PRAECEDENTI CAPITULO determinatas. Et hoc quidem summatim perstringere possumus, dicendo quod aliter quam in civilibus *rursus genus* esse *dicitur cui supponitur species, ad horum* generum, quae in civilibus dicta sunt, *fortasse similitudinem* quandam sic *dictum*. Nomen enim generis a civilibus | ad philosophiam translatum est. Est enim genus *principium quoddam specierum huiusmodi*, quale primus et communis pater et quale est communis locus, ut EXPLANATUM est. Et sic habet similitudinem cum intentione PRINCIPALI. *Videtur etiam* genus in una natura communi omnem *multitudinem* specierum, *quae sub eo est continere*, et in hoc habet similitudinem cum SECUNDARIA generis significatione. *Tripliciter igitur cum* sic *dicatur genus, de tertio* modo suae significationis *apud philosophos* de genere *sermo est.*

Cap. 3. De generis, quod apud philosophos est, diffinitione vel descriptione

Genus ergo cum tripliciter dicatur, apud philosophos secundum tertiam sumitur suae significationis intentionem. Et secundum hanc generis intentionem DESCRIBUNT genus *dicentes* quod *genus* est *quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid est praedicatur*. Quae descriptio est generis, prout 'genus dicit ordinem unius ad alterum sicut superioris ad inferius', non simpliciter, sed in ipsa re, quae sic ordinatur, sicut animal est genus et corpus animatum et substantia. Substantia enim et vivum et animal sunt ea, quibus accidit genera esse. Sed generalitas, quae est in ipsis, rationem dicit huius ordinis sive habitudinis, quibus ordinantur ad sua inferiora. Propter quod in ANTEHABITIS dictum est quod genus est, 'cui supponitur species' sive specierum multitudo.

In omnibus communibus substantialibus sic est, quod ex ipsa communitate, qua unum substantialiter est in

Arist. Lat. 6,25–7,2 (Busse 2,14–17) Tripliciter igitur cum genus dicatur, de tertio apud philosophos sermo est, quod etiam describentes adsignaverunt genus esse dicentes quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid sit praedicatur, ut 'animal'.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 45 *Ca* f.9vb

1 quo] qua *pav* 4 diximus] dicimus *pavlp* 5 autem *om. V1* 6 eo *om. CaP1P2* hoc *F1Sh* 9 Propterea] propter *Ca* prima *P1* propter quod *F1Sh* 11 illa] illo *CaP2* in illo *P1 om. pavlp* 12 est] quid *lp add. pav* 13 igitur] autem *Pi* | genus *om. CaP1P2Sh* | speciem] ipsum *pa* ipsam *vlp* 20 Non] nec *V1Pi pavlp* enim *add. F1* 22 adiunctae] ad invicem *P1* 22–23 adiunctae – generi] eductae fuerint a genere *pavlp* 25 sui] sua *Pi* 25–26 vel – divisione *hom. P1 lp corr. P1*[1] 25 suae *om. Pi pav* 27–28 determinatione] determinatio *CaP1P2* 28 et] ex *P1P2Pi pavlp* 29 species] in *add. pa* et *add. vlp* | continet] continetur *pavlp* 31 et *om. CaP1P2* 34 possunt] potest *F1 pavlp* 39 alicui] aliter *pavlp* | propter] proprie *CaP1P2* 44–45 Nomen – generis] non enim genus *pa* hoc enim genus *vlp* 46 enim] igitur *P1P2V1Pi* ergo *pavlp* 46–47 primus et] Priamus est *pavlp* 48 explanatum] exemplificatum *V1* 49 etiam] enim *P1P2F1V1 pavlp* 50 eo] ipso *P1P2V1Pi pavlp* 53 est] Explicit capitulum *add. P1* 54 De generis *om. Sh* 54–55 generis – descriptione] diffinitione vel descriptione generis physici *lp* 54 quod] quae *V1* | philosophos] perypateticos *Sh* 56–57 secundum – sumitur] sumit *F1* 58 Et] eo *CaP1P2* 59 quod[1] *om. Pi pavlp* 65 ea] ita *CaP1* ista *P2* 70 omnibus] enim *add. F1V1* 71 ipsa] una *F1*

3 Supra p. 41 v. 42–p. 42 v. 13, p. 42 v. 29–44. – 5–9 Cf. supra p. 41 v. 50–p. 42 v. 5. – 16–17 Cf. Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p. 6 v. 2–3); supra p. 41 v. 56–57, p. 41 v. 21–28. – 20–24 Cf. infra p. 73 v. 23–44. – 38 Supra p. 44 v. 54–57. – 40 Supra p. 43 v. 63–p. 44 v. 9. – 48 Supra p. 44 v. 57–p. 45 v. 15. – 49 Supra p. 41 v. 46–p. 42 v. 13, p. 42 v. 29–44. – 51 Supra p. 41 v. 21sqq. – 58 Cf. Arist., Top. l. 1 c. 5 (102 a 31–32); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 10 v. 14–15. – 61–62 Supra p. 44 v. 50–51. – 68 Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p. 6 v. 21); cf. supra p. 44 v. 20.

alio, aliae plures resultant 'analogiae sive proportionis communitates'. Ex hoc enim quod animal est in homine et de homine et est in asino et de asino, et sic de aliis speciebus: ex simili quidem respectu animalis ad species suppositas resultat, quod est commune et universale ut genus, quia generis nomen est animali impositum a tali respectu. Et ex simili respectu hominis et asini et aliorum ad animal, quae omnes species participant animal nomine et ratione, surgit communitas alia, qua unumquodque inferiorum sic superius respicientium dicitur species. A talis enim respectus similitudine imponitur nomen speciei. Et sic est in respectu individuorum ad speciem. Ex simili enim respectu huius ad hominem et illius et alterius, et sic de aliis, efficitur quod hic est suppositum hominis et ille et omnes alii. Ex hoc autem quod una similitudine in quolibet natura communis determinatur, quilibet dicitur particularis homo. Et ex hoc quod similiter omnes accidente discernente particulant naturam communem, quilibet dicitur individuum. Et sic ex respectibus naturae communis ad inferiora et respectibus inferioris ad superius multae causantur communitates, et secundum quodlibet nomen fit universalis praedicatio. Quia tamen unum solum est, quod nomine et natura et ratione praedicatur, unum solum est id quod est genus, et aliae sunt praedicationes per modum generis praedicatae per accidens, quod accidit praedicato vel subiecto ex tali respectu ad invicem vel tali ad superius. Et ex tali est quod, cum dicitur 'homo est animal, homo est species, ergo animal est species', vel 'homo est animal, animal est genus, ergo homo est genus', vel 'Socrates est homo, Socrates est individuum, ergo homo est individuum', in omnibus enim talibus est fallacia accidentis. Talis enim communitas ab accidente causatur, quod fundatur in modo respectus superioris ad inferius vel inferioris ad superius vel etiam ex respectu particularis ad naturam communem. Qui omnes respectus ex hoc causantur, quod natura communis intelligitur in natura minus communi, quae est species vel individuum. Et ideo patet quod non sequitur: 'genus praedicatur de pluribus differentibus specie, ergo genus est genus'; et sic iretur in infinitum. Soli ergo ei, quod est genus per naturam quae est in pluribus differentibus specie, convenit esse genus, ita ut genus dicat rationem ordinis et praedicationis; animal autem, id quod est sic praedicatum ut genus.

Attende autem, quod praedicare idem est quod attribuere per notam compositionis. Quando enim unum alteri attribuitur mediante compositione, quam significat verbum 'est', tunc praedicatur; et quando unum ab altero dividitur mediante negatione talis compositionis – sicut cum dicitur 'homo non est lapis' – tunc dividitur ab eo. Et hoc fit intellectu componente vel dividente. In re enim ipsa sine nota compositionis vel divisionis unum in altero est vel non est, sed intellectus componens vel dividens hoc sine nota compositionis vel divisionis hoc significare non potest. Et ut hoc significet, invenit modum compositionis unius cum alio vel modum divisionis unius ab alio. Et hoc est praedicare unum de | alio vel negare unum ab alio. Fit autem quandoque essentialiter, quandoque autem accidentaliter. Essentialiter quidem, quando intellectus unum accipit in alio per naturam et substantiam. Et hoc tripliciter contingit: aut enim accipit ut priorem naturam in posteriori, aut naturam in materia determinatam, aut convertibile et idem. Primo quidem modo praedicatur ut genus, secundo autem ut species, tertio autem modo ut diffinitio de diffinito. De differentia vero INFERIUS tractabitur.

Genus igitur est id quod dicto modo praedicatur. Non enim aliquod commune substantiale, per quod diffiniatur genus, potest poni, quia sic omni generi superponeretur substantiale commune; quod non est verum. Quando enim dico 'animal est quod praedicatur de pluribus differentibus specie', et si quaeras, quid est animal, dico quod animal est vivum sensibile, quod de pluribus

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 58 *Ca* f.10ra

1 alio] alia *F1* alias alio *in marg. F1*[1] | resultant] residiant *Ca corr. Ca*[1] | analogiae] communitates analogicae *F1* analogicae *Pi* 4 quidem] quidam *pa* quodam *vlp* 6 generis] generalitas *CaP1P2F1Sh* 7 respectu[1]] et sic de specie *add. V1Pi pavlp* | ex] de *pavlp* 8 quae] quod *CaP1P2Sh* quia *F1* | species] quia *add. pavlp* | animal[2]] animalis *F1Pi pavlp* 9 qua] quia *Pi pavlp* 11 A] ad *pavlp* | talis] tali *F1* | similitudine] similitudinem *pavlp* 12 Et] eo *CaP1P2 corr. P2*[2] 13 huius] istius hominis *F1* 14 hic] hoc *F1 pa* haec *v* 15 ille] illi *vlp* 16 quolibet – communis] qualibet natura commune *pavlp* 18 particulant] particulatione *Ca corr. Ca*[2] particularizant *F1* particula *P1P2* particulariter *pavlp* 19 communem] determinantur *add. lp* 24 ratione] generis *add. V1Pi pavlp* 26 praedicatae] praedicativae *F1* 27 ex] vel *F1* 28 tali] hoc *F1ShV1* | quod] non sequitur *add. Pi pavlp* 29 animal[1]] et *add. pavlp* 30 est[3] *om. Ca* 31 est[1] *om. Ca* 32 enim *om. V1* 33 enim *om. CaP1P2F1Sh* 35 inferioris] inferiorum *Ca* | ex *om. pavlp* 40 specie] speciebus *lp* 41 iretur] ibitur *Ca corr. Ca*[1] | ergo ei] ei *pav* enim *lp* 42 per] unam *add. V1* 42–43 quae – genus *om. P1* 44 id] secundum *praem. F1* 45 praedicatum] praedicatur *F1* praedicatur *add. ShV1Pi pavlp* 46 Attende] attendendum *F1* 48–49 significat] hoc *add. F1Pi pavlp* 49 et quando] quando autem *F1* 51 sicut] dicitur *add. P1* | tunc] lapis *add. pavlp* 52 fit] in *add. F1V1Pi pavlp* 55 hoc[1]] haec *ShPi* hic *pavlp* | hoc[2]] haec *Sh om. F1V1* 57–58 vel – alio *hom. pavlp* 59 autem] hoc *add. F1V1Pi pavlp* 60–61 quidem] autem *pavlp* 61 intellectus – accipit] unum accipitur *Pi pavlp* | unum *om. P1* 61–62 naturam] naturas *P1P2* 63 aut] ut *add. P2*[2] 63–64 naturam] communem *add. Pi pavlp* 64 aut] ut naturam *F1* ut *add. P2*[2] | convertibile] convertibilem *F1 pavlp* 65 idem] in convertibili *add. Pi pavlp* | modo *om. CaP1Sh* 66 autem[2]] vero *Pi pavlp* 69 substantiale] habet *add. F1* 70 genus] nec *add. F1* 70–71 superponeretur] supponeretur *P1F1Pi lp* supraponeretur *Sh* 73 et *om. F1V1* | quaeras] quaeratur *F1*

1–2 Cf. supra p. 39 v. 40–43. – 28–33 Cf. Alb., De praedic. tr. 1 c. 6 (Ed. Paris. t. 1 p. 162a); – 33 Cf. Arist., De sophist. el. c. 4 (166 b 22); transl. Boeth. Arist. Lat. VI,1–3 p. 11 v. 1. – 47–49 Cf. supra p. 18 v. 18–20 cum nota p. 18 v. 20. – 67 Infra p. 78 v. 1sqq., spec. p. 79 v. 36–48, p. 92 v. 54–57.

differentibus specie praedicatur. Sed cum dico 'genus est quod praedicatur de pluribus differentibus specie', si quaeratur, quid est genus, non possum assignare, quid sit genus per aliquid communius illo, quia, sicut iam ante DICTUM EST, genus est nomen impositum ab accidente, quod est ratio ordinis et respectus superioris naturae ad inferiorem, in qua est substantialiter et accepta in intellectu ipsius. Et id nomen transcendens est, nec potest notificari per aliud significationis certae nomen aliquod, sed oportet quod notificetur per infinitum, hoc est, per nomen significationis non diffinitae, dicendo 'genus est quod praedicatur'. Et est idem ac si diceretur: 'illud, quod praedicatur de pluribus differentibus specie, vocatur genus'. Quamvis 'illud', inquantum infinitum est, ignotum sit et incertae significationis, tamen determinatum per adiuncta finitum efficitur et certae significationis. Et sic poni potest in notificatione descriptionis vel etiam diffinitionis. Quod autem additur 'de pluribus differentibus specie' est ideo, quia genus ad speciem non deducitur nisi divisum per differentias, quae, cum oppositae sint et divisivae respectu generis, constitutivae autem respectu speciei, oportet plures esse. Differentia divisiva, ut dicit DAMASCENUS, est causa numeri formarum, sicut divisio per materiam est causa numeri individuorum. Et ideo communitas generis ambit species constitutas oppositis differentiis.

Quod si etiam poneretur, quod non esset nisi una species, ut diceremus non esse nisi hominem et nullam speciem animalis, adhuc praedicaretur animal de homine ut genus, quia de potestate et ambitu naturali animalis est et de aptitudine generis, quod dividatur oppositis differentiis. Non enim solum universale est quod praedicatur, sed quod aptum natum est praedicari de multis, ut iam in ANTEHABITIS dictum est. Et si illa multa differunt formis – quam differentiam et numerum facit divisio differentiarum, quae potestatem naturae dividit primo et per se – tunc praedicatur de pluribus differentibus specie, quia genus differentiis dividitur divisa sua potestate. Alia enim potestate genus est in specie una et alia potestate est in specie alia. Et non talis est divisio speciei per materiam; eadem enim potestate species est in uno individuo et in alio, nec est divisa secundum potestatem naturae illius, quae species est et dicitur, sed est divisa secundum esse integra manente sua naturali potestate in quolibet individuorum.

Quod autem additur *in eo quod quid est*, ideo additum est, quia omne superius, quod per essentiam et nomen et diffinitionem est in inferiori, quid est ipsius, secundum quod quid est quiditas. Et si aliquis dicat quod non est tota quiditas, dicimus quod est totum esse ipsius, sed non est perfectum esse ipsius speciei. Totum enim esse est in potentia, et nihil est de esse, quod in potentia non sit ante ultimum actum, ad quem terminatur motus potentiae. Esse autem in potentia est esse in genere, et haec est causa vera, quod genus praedicatur; non ideo tantum, quia est forma, sed ideo, quia est forma et secundum aliquem modum totum esse dicit. Et quod sic se habet ad subiectum, praedicatur de illo non per denominationem accidentalem, sed essentiali praedicatione.

Et hoc est quod a MULTIS dicitur, quod est forma partis quae non praedicatur, et est forma totius quae praedicatur. Sed oportet addere quod forma, quae praedicatur, totius sit et totum esse significet ut totum esse in potentia vel in actu, et non significet essentiam, cuius illud esse est proprius actus. Animalitas enim non praedicatur nec etiam humanitas, quamvis animalitatis esse sit animal et humanitatis esse sit homo. Taliter igitur designata forma totius esse praedicatur, et non aliter. Anima enim sensibilis loco animalis posita non praedicatur, quia animal non est anima sensibilis; et similiter anima hominis non praedicatur de | homine. Hae enim dicunt formam partis, et non totius esse. Animalitas autem et humanitas non praedicantur de his quorum formae sunt. Non enim designant formas ut

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 71 *Ca* f.10rb

2 est] illud *add. F1* 3 possum assignare] potest assignari *V1* 4 sit] est *P1P2V1Pi pavlp* 5 ante *om. Pi lp* 7 accepta] intellectum acceptum *Pi* acceptum *pavlp* 8 id] ideo *praem. F1* 9 significationis] notificationis *F1* 11 significationis – diffinitae] significans non diffinite hoc modo *F1* 13 illud] qui per illud est *CaP1P2* quod *praem. F1* est *add. Sh* | specie] illud *add. CaP1P2F1* 14 vocatur genus *om. Pi* | Quamvis] autem *add. P2*^{2}*Pi* 15 est *om. P2 pavlp* 15–17 tamen – significationis *hom. pavlp* 15–16 determinatum] determinant *P1* 16 adiuncta] additamenta *F1* | et certae] incertae *P1* 17 descriptionis] descriptione *P1* 18 etiam *om. lp* 19 est] et *Ca* 20 nisi] non *P2* 21 divisivae] divisae *CaP1ShPi* diversae *pa* 22 esse *om. Ca corr. Ca*^{1} 22–23 Differentia – divisiva] differentias divisivas *P2F1* alias species *in marg. F1*^{1} 23 numeri] materiei *pavlp* 28 nisi] unum *add. F1* | nullam] aliam *add. F1Pi pavlp* 30 naturali *om. ShV1* 31 generis] quae cuius *Ca* ipsius *F1Sh* 33 praedicatur] de multis *add. F1Sh* 34 dictum *om. P1* | multa] nulla *pa* 35 differunt] differant *F1* | et] ut *P1* 36 dividit] dividunt *F1* 40 alia^{1} – alia] alia in alia *Pi pavlp* 42 divisa] divisiva *P2* 42–44 secundum – esse *om. V1* | secundum – divisa] sed *Pi pavlp* 44 divisa] divisiva *P2* | integra] integrum *pavlp* 45 in] est *praem. pavlp* 47 omne] non *CaP1P2Sh corr. P2*^{2}*Sh*^{2} 48 diffinitionem] differentiam *lp* 49 dicat *om. Ca* | quod^{2}] genus *add. P2*^{2} 50 tota *om. P1* | quiditas] speciei *add. F1* | quod] genus *add. P2*^{2} 51 esse^{2} *om. P1* 55 quod] quare *P2* 56 ideo *om. Pi pavlp* 58 se *om. CaP1P2Sh* 63–64 ut – actu *om. Pi pavlp* 65 illud esse] illud *Pi om. pavlp* 67–68 Taliter – esse] talis ergo forma designans formam totius et esse *pavlp* 69 enim] et *pavlp* 71 non *om. CaP1P2Sh corr. P2*^{2}*Sh*^{2} 72 Hae] haec *P1P2F1ShV1Pi pavlp* | dicunt] dicit *Pi pavlp* 73 praedicantur] praedicatur *CaP1 pavlp*

5 Supra p. 18 v. 26–29, cf. etiam infra p. 53 v. 8–26. – 23 Cf. Ioh. Dam., De fide orth. l. 3 c. 8 (c. 52) (ed. Kotter p. 127 v. 12–14); transl. Burg. c. 81 (ed. Buytaert p. 291 v. 47–48). – 24–25 Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 191 v. 11–14 et p. 504 v. 60; Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 32 v. 32 et p. 567 v. 35 sq. – 34 Supra p. 17 v. 39–43. – 60 Cf. Avic., Phil. prima tr. 5 c. 6 (Avic. Lat. [V-X] p. 280 v. 68 sqq.); Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 15 v. 65–71.

esse subiecti, de quo praedicantur, sed ut essentias. Animal autem et homo praedicantur, quia designant formas ut esse totum subiecti vel in potentia vel actu: subiecti, dico, de quo praedicantur. Et sic etiam in formis accidentalibus omnibus. Et ideo risibile et non risibilitas, et homo albus est et non albedo.

Hoc est igitur, quod dicitur quod *genus* est quod *praedicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid est*; quod enim 'quid est' esse ipsius est, de quo praedicatur. Et ideo genus est universale, quod immediata et substantiali praedicatione est in multis speciebus et de multis.

Sic ergo demonstratum est quod genus est universale et inter universalia est primum, et qualiter communitas generis differt ab aliis communitatibus posterioribus ab accidentibus denominatis.

Cap. 4. Quod diffinitio data de genere nec abundat nec deficit in aliquo

Quod autem INDUCTA generis diffinitio ab omnibus aliis separetur et in se nec superfluum aliquid contineat nec in aliquo deficiat, sic probatur. *Eorum enim quae praedicantur, quaedam quidem de uno solo* praedicantur, *ut individua ut Socrates* et Plato et per nutum demonstrationis appropriata, ut *hic* et haec *et hoc*, secundum omnem modum demonstrationis ad hoc singulare. *Alia vero de pluribus* praedicantur *quemadmodum genera et species et differentia et proprium et accidens*, quae sunt universalia. Dico autem 'accidens', quod est *commune* accidens, et *non proprium* alicui individuorum.

Accidens enim uni individuo proprium est accidens quod vocatur individuans. Et hoc, quia soli convenit, de uno solo praedicatur, ut socratitas vel Socratis accidens, quo homo individuus efficitur. Dicimus enim: 'Socrates est Socrates', et 'Plato est Plato', et 'hic est hic et non alius', et 'haec est haec et non alia', et 'hoc est hoc et non aliud'. Vel etiam: 'aliquis homo est aliquis homo et non alius'. Sed cum dicimus: 'homo est animal', dicimus cum hoc quod asinus est animal, et multa alia. Et similiter in specie dicimus, quod Socrates est homo et quod Plato est homo et multi alii; et quod Socrates est rationale, et Plato, et multi alii. Et similiter est de proprio et accidente, quorum quodlibet de pluribus praedicatur. Ab hoc ergo quod *de pluribus praedicatur*, habet genus, quod est universale, et *differt ab eo* quod est singulare, quod *de uno solo praedicatur*.

Quod autem dico particulare sive singulare praedicari de se et de uno solo, non est proprie dictum, quia proprie loquendo, ut in PRAEDICAMENTIS dicit Aristo-

Arist. Lat. 7,2–8,16 (Busse 2,17–3,20) Eorum enim quae praedicantur alia quidem de uno dicuntur solo, sicut individua sicut Socrates et hic et hoc, alia vero de pluribus, quemadmodum genera et species et differentiae et propria, et accidentia communiter sed non proprie alicui. Est autem genus quidem ut 'animal', species vero ut 'homo', differentia autem ut 'rationale', proprium ut 'risibile', accidens ut 'album', 'nigrum', 'sedere'.
Ab his ergo quae de uno solo praedicantur differunt genera eo quod de pluribus adsignata praedicentur, ab his autem quae de pluribus: ab speciebus quidem quoniam species, etsi de pluribus praedicantur, sed non de differentibus specie, sed numero (homo enim cum sit species de Socrate et Platone praedicatur qui non specie differunt a se invicem sed numero, animal vero cum genus sit de homine et bove et equo praedicatur qui differunt a se invicem et specie quoque, non numero solo); a proprio vero differt genus quoniam proprium quidem de una sola specie, cuius est proprium, praedicatur et de his quae sub una specie sunt individuis (quemadmodum risibile de homine solum et de particularibus hominibus), genus autem non de una specie praedicatur sed de pluribus et differentibus; a differentia vero et ab his quae communiter sunt accidentibus differt genus quoniam, etsi de pluribus et differentibus specie praedicantur differentiae et communiter accidentia sed non in eo quod quid sit praedicantur sed in eo quod quale quid sit (interrogantibus nobis enim illud de quo praedicantur haec, non in eo quod quid sit dicimus praedicari sed magis in eo quod quale sit; interrogati enim qualis est homo, dicimus 'rationalis', et in eo quod qualis est corvus dicitur quoniam niger; est autem 'rationale' quidem differentia, 'nigrum' vero accidens; quando autem quid est homo interrogamur, 'animal' respondemus; erat autem hominis genus animal).
Quare "de pluribus praedicari" dividit genus ab his quae de uno solo eorum quae sunt individua praedicantur, "differentibus" vero "specie" separat ab his quae sicut species praedicantur vel sicut propria, "in eo" autem "quod quid sit praedicari" dividit a differentiis et communiter accidentibus quae non in eo quod quid sit, sed in eo quod quale est vel quodammodo se habens praedicantur de his de quibus praedicantur. Nihil igitur superfluum neque minus continet generis dicta descriptio.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 de – praedicantur *om. Pi pavlp* 1–2 sed – designant *om. P2* 3 subiecti] de quo praedicantur *add. F1* | vel[1]] quia omnia *add. Ca exp. Ca[1]* | vel[2]] in *add. P1F1V1Pi* 4 etiam] est *add. F1* 5 ideo] est *add. F1Sh* homo est *add. V1Pi pavlp* | risibile] risibilis *Pi pavlp* 9 est[1]] et *add. pavlp* 13 est *om. F1Pi pavlp* | est primum *om. P2* 16 4] quintum *V1* 16–17 data – aliquo] generis nec abundet nec deficiat et eius declaratio *lp* 19 aliquid] aliquod *pavlp* 23–24 appropriata – demonstrationis *hom. V1* 31 socratitas] Socrates *Sh pavlp corr. Sh[2]* 32 individuus] Socrates *add. F1* | Dicimus enim] dicendo *pavlp* 33 Plato est] non *V1* 33–34 et[3] – alius *om. CaP1* 34 et[1] – alia *om. V1Pi pavlp* 36 dicimus[1]] quod *add. V1* | dicimus[2]] et *praem. Pi pavlp* etiam *add. F1* 38 specie] speciebus *F1* 39 quod[1] *om. Pi pavlp* 39–40 et[2] – alii *hom. V1* 39 est[2] *om. Ca* 40 et[1]] etiam *add. pavlp* 41 et] de *add. pavlp* 42 ergo quod *om. pavlp* 43–44 est[2] – quod] singulare *CaP1P2Sh* 44 quod] eo quod singulare *F1* 45 singulare] regulare *CaP1P2*

61 interrogati] interrogantibus C^q

18 Supra p. 45 v. 59–60.

TELES, 'a prima substantia nulla est praedicatio'. Et hoc probatur ex ratione praedicationis, quae in ANTEHABITIS posita est. Praedicari enim aliquid de alio est hoc in illo et de illo esse et intelligere et per compositionem designare. Cum autem, ut in IV PHYSICORUM dicit ARISTOTELES, 'nihil sit in seipso', non potest prima substantia in seipsa esse et de seipsa, nec proprie potest de seipsa esse designari. Et ideo prima substantia non praedicatur proprie de seipsa. Quando hoc fit quod de seipsa praedicatur, hoc fit quoad nos et non secundum rem ipsam, nisi forte diceretur, quod in talibus praedicationibus prima substantia secundum id quod est, subicitur, et secundum id quo est idipsum quod est, praedicatur. Sic enim aliqua diversitas subiecti et praedicati, et sic praedicatum intelligitur ut esse in subiecto et esse de ipso. Et sic etiam in omnibus, ubi idem de se praedicatur. Et sic intelligitur, quod dicit BOETHIUS quod nulla propositio est verior ea, in qua idem de se praedicatur. In illa enim idem, ut quo est, praedicatur de eodem ut id quod est. Et sic concedi potest quod prima substantia de seipsa ut de uno solo praedicatur.

Particulare autem quod de se praedicatur, tripliciter designatur: scilicet ut singulare in nomine, ut Socrates et Plato; secundo, nutu demonstrationis ad hoc, ut hic et haec et hoc – hoc enim nutu demonstrationis ad unum solum non potest nisi de uno solo praedicari –; sed ab ARISTOTELE designatur in PRAEDICAMENTIS ut vagum, ut aliquis homo et aliquis bos. Et de hoc posset esse dubium, utrum de uno solo, an de pluribus praedicatur; est enim Socrates aliquis homo et Plato aliquis homo. Sed hoc in talibus considerandum quod, cum dicitur 'aliquis homo', dupliciter potest considerari hoc quod dicitur 'aliquis homo', scilicet vel ex parte naturae inclinatae ad partem per signum particulare, sed ad partem hanc vel illam non determinatae. Et sic consideratum habet speciei praedicationem aliquo modo – et quoad hoc de pluribus differentibus | numero praedicatur – vel generis praedicationem, ut cum dicitur 'animal quoddam' vel 'aliquod animal'. Sic ergo non praedicatur propria praedicatione, sed naturae, quae ad partem inclinatur. Genus autem est, quod propria praedicatione et immediata 'de pluribus specie differentibus praedicatur'. Potest etiam considerari 'aliquod animal' vel 'aliquis homo' ut particulare sive ex parte particulantis ad partem determinatam, et sic non habet nisi praedicationem partis, et sic non praedicatur nisi de uno solo. Et sic id quod dicitur de particulari quod *de uno solo praedicatur*, intelligitur de propria et immediata praedicatione, et non de illa, quam individuum vagum habet mediante natura communi sive generis vel speciei per ipsum ad partem inclinatae.

Per id ergo quod est *de pluribus* praedicari, *differt genus* a particulari sive singulari, *quae de uno solo praedicantur*, non propria praedicatione, nisi forte unum et idem particulare multis nominibus synonymis designaretur, sicut Socrates filius Deonis crispus et huiusmodi quae synonyma sunt ut ensis, mucro, spata, gladius, sicut dicitur 'Marcus Tullius Cicero'. Nihil prohibet singulare sub uno nomine notius esse quam sub alio, et sic notius praedicari de se, secundum quod est sub nomine minus noto, ut si quaeram, quis sit Tullius, et dicatur mihi, quia Tullius est Marcus. Tunc enim aliquo modo propinquius est 'propriae praedicationi'. Sic ergo genus distinguitur ab individuis per hoc quod est de pluribus praedicari.

A speciebus autem differt genus. Quia quamvis *de pluribus praedicetur*, non tamen praedicatur de pluribus *specie differentibus* quoad naturae aptitudinem, quae, secundum

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 37 *Ca* f.10va

1 a] in *pavlp* | nulla est] non est *F1 praem. V1* 3 aliquid *om. Pi pavlp* 4 et[2] *om. P1F1* 5 in *om. CaP1P2* 6 sit] sed *CaP1P2* est *praem. P1*[1] 7 esse et] nec esse ut *pa* aut esse *lp* | esse[2]] rem *Sh om. P2F1V1* 8 designari] designati *P1* 8–9 ideo – seipsa *om. F1* 9 Quando] sed *praem. V1Pi pavlp* 10 rem] esse *CaP1P2* | rem ipsam] seipsam *Pi* seipsum *pavlp* 11–12 prima substantia *om. Pi pavlp* 13 quo] quod *F1 pavlp praem. CaP1P2Sh* | idipsum] ad ipsum *P1 pavlp* | quod est *om. Pi pavlp* 14 diversitas] esse posset *add. V1Pi pavlp* 15 intelligitur] intelligi *CaP1P2Sh* potest intelligi *V1* | ipso] subiecto *F1* 16 sic[1]] est *add. V1Pi pavlp* | se] seipso *F1 pavlp* | praedicatur] intelligi et esse in subiecto et esse de ipso et sic in omnibus *add. Ca exp. Ca*[1] 18 ea] illa *P2F1* | se] seipso *F1Pi pavlp* 18–19 In – praedicatur *hom. P2* 18 illa] illo *CaP1F1Sh* | enim *om. CaP1Sh* 19 idem] id quod est *Pi* | ut[1]] in *P1* | ut – est] praedicatur (quod praedicatur *pav*) de eodem ut id quo est *Pi pavlp* 20 ut] et *P1F1V1 corr. P1*[1] 21 solo *om. Pi pavlp* 22 se] seipso *Pi pavlp* 24 secundo] modo *add. F1* in *add. pavlp* 26 solo] soli *Ca* 27 sed] aliter *add. F1* tertio *add. Pi pavlp* | ab Aristotele] aliarum *CaP1P2* 28 posset] potest *pavlp* 29–30 praedicatur] praedicetur *F1V1Pi pavlp* 30 et] non *add. l* 31 hoc] hic *F1* est *Pi pavlp* | talibus] est *add. F1* 32–33 dupliciter – homo *hom. pavlp* 33 quod *om. CaP1P2* | vel *om. F1 pavlp* 34 sed] scilicet *F1 pavlp* 35 illam] habet *add. P2* 38 praedicationem] praedicatione *lp* habet *add. F1* 41 inclinatur] inclinant *pa* inclinat *vlp* 44–45 particulantis] particularitatis *F1* inclinantis *V1* 49 quam] quod *P1P2* 51 inclinatae] inclinata *Sh*[2] inclinante *pav* 52 est – praedicari] de pluribus praedicatur *pavlp* 53 quae] quod *P2F1*[1] *vlp om. pa* | praedicantur] praedicatur *P2 pavlp* 54 non] nam *pavlp* 55 nominibus] modis *P1P2Pi pavlp* | nominibus – synonymis] modis sive nominibus *F1* 55–56 sicut – filius] ut Socrates *Pi pavlp* 56 Deonis] decorus *CaP1P2F1Pi pavlp* Cleonis *V1* 56–57 huiusmodi – dicitur *om. F1* 58 Nihil] nec *F1* enim *add. V1* 61 quaeram] quaeratur *F1V1* | Tullius] talis *pavlp* 61–62 mihi – Tullius] quod *F1* 62 quia] quod *V1 om. pavlp* | Tunc] videtur *pavlp* 63 est] esse *pavlp* | ergo] genero *Ca corr. Ca*[1] | genus] generi *Ca* 68 quae] quia *F1* quod *P1P2*

1 Arist., Cat. c. 5 (3 a 35–36); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p. 10 v. 18–19. – 2 Supra p. 46 v. 46–67. – 5–6 Cf. supra p. 17 v. 10–13 cum nota p. 17 v. 12–13. – 14–16 Cf. Boeth., Quomodo substantiae bonae sunt (De hebdomadibus) (ed. Moreschini p. 188 v. 35–36). – 17 Boeth., In librum De interpr. Ed.I, II, Ed.II, VI (PL 64 387C-D, 628B-C), non tamen ad verbum. – 27 Arist., Cat. c. 5 (2 a 11–14); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p. 7 v. 10–12. Cf. Alb. De praedic. tr. 2 c. 2 (Ed. Paris. t. 1 p. 169a); cf. Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 11 v. 74–82. – 42–43 Cf. Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p. 7 v. 1–2); supra p. 45 v. 72–73, p. 45 v. 59–61. – 56 Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 104 v. 19 (cum nota). – 63 Cf. supra p. 48 v. 45 – p. 49 v. 9.

quod species est, per differentias oppositas formaliter secundum potestatem naturae divisibilis non est, sed in pluralitatem agitur numeralem per materiae propriae divisionem et accidentis individuationem, sicut patet per ANTEDICTA. Et ideo, cum dicitur quod praedicatur *de pluribus differentibus specie*, intelligitur per causam efficientem, ita quod pluralitas formae et speciei facta per differentias constitutivas fecit illa differentia.

Sed si quis sophistice obiciat, quod homo et asinus et leo non differunt, sed conveniunt specie, quia quodlibet illorum species est, erit constructio in habitudine causae formalis, et sic incidit sophisma secundum amphiboliam. Per hoc ergo quod est praedicari *de differentibus specie*, separatur et discernitur genus a specie et praedicatio generis a praedicatione speciei.

A proprio autem *differt genus* sive a proprii praedicatione differt praedicatio generis, in hoc quod *proprium* proprie sumptum, quod 'omni convenit et soli', *de una sola specie*, quam immediate consequitur, *praedicatur* et mediante illa communi specie, per quam transit ad individua, praedicatur *de individuis* illius speciei, sicut *risibile* praedicatur *de solo homine* et de individuis *hominibus*, ut Socrate et Platone. *Genus autem*, non ut consequens, sed ut prius natura *praedicatur de pluribus* speciebus et de individuis illarum specierum, quia quod essentialiter est in subiecto, inferioribus nomen suum dat et rationem. Proprium enim, ut in SEQUENTIBUS dicetur, consequitur speciem et est accidens speciei per commune speciei, quod, quia essentiale est particularibus, nomen et rationem suam dat inferioribus et naturam. Trahitur mediante natura etiam proprium ad particularia et praedicatur de illis ut proprium, sicut de specie. Et talem modum praedicandi non habet genus, sed seipso per hoc quod est in inferioribus, et de inferioribus praedicatur. Sic ergo per idem unum diversimode acceptum – quod est *de pluribus differentibus specie praedicari* – genus differt et a specie et a proprio, quod est accidens speciei.

A differentia vero differt et a communiter accidentibus in eo quod genus praedicatur *in quid*, sed differentia et communiter accidentia praedicantur *in quale*. Quamvis enim etiam proprium in quale praedicetur, cum tamen proprium in duobus differat a generis praedicatione – scilicet in eo quod est praedicari *de pluribus differentibus* specie et in praedicari in quid et non in quale –, tamen primo differt a genere in hoc quod praedicatur *de pluribus differentibus* specie, quam in hoc quod praedicatur in quale. Et hoc probatur per hoc quod, si genus sumatur ut commune, sic est qualitas quaedam speciei. Omne enim commune respectu eius quod subicitur sibi, ut qualitas quaedam est ipsius. Et ideo dividit ARISTOTELES ex opposito quale quid contra hoc aliquid. Et quoad hoc in modo praedicandi non differt a | proprio. Substantialior igitur et prior differentia generis ad proprium est *praedicari de pluribus* specie *differentibus* quam praedicari in quid, sicut DICTUM EST.

Est autem advertendum quod, cum DICITUR differentiam praedicari in quale et communiter accidens in quale, non sumitur uno modo 'quale' nisi in voce et non secundum rationem: maxime et secundum rationem perfectivam 'qualis', tunc 'quale' est qualitatis informatio et dispositio, 'secundum quam quales dicimur'. Et hoc modo 'quale' est quod non convenit substantiae nec alicui generi accidentis nisi qualitati. Alio modo et per posterius dicitur 'quale', quod est consequens quid perfectum. Et hoc modo accidens omne quale est, quod est accidens individui; et tunc dividitur quale contra quid perfectum in esse et substantia. Tertio modo dicitur 'quale', quod est consequens essentialia speciei et naturae; et hoc modo dicitur proprium 'quale'. Et hoc minus habet de quali quam id quod est consequens esse individui. Quarto modo 'quale' dicitur, quod est potentiae determinativum ad esse speciei. Et hoc ideo dicitur 'quale', quia est consequens quid sive subiectum primum, quod est genus rei. Nec dicitur 'quale', quia sit in

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 52 *Ca* f.10vb

3 agitur] agit *pavlp* 7 quod *om. CaP1P2Sh* 8 illa differentia] illam divisionem *F1* alias differentiam *in marg. F1*[1] | differentia] differre *pavlp* 11 illorum] eorum *Pi pavlp* | constructio] contradictio *F1* alias constructio *in marg. F1*[1] 12–13 amphiboliam] amphibologiam *CaP1P2F1Pi pavlp* 13 ergo *om. Pi pavlp* 17 in] per *F1V1* 18 soli] et semper *add. vlp* 21 sicut] li *add. Pi* 22 de *om. V1* | hominibus] hominis *P1P2F1 pavlp* 24 de[2] *om. pavlp* 26 rationem] suam dat inferioribus *add. Pi* 30 Trahitur] et trahit *F1* et *praem. lp* 31 ad] et *F1* | illis] aliis *CaP1P2* 32 Et] tamen *add. Pi pavlp* 33 sed seipso] secundum seipsum *pavlp* 34–35 idem unum] eundem modum *pavlp* 35 unum] nomen *CaP1P2Pi* 36 et[1] *om. V1 pavlp* 38 a *om. F1Pi pavlp* 39–40 et – accidentia] accidentia et communiter *Ca corr. Ca*[1] 40 quale] qualiter *CaP1P2* 41–42 proprium] genus *lp* 42 generis] proprii *lp* 44 et[1]] etiam *add. Pi pavlp* | tamen] cum *pa om. vlp* 45 primo] prius *V1Pi pavlp* | genere] proprio *lp* 45–46 pluribus *om. pavlp* 47 quale] quid *lp* | per – quod] quia *Pi* | sumatur] sciantur *Ca* sciatur *P1P2* consideretur *V1* 48 Omne] esse *CaP1P2Pi pavlp* 51 opposito] proposito *lp* 53 prior] proprior *F1* alias prior *in marg. F1*[1] 54 de] specie *add. Ca exp. Ca*[1] 54–55 de – praedicari *hom. P2* 54 differentibus] generis ad proprium est *add. CaP1* 55 sicut] ut *pavlp* 56–57 differentiam] differentia *V1 om. CaP1P2* | differentiam praedicari] proprium praedicari *Sh* differentia praedicatur *Pi pavlp* 57 accidens] accidentia *Pi pavlp* 58 voce] tantum *add. F1* 59 maxime – secundum] secundum enim *V1Pi pavlp* 60 perfectivam] perfective *CaP1P2* perfectam *F1* | tunc] enim *add. F1* 63 alicui] alicuius *CaP1P2V1Pi pavlp* | qualitati] qualitatis *Pi pavlp* | per *om. pavlp* 64–65 perfectum] perfectio *CaP1P2* esse rei *add. F1* 65 omne *om. Ca corr. Ca*[1] 67 perfectum *om. P1* 70 quali] qualitate *V1* 71–72 potentiae] possibile *V1* 72 determinativum] determinativi in *CaP1P2* 73–74 primum] proprium *V1*

5 Supra p. 47 v. 40–45. – 12–13 Arist., De sophist. el. c. 4 (165 b 26); transl. Boeth. Arist. Lat. VI,1–3 p. 8 v. 8; cf. Alb., De divis. tr. 2 c. 1 (ed. Loë p. 24 v. 30–32). – 18 Cf. Porph., Isag. c. De proprio (Arist. Lat. I,6–7 p. 20 v. 1); infra p. 108 v. 67–68, p. 112 v. 20–22. – 27 Infra p. 108 v. 4–17. – 50 Arist., Cat. c. 5 (3 b 10 sqq.); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p. 10 v. 29 sqq. – 55 Supra p. 50 v. 40–47. – 56 Supra p. 50 v. 39–40. – 61 Cf. Arist., Cat. c. 8 (8 b 25); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p. 23 v. 23–24. – 63–72 Circa diversas qualis acceptiones vide infra p. 95 v. 24–30.

genere qualitatis PRIMO MODO dictae, vel quod sit consequens hoc aliquid vel quod sit consequens quid speciei, sed tantum ideo, quia est consequens quid generis, sicut actus consequens potentiam in eodem, in quo est aliquid secundum potentiam et aliquid secundum actum. Et hoc quantum ad essentiam suam est substantia et substantiae effectivum, licet habeat modum praedicandi in quale, in quantum est quid generis consequens. Et hoc modo differentia praedicatur in quale et convenit cum quali accidentis, in quantum utrumque est quid consequens; quamvis quid, quod consequitur accidens, sit eius quod est hoc aliquid in individuo; quid autem, quod consequitur differentia, est quid generis imperfectum. Ideo differentia consequens est perfectiva potentiae illius secundum substantiam, et quantum ad essentiam est de genere substantiae. Quia vero accidens commune est consequens quid perfectum in eo quod est hoc aliquid, et post hoc aliquid nihil est addibile ei quod est esse secundum substantiam, ideo quale illud remanet in natura accidentis, quod cum sit in aliquo, non est in eo sicut quaedam pars. Quod differentiae, quae consequitur quid imperfectum, convenire non potest; non enim potest consequi quid imperfectum, nisi id quod est pars esse eius in quo est. Sic igitur et tot modis dicitur 'quale'.

Alio etiam modo dicitur 'quale quid', secundum quod dividitur contra 'hoc aliquid'. Et sic 'quale' sumitur a termino infinito, per quem quaeritur: quale? Nec finitur sive determinatur quaestio, quousque stetur in hoc aliquid. Dicentes enim, quod Socrates est animal, quaerimus: quale animal? Et dicimus: homo. Et quaerentes: qualis homo? Dicimus, quia est hic homo. Et sic quodlibet commune quale quid est respectu sui inferioris. Et sic etiam genus non praedicatur quidem in quale nec in quid determinatum, sed praedicatur in quale quid indeterminatum, et similiter species, et in quid determinatum sola praedicatur prima substantia.

Similiter etiam id quod dicitur praedicari 'in quid', dicitur multis modis. Dicitur enim praedicari in quid quod est de natura et modo praedicandi quid. Et hoc est solum illud, quod est de natura sua subiectum, in quo alia fundantur, sicut in prima substantia fundantur et secundae substantiae et accidentia communia, et sicut species in qua fundantur propria, et sicut genus in quo fundantur differentiae. Dicitur etiam 'quid', quod non naturam, sed modum habet illius, sicut genera accidentium praedicantur de sibi subiectis speciebus et individuis, ut dicit ARISTOTELES in I TOPICORUM. Si quis albedine posita dixerit colorem esse, quid est dicit et qualitatem significat. Adhuc autem dicitur praedicari in quid, quod totam dicit subiecti quiditatem, sicut diffinitio de diffinito praedicatur in quid.

Et ex his quae DICTA sunt, facile patet quod *a differentia et communiter accidentibus differt genus* in modo praedicandi, quia, quamvis *differentia de pluribus differentibus specie praedicetur* – ut irrationale, quod de asino et leone praedicatur – et similiter *communiter accidens*, quamvis forte de pluribus specie differentibus praedicetur, ut album de nive et cygno, non tamen differentia et communiter accidens *praedicantur in quid, sed in quale*. Genus autem per seipsum ut subiectum primum in quid et non in quale praedicatur. *Interrogantibus enim nobis, qualis est homo* sive quale animal est homo, *dicimus* respondentes, quia est *rationalis*, differentiam respondentes. Interrogantibus autem nobis, *qualis est corvus*, respondemus, quia est *niger*, communiter accidens respondentes. Est enim '*rationale*' *differentia*, '*nigrum*' *vero* communiter *accidens*. *Quando vero, quid est homo, interrogamur, respondemus, quia est animal*, eo quod animal proximum | subiectum est in esse hominis, in quo fundatur differentia constitutiva. *Animal autem genus hominis est.* Genus igitur in quid praedicatur.

Ex omnibus quae dicta sunt, patet quod id quod PONITUR in diffinitione generis '*praedicari de pluribus*' *dividit*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 68 *Ca* f.11ra

1 qualitatis *om. CaP1P2Pi pavlp* | dictae] dicto *Pi pavlp* | quod] quid *V1* quia *Pi pavlp* 2 hoc – consequens *lac. Pi hom. pavlp* 3 sed] eodem in quo est aliquid *add. Ca exp. Ca*[1] | ideo] idem *CaP1P2* quale dicitur *add. F1* | est] eius *P1P2* | quid] aliquid *Pi pavlp* | generis] speciei *CaP1P2F1Sh corr. Sh*[2] 6 ad] potentiam substantiam et *add. V1* 8 est] effectivum *add. F1* 10 accidentis] accidente *pavlp* | est] ad *add. lp* 11 quid] ad *add. lp* 12 eius] genus *F1* alias eius *in marg. F1*[1] | in individuo] alias in individuis *in marg. F1*[1] | autem] ad *add. lp* 13 generis *om. pavlp* 13–14 imperfectum] et ideo quia est consequens quid imperfectum *add. Sh* 14 est] aliquid imperfectum *add. F1* 14–15 potentiae] potentia *F1* 15–16 essentiam] suam *add. F1* 18 addibile] adhibere *P1P2* addendum *F1* addere *Pi pavlp* 19 remanet] removet *F1* 22–23 convenire – imperfectum *hom. P2V1* 23 quid] et *add. pavlp* 23–24 nisi – modis *iterav. Ca* 26 quale] quid *add. F1* 27 a *om. pavlp* | quale] quali *CaP1P2* 28 finitur] sumitur *pavlp* | sive] nec *P2* | determinatur] terminatur *F1ShV1* | quousque] donec *Pi* 30 quaerimus] dicimus *V1* 30–31 Et[2] – homo *hom. F1* 31 quia] quod *P1P2V1Pi pavlp* 32 quodlibet] quod habet *pavlp* 33 sic *om. Pi pavlp* 34–35 nec – quale *hom. P2* 34 in[1] *om. Ca* 35 similiter] etiam *add. V1* 36 determinatum] determinatur *Ca* 39 de] in *V1* | praedicandi] in *add. pavlp* 44 quid] in *praem. p* 45 genera] genere *CaP1P2* genus *F1* 46 praedicantur] praedicatur *F1* 55 irrationale] rationale *P1P2* 56 communiter] commune *pavlp* 56–57 forte – pluribus] de *Pi pavlp* 58 tamen] etiam *add. F1* | communiter] commune *pavlp* 61–64 qualis – nobis *hom. pavlp* 62 respondentes *om. V1* 62–63 quia – rationalis] quod est rationale *F1V1* 64 quia] quod *F1V1Pi pavlp* | est[2] *om. Pi pavlp* 65 communiter] commune *pavlp* 66–67 Quando – interrogamur] cum vero quid est homo interrogemur *pavlp* 67 quia] quod *F1V1Pi pavlp* 68 esse] eo *CaP1P2ShV1Pi* 71 omnibus] igitur *add. Pi* ergo *add. pavlp* 72 generis] videlicet *add. F1* scilicet *add. Pi pavlp*

1 Supra p. 50 v. 59–63. – 47 Arist., Top. l. 1 c. 9 (103 b 25 sqq.); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 14 v. 16 sqq., non tamen ad verbum. – 52 Supra p. 50 v. 38–40. – 57–58 Album praedicatum de nive et cygno: cf. ex.gr. Arist., Top. l. 4 c. 1 (120 b 36–39); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 65 v. 6–10. – 67–68 Cf. infra p. 53 v. 20. – 71–72 Supra p. 48 v. 18–44, p. 49 v. 52–54.

genus ab his quae de uno solo praedicantur, quae sunt de numero *eorum quae sunt individua*. Hoc autem quod in diffinitione PONITUR '*differentibus specie*' *separat genus ab his* praedicabilibus, quae sunt *species et quae sunt sicut propria*. Quamvis enim proprium etiam assignetur generalissimis, ut ARISTOTELES in PRAEDICAMENTIS dicit, quod proprium est substantiae secundum sui mutationem esse susceptibilem contrariorum, tamen proprie et immediate proprium est speciei, nec assignatur generi nisi per speciem, et sic transit ad genus. Hoc ipsum enim quod est 'esse susceptibile contrariorum secundum sui mutationem' substantiae non convenit nisi per substare; quod primae substantiae, non in quantum est haec vel illa, sed in quantum est substantia maxime convenit. Quod in diffinitione ponitur '*in eo quod quid sit praedicari*' *dividit* genus *a communiter accidentibus et differentiis, quae*, ut DICTUM EST, *non in eo quod quid sit praedicantur, sed in eo quod quale sit* vel quomodo se habet in qualitate.

Patet igitur, ex quo diffinitio dicit omnia quae sunt de esse generis et separat genus ab omnibus aliis universalibus, quae secum dividunt hoc commune quod est universale: *nihil superfluum et nihil* diminutum *continet generis dicta descriptio*. Hoc igitur est, quod dicere intendimus de genere, in quantum est universale praedicabile.

Cap. 5. De capitulari collectione eorum quae de significatione generis dicta sunt

Capitulariter igitur ea quae de generis diffinitione DICTA SUNT, recolligentes dicimus, quod *aliter* quam in civilibus *rursus dicitur genus, cui* immediata et directa linea, non transversaliter, *supponitur species, ad horum* generum, quae in civilibus sunt, *fortasse* aliquam *similitudinem dictum. Huiusmodi enim genus est principium quoddam earum quae* directe *sunt sub se, specierum*. Et in hoc convenit cum acceptione generis SECUNDA. *Videtur etiam* genus sic dictum *omnem multitudinem* specierum et individuorum *continere* in una sua natura et nomine, quod largitur eis. Et sic convenit cum acceptione generis PRIMA.

Tripliciter igitur cum genus dicatur, de tertia acceptione generis *est sermo apud philosophos*. Unde etiam taliter dictum genus *describentes* DICUNT et *assignaverunt* per diffinitionem *dicentes, quod genus est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid est praedicatur, ut 'animal'*, quod de homine et asino in eo quod quid est praedicatur.

Eorum enim quae praedicantur, alia quidem dicuntur de uno solo sicut individua, quamvis haec praedicatio non sit propria, *ut Socrates* et Plato et, ut generaliter dicatur in omni genere individuorum, *ut hic* et haec *et hoc*. *Alia vero* praedicabilium praedicantur *de pluribus, quemadmodum genera et species et differentia et proprium et accidentia communia*, quae non sunt *alicui propria. Est autem* gratia exempli *quidem genus ut 'animal', species autem ut 'homo', differentia ut 'rationale', proprium ut 'risibile', accidens ut 'album', 'nigrum' et 'sedere'* et huiusmodi. *Ab his ergo quae de uno solo praedicantur, differunt genera* per id quod in diffinitione INDUCTA positum est, eo quod ipsa genera per diffinitionem praeinductam *assignata* in *eo quod de pluribus praedicantur*.

Ab his autem *speciebus, quae de pluribus praedicantur*, differunt genera, *quoniam, etsi species de pluribus praedicetur, non tamen praedicatur de* pluribus *differentibus specie* sicut genus, sed praedicatur de pluribus solo *numero differentibus*, non quidem secundum quod numerus est accidens, sed secundum quod numerus est in rebus numeratis, secundum quod dicit ARISTOTELES quod numero differunt quaecumque differunt materiae divisione. *Homo enim cum sit species, de Socrate praedicatur et Platone, qui non specie differunt ab invicem, sed numero* solo et divisione materiae, quia materia Socratis non est materia Platonis. *Animal autem, cum sit genus, de homine praedicatur et bove, qui specie differunt a se invicem, et non numero solo*.

A proprio vero differt genus, quoniam proprium quidem de una sola specie praedicatur, cuius est proprium, immediata et

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

4–6 sicut – generalissimis] propria quamvis etiam proprium assignetur generalissimum *pavlp* 8 susceptibilem] susceptibile *P1P2F1ShPi pavlp* 11 secundum] quod *CaP1P2Pi om. pavlp* 11–12 mutationem] mutatione *P1P2Pi pavlp* 15 Quod] vero *add. F1* 17 praedicantur] praedicatur *lp* 18 vel – qualitate *om. pavlp* 22 continet] contineat *F1* 25 capitulari collectione] recapitulatione *lp* 26 significatione] sermone *lp* 28 recolligentes] colligentes *P1P2V1Pi pavlp* | aliter] alicuius *CaP1P2* 32 dictum] dictam *CaP1P2Pi* 33 in *om. vlp* 35–36 continere] continetur *Ca* 36 sua] sui *Pi pavlp* 37–39 prima – generis] de qua *Pi pavlp hom. V1* 40 per diffinitionem] genus *F1V1 om. Pi pavlp* 42 quod[1] – est] quidem *Ca* 42–43 ut – praedicatur *hom. P1P2 corr. P1*[1] 42 et] de *add. pavlp* 44 dicuntur] praedicantur *Pi pavlp* 49 et[3]] accidens commune sive *add. Pi pavlp* | accidentia] actu iam *P1* 50 quidem] quoddam *F1 om. V1* 52 proprium – risibile *om. V1* | et] iacere *Pi om. Ca* 53 praedicantur] praedicit *Ca* 56 assignata] sunt *add. F1 vlp* 58–59 etsi – praedicatur] non species *Pi* non praedicatur species *pavlp* 59–60 differentibus – pluribus *hom. V1* 60 praedicatur] praedicantur *CaP1P2Sh* 62–63 secundum] propter *pavlp om. CaP1P2* | secundum quod] ut *Pi* 65 et] de *add. P1P2Pi pavlp* 66 solo] solum *vlp* 68 et] de *add. pavlp* 69 solo] solum *Pi pavlp* 70 quidem] est quod *F1* 71 proprium] species *CaP1P2ShPi pa* | immediata] in mediata *P1* mediata *vlp* et *praem. F1*

3 Supra p. 49 v. 66–p. 50 v. 15. – 6 Arist., Cat. c. 5 (4 a 10 sqq., 4 b 2–4); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p. 12 v. 4 sqq., p. 13 v. 3–5. – 17 Supra p. 50 v. 38–40. – 28 Cf. Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p. 6 v. 21–25); supra p. 44 v. 68–p. 45 v. 53. – 34 Supra p. 41 v. 42–p. 42 v. 13. – 37 Supra p. 41 v. 18–41. – 40 Cf. Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p. 6 v. 25–p. 7 v. 2). Cf. supra p. 45 v. 72–p. 48 v. 15. – 44–56 Cf. Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p. 7 v. 2–8); supra p. 48 v. 52–53, p. 48 v. 18–p. 49 v. 65. – 54 Supra p. 45 v. 72–73, p. 45 v. 56–60. – 57–69 Cf. supra p. 49 v. 66–p. 50 v. 8. – 63 Cf. ex.gr. Arist., Metaph. l. 4 c. 6 (1016 b 32); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 93 v. 26; Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 191 v. 11–14 et p. 504 v. 60; Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 32 v. 32, p. 230 v. 56–58 et p. 567 v. 35 sq.; supra p. 50 v. 4–5. – 70–p. 53 v. 6 Cf. supra p. 50 v. 16–37.

consequenti praedicatione *et de his individuis quae sunt* in illa *una specie*, quia per speciem proprium transit ad individua, quorum totum esse formale est ipsa species, *quemadmodum risibile praedicatur de homine solo et de particularibus hominibus*, qui sunt sub homine. *Genus autem non de una specie* sola *praedicatur, sed de pluribus et differentibus* specie. |

A differentia vero differt genus et ab his quae sunt communiter accidentia, quia, etsi de pluribus et differentibus specie praedicantur et differentia et communiter accidens, non tamen *in eo quod quid sit praedicantur, sed in eo quod quale sit.* Cuius ratio est, quia aliquibus *interrogantibus* nos *illud, de quo* ut de subiecto *praedicantur haec*, differentia scilicet et accidens, *non in eo quod quid sit dicimus illa praedicari, sed magis in eo quod quale.* Interroganti aliquo et dicenti, *qualis est homo, dicimus*, quoniam *rationalis.* Et interroganti et dicenti, *qualis est corvus, dicimus, quoniam est niger. Est autem* '*rationale*' *differentia*, quae est essentialis qualitas hominis. '*Nigrum*' *autem est accidens* communiter et corvo et Aethiopi. *Quando autem, quid est homo, interrogamur, respondemus*, quia est *animal. Est autem genus hominis animal*, et primum in esse hominis subiectum.

'*Praedicari* igitur *de pluribus' genus dividit* sive separat *ab his quae de uno solo praedicantur*, quae sunt de numero eorum quae sunt individua. Per id autem quod dicitur 'praedicari de *differentibus specie', separat* genus *ab his quae ut species vel sicut propria praedicantur. 'In eo autem quod quid sit praedicari' dividit* genus *a communiter accidentibus et a differentia, quae non in eo quod quid sit, sed in eo quod quale sit praedicantur.*

Nihil igitur neque superfluum neque diminutum *continet generis dicta* a philosophis *descriptio.* Et ideo talis diffinitio terminus vocatur diffinitum perfecte per omnia quae sunt de esse ipsius, determinans et ab omnibus aliis distinguens et separans. Haec igitur quantum ad logicam intentionem pertinet, de genere dicta sint.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 6 *Ca* f.11rb

4 de[2] *om. pavlp* 7 his] aliis *pavlp* 8–9 praedicantur] praedicentur *V1* 11 de[2] *om. CaSh* 12 praedicantur] praedicatur *F1Pi pavlp* | scilicet *om. pavlp* 14 Interroganti] enim *add. V1* et *praem. lp* | aliquo] alicui *Pi pavlp* 14–15 homo – est *hom. P2* 15 et dicenti *om. Pi pavlp* 16 rationale] rationalis *Pi pavlp* | differentia *om. pa* 18 communiter] commune *Pi pavlp* | Quando] cum *pavlp* 19 interrogamur] interrogamus *CaP1P2* interrogemur *pavlp* | quia] quod *F1V1 pavlp* 20 hominis[2]] homini *lp* 21 Praedicari] quiditati *Ca corr. Ca[1]* 24 separat] separatur *F1 vlp* | quae] praedicata *CaP1P2Sh* sunt praedicata *add. F1* 25 vel] quae *add. F1* 26 praedicari] dicitur *add. lp* | dividit] dividitur *vlp* 34 sint] sunt *Pi pavlp*

7–20 Cf. supra p. 50 v. 38–55. – 21–28 Cf. supra p. 51 v. 71–p. 52 v. 18. – 29–34 Cf. supra p. 52 v. 19–24.

TRACTATUS DE SPECIE

Cap. 1. De diversis intentionibus speciei

Tractantes de specie tamquam de secundo universali, cogimur differre tractatum de differentia et tertio loco inter universalia ponere, quia, quamvis differentia constitutiva sit de essentia speciei et principium essentiale ipsius nec possit esse species, quae non ex genere et differentia constituatur, tamen, quia genus diffinitur per speciem et species per genus – propter hoc quod genus habet dependentiam ad speciem et species ad genus, eo quod correlativa sunt et unum diffinite et certe cognosci non potest sine reliquo – ideo oportet tractatum de specie immediate ponere post tractatum de genere. Cuius tamen aliam rationem dicit esse AVICENNA, hanc scilicet quod differentia non est in qua est genus per essentiam, cum differentia sit actus sive forma simplex, in specie autem per essentiam est genus. Adhuc autem differentia non est in genere nisi potestate, species autem est in genere sicut in continente ipsam; et ideo immediatius se habet species ad genus secundum rationem speciei quam differentia secundum rationem differentiae, quamvis in constitutione speciei differentia sit ante speciem, quia a genere non constituitur species, nisi potentia generis per differentiam determinetur et restringatur. Hac igitur de causa agendum est de specie immediate post tractatum de genere et ponendae sunt intentiones speciei, ut sciatur, in qua acceptione vel significatione species sit intenta apud philosophos.

Sicut autem de genere DIXIMUS quod non curavimus ponere nisi illas generis intentiones, quae ad illam generis significationem, quae apud philosophos est, aliquam habebant similitudinem, ita non curamus ponere intentionem speciei, quae non habet similitudinem ad intentionem speciei apud philosophos acceptam. Et ideo non curamus de primitiva specie vel derivativa, quae apud grammaticos consideratur, sed speciem in natura invenimus et in civilibus, secundum quam similitudo quaedam est ad speciei intentionem, quae est apud philosophos. AVICENNA enim dicit, quod genus uniuscuiusque primum essentiale et informe subiectum est. Quod 'primum' dicitur, quia in eo est prima potentia et prima incohatio ad esse rei secundum substantiam et quiditatem ipsius; vel potius ipsum est prima potentia et incohatio esse rei, cuius est genus, et ideo est sicut materia propria et proxima. 'Materia autem appetit formam, sicut turpe bonum sive pulchrum', ut dicit ARISTOTELES in fine I PHYSICORUM. Pulchrum igitur et bonum et divinum, quo determinatur potentialis turpitudo materiae, forma est ad speciem determinans.

Et ideo dicitur quod *species dicitur*, quae est *uniuscuiusque forma* et pulchritudo sive elegantia in commensuratione compositionis corporis et complexionis et staturae et coloris, per similitudinem ad formam naturalem, quae turpitudinem materiae terminat ad pulchrum et bonum et divinum. Sunt autem quaedam, sicut in I ETHICORUM determinatum est, condecorantia felicitatem in

Arist. Lat. 8,16–9,9 (Busse 3,21–4,14) DE SPECIE. – Species autem dicitur quidem et de uniuscuiusque forma secundum quam dictum est "primum quidem species digna imperio". Dicitur autem species et ea quae est sub adsignato genere, secundum quam solemus dicere hominem quidem speciem animalis cum sit genus animal, album autem coloris speciem, triangulum vero figurae speciem. Quod si etiam genus adsignantes speciei meminimus dicentes quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid sit praedicatur, et speciem dicimus id quod sub genere est. Nosse autem oportet, quoniam et genus alicuius est genus et species alicuius est species, idcirco necesse est et in utrorumque rationibus utrisque uti. Adsignant ergo et sic speciem: "species, est quod ponitur sub genere et de qua genus in eo quod quid sit praedicatur". Amplius autem sic quoque: "species est quod de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit praedicatur"; sed haec quidem adsignatio specialissimae est et quae solum species est, aliae vero erunt etiam non specialissimarum.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 tractatus] secundus *add. V1* IV *add. lp* 2 Cap. – speciei] Capitulum speciei *Pi* | speciei] specierum *lp* 3 Tractantes] tractatos *Ca* tractatum *V1* tractatus *P1P2* tractaturi *Pi vlp* tractatui *pa* | de[2] *om. pavlp* 14 scilicet quod] scilicet quia *Pi* quia *pavlp* 18 autem *om. CaP1P2* 19 ipsam] ipsum *CaP1P2ShV1Pi pavlp* 20 quam *om. vlp* 21 quamvis] quam *CaP1P2* 23 potentia] potestas *Pi pavlp* 28 diximus] dicimus *pavlp* 28–29 curavimus ponere] curamus ponere hic *Pi pavlp* 29 nisi *om. P1P2* | generis[2]] intentionem *add. P2Pi exp. P2*[1] 30–31 habebant] habeant *F1 vlp* 31–32 intentionem *om. P2* hic *praem. F1* 34 de *om. lp* 38 uniuscuiusque] generis *add. F1* 40–42 prima[2] – et *hom. V1* 41 quiditatem] alias potentiam *in marg. F1*[1] 43 sicut *om. pavlp* | propria] alias prima *in marg. F1*[1] | Materia] quam *Sh* 46 determinatur] determinantur *P1P2* terminatur *F1* 47 determinans] terminans *F1V1* 49 forma] accipitur forma non pro forma substantiali sed pro debita dispositione membrorum secundum quam dicitur aliquis formosus (aliquid formosum et est forma *F1*[1]) *inser. in marg. F1*[1]*P2*[2] 49–50 in commensuratione] et commensuratio *V1* 52 terminat] determinat *Pi* | et *om. Pi pavlp* 54 est] quaedam *add. Ca* | condecorantia] cum decorantia *P1* concordantia *P2* quae cum decorativa sunt *F1* concomitantia *Pi pavlp*

56 primum] priami *VcHeKöC*^{vd} 60 quod] quae *LdReVcHeC*^{v}

14 Avic., Phil. prima tr. 5 c. 6 (Avic. Lat. [V-X] p. 279 v. 49 sqq., p. 281 v. 94 sqq., p. 282 v. 5–9). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 333 v. 64. – 28 Supra p. 41 v. 11–17. – 37 Non invenitur. – 44–45 Arist., Phys. l. 1 c. 9 (192 a 22–23); transl. vetus Arist. Lat. VII,1 p. 40 v. 4; Auctor. Arist. 2,32 (ed. Hamesse p. 142). Cf. Alb., Quaest. super De animal. Ed. Colon. t. 12 p. 155 v. 54; infra p. 93 v. 38–40. – 53–54 Arist., Eth. Nic. l. 1 c. 9 (1099 a 31 sqq.); transl. Lincoln. rec. pura Arist. Lat. XXVI,1–3 p. 154 v. 9 sqq.

eo, qui felix est. 'Non enim felix est', ut dicit ARISTOTELES, 'qui specie turpissimus est'. Et etiam in civilibus species, quae talis formositas est, | hac de causa refertur ad ea quae maxime felici competunt in potestatibus et honoribus, secundum quod dicimus quod *species Priami*, Troiani regis, qui forma elegantissimus fuit, *digna est imperio*, quia ex elegantia formae demonstratur dispositio ad virtutes et ad perfectos actus felicitatis sicut in signo. Quia, sicut dicit AVERROES SUPER II DE ANIMA, omnis diversitas, quae est in corpore quoad compositionem membrorum, est ex diversitate potentiarum, quae sunt in anima. Et hoc modo etiam species ad intentionem philosophicam de specie habet similitudinem, quia sic dignitas attribuitur vel indignitas his quae in specie sunt constituta, sicut 'homo dicitur dignissima creaturarum', bufo autem animal conterendum. His igitur modis accepta species ad speciem sive speciei intentionem, quae in philosophia est, habet similitudinem, et ab ista similitudine, ut dicit AVICENNA, et ad intentionem speciei philosophorum nomen est translatum.

Secundum autem intentionem, quae est apud philosophos, dicimus speciem describentes etiam eam quae est posita positione ordinis naturae et participationis *sub assignato genere*. Dico autem 'assignatum genus' idem quod 'certum', quia non potest esse species vaga sub genere ad hoc et illud genus inclinata, sicut 'individuum vagum' potest esse sub specie ad hoc vel illud suppositum inclinatum, sed ad nullum determinatum et distinctum sive discretum. Et huius causa est, quia genus certum est in ipsa speciei quiditate conceptum, propter quod sub genere non potest esse vagum. 'Positionem autem ordinis' vocamus, quia sicut genus secundum quod genus dicit superius, ita species secundum quod species dicit inferius secundum praedicationis et consequentiae ordinem. 'Participationis autem positionem' vocamus, quia species de necessitate participat genus et addit supra ipsum differentiam, quae coarctat in ipsa specie generis potestatem; et ideo sub genere posita est et contenta ab ipso. Et hoc modo apud philosophos *solemus dicere hominem esse speciem animalis, cum animal* ordinis positione et participationis *sit genus* hominis. Et sic est in aliis, quorum essentiae sunt perfectae et absolutae. Hoc enim modo *album* sive albedinem, quae color albus est, dicimus *speciem esse coloris*, quia utraque positione, scilicet naturae ordinis et participationis, album sive albedo est sub colore. Hoc etiam modo dicimus *triangulum esse speciem figurae*, cum utraque positione praedicta triangulus sit sub figura. De aliis autem generibus non ponimus exemplum, quia esse non habent absolutum, sed in comparatione ad quaedam alia diffiniuntur. Sic igitur species est, quae *sub assignato genere* posita est.

Dictum autem est in ANTEHABITO TRACTATU quod 'genus est, cui supponitur species'; et sic et genus per speciem et species per genus diffinitur. Et videtur esse circularis diffinitio, et idem notius et ignotius altero, et idem notius et ignotius seipso, quia accidit idem diffiniri per seipsum. Cum enim dicitur 'species est quae sub assignato ponitur genere', species diffinitur per genus. Et si loco generis ponatur diffinitio generis, sicut docet ARISTOTELES in TOPICIS, tunc species est, quae ponitur sub eo, cui supponitur species, et sic species est in diffinitione speciei. Et sic idem diffinitur per seipsum, quod valde videtur esse inconveniens. Idem etiam accidit per illam generis diffinitionem, qua DICTUM EST: 'genus est, quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid est praedicatur'. Si enim tunc loco generis poneremus generis diffinitionem, tunc species est quod supponitur ei, quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid est praedicatur. Et sic iterum idem per seipsum diffinitur.

Sed ad hoc dicimus quod – si supra in PRIORI TRACTATU de genere genus per diffinitionem assignantes in diffinitione generis meminimus speciei, dicentes genus esse per diffinitionem quod 'de pluribus et differentibus specie in eo quod quid est praedicatur', nunc autem etiam speciem diffinientes dicimus speciem id quod est sub genere – nosse ad huius dubii solutionem oportet, quod genus relativum nomen est. Est enim *genus alicuius*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 3 *Ca* f.11va

1–2 ut – Aristoteles *om. P1P2Pi pavlp* 4 in] felicibus *add. V1* 6 elegantissimus] elegantissima *Pi pavlp* 12 ad] quoad *F1V1* 13 quia sic] quae sicut *Pi* 15 dignissima *om. CaP1P2Sh corr. Sh*^{2} nobilissima *P1*^{2} 16 conterendum] contemnendum *Pi vlp* contentum *F1* 19 et *om. F1Pi pavlp* | speciei] per *add. V1* 22 etiam eam *om. pavlp* 25 vaga *om. P2* 26 et] ad *add. P1P2ShV1Pi pavlp exp. Sh*^{2} | sicut] sed *pavlp* 27 specie] non *add. V1* 29 Et – est *om. F1* 30 speciei] specie *pavlp* 34 praedicationis] positionis *Pi* 35 autem] ante *P1* et *praem. P2* 36 quia] quod *P1* | genus] genere *F1* 37 coarctat in] cohartat sub *Pi* 42 aliis] his *F1* 45 album sive *om. Pi pavlp* 47 positione] secundum *Pi pavlp* 49 ponimus] ponemus *pavlp* 50 comparatione] compositione *Pi* 51 quae] est *add. P2* 55–56 altero – ignotius *hom. P2* 59 docet] dicit *Pi pavlp* 64 qua] quae *Ca* 65 pluribus *om. Pi pavlp* 66–69 Si – praedicatur *hom. V1* 67 poneremus] ponitur *Ca* | poneremus – diffinitionem] diffinitio *P1P2* ponatur generis diffinitio *P1*^{2} ponatur diffinitio *Pi pavlp* | quod] quae *F1ShPi* 68 ei *om. CaP1P2Sh corr. Sh*^{2} cui supponitur species et *add. Pi pavlp* | pluribus *om. Pi pavlp* 70 diffinitur] diffiniretur *F1* 71 ad hoc] adhuc *Pi pav* 72 assignantes] assignavimus et *F1* 73 meminimus speciei] meminimus speciem *Pi* meminerimus speciem *pavlp* 74 et *om. Pi pavlp* 76 diffinientes] diffinientem *CaP1P2* | speciem^{2}] esse *add. Pi pavlp* | est] esse *V1* 77 huius] huiusmodi *F1* 78 nomen] vere *pavlp*

1–2 Arist., Eth. Nic. l.1 c.9 (1099 b 3–4); transl. Lincoln. rec. pura Arist. Lat. XXVI,1–3 p.154 v.15–16. – 9 Averr., De anima l.2 comm.60 (CCAA VI,1 p.221 v.40–57). – 15 Cf. supra p.22 v.68–69 cum nota. – 19 Avic., Logica pars 1 c.8 (Venetiis 1508 f.7ra). – 26–27 Cf. supra p.49 v.26–51. – 52 Cf. Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p.6 v.21); cf. supra p.44 v.68, p.44 v.20, p.44 v.49–50. – 60 Arist., Top. l.6 c.1 (139 a 25sqq.); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.114 v.3sqq. – 64 Cf. Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p.6 v.26–p.7 v.2); supra p.45 v.73, p.45 v.58–60. – 71–72 Supra p.45 v.73, p.45 v.58–60; vide notam praecedentem.

genus, et species alicuius est species. Est enim genus speciei genus, et species est generis species. Et ideo quia relativorum, quae simul sunt natura, et unum diffinitur per reliquum, quorum utrumque dependentiam habet ad alterum, necesse est in utrorum relativorum rationibus sive diffinitionibus uti nominibus et diffinitionibus utrorumque. Non enim est inconveniens quod unum relativorum ponatur in diffinitione alterius et e converso, vel etiam idem in diffinitione suiipsius, si loco nominis positi in diffinitione diffinitio ponatur, quia relativorum esse est hoc ipsum quod sunt | 'ad aliud' se habere; et quod ad aliud se habet secundum esse quod est, cum diffinitio dicat esse rei, non potest diffinite sciri nisi per id ad quod se habet. Et sic oportet utrumque diffiniri per reliquum.

Tripliciter enim relativa considerantur, scilicet (1) in quantum simul sunt natura, et (2) in quantum sunt ad invicem dependentia, et (3) in quantum sunt ea quae sunt relativa per aliquid relationem, quae in ipsis est, causantia. In quantum enim simul sunt natura, oportet necessario quod una natura sive una forma sit in eis, quae aequaliter sit in utroque ipsorum. Et haec forma est ipsa relatio, quae ut via media sumpta est eadem, per terminos autem differens in utroque relativorum. Et secundum hoc paternitas et filiatio in medio idem sunt [terminis autem differunt], sicut motus et via quae est de Thebis ad Athenas et de Athenis ad Thebas, terminis autem differunt, et in patre quidem est paternitas, in filio autem filiatio. Et sic etiam est inter genus et speciem et e converso.

Si autem dependentia unius ad alterum consideretur, non est inconveniens utrumque esse notius et prius, et ignotius et posterius altero. In quantum enim genus dependet per intellectum ad speciem et dicitur genus non suum, sed speciei genus, oportet quod intellectus generis sumatur per speciem, et sic species notior et prior est genere. In quantum autem species non est sua vel absoluta, sed alterius species, et dicitur esse generis species, genus erit prius et notius specie. Idem autem notius et ignotius esse reliquo et e converso non est inconveniens, non secundum idem, sed secundum diversa. Habito enim respectu generis ad speciem, species genere notius est; si autem habetur respectus speciei ad genus, nihil prohibet genus esse quam speciem notius, et sic utrumque per reliquum diffiniri.

Si autem consideretur id quod est relativum, secundum causam quae relationem inducit, nihil prohibet unum relativorum esse causam alterius, et non e converso; sicut si consideretur persona quae est pater secundum actum generationis, per quem causa est filii, nihil prohibet patrem esse causam, et non e converso filium causam esse patris, quia, sicut dicit Aristoteles in ix ethicorum, pater est qui sui aliquid habet in filio, filius autem nihil sui habet in patre. Et hoc modo genus, sive id quod est genus, principium speciei est, per id quod genus est in specie differentia constitutiva formatum et distinctum. Species autem nihil sui habet in genere per modum illum. Et sic unum diffinitur per reliquum, et non e converso.

Et haec est distinctio Alfarabii et Avicennae. Dicendum ergo secundum eos, quod quaedam diffinitio relativorum est 'sicut demonstrationis medium' et quaedam sicut conclusio. Illa enim quae datur de relativis, secundum quod unum est causa alterius et non e converso, est sicut demonstrationis medium vel sicut 'demonstratio positione differens'. Illa autem, qua relativa per se invicem diffiniuntur, est sicut conclusio. Quia enim pater generando causa filii est, ex hoc concluditur quod pater filii pater est, et diffinitur per filium; et quia filius a patre genitus est, inde est quod filius non suiipsius sed patris filius est et diffinite non cognoscitur nisi per patrem. Et sic est inter genus et speciem, quia ex hoc quod genus principium speciei est, concluditur quod genus non suum sed speciei genus est; et ex hoc quod species principiata est a genere hoc modo principiationis, quo genus mediante differentia determinante et distinguente genus constituit speciem, concluditur quod species non sua, sed generis species est, et sic diffinite non cognoscitur nisi per genus.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 10 *Ca* f.11vb

1 est] genus *P1 om. P2V1Pi pavlp* 2 est *om. V1 pavlp* | quia *om. pavlp* 3 et *om. F1Pi pavlp* 5 utrorum] utrorumque *F1ShV1 pavlp* utroque *Pi* 5–6 sive diffinitionibus *om. V1Pi pavlp* 6 uti – diffinitionibus *hom. P1* 8 vel] nos *CaP1P2* quod *Pi pavlp* 10 sunt] est *vlp* 11 aliud[1]] aliquid *pavlp* 12 cum] ergo *add. F1* et *praem. Pi pavlp* | potest] relativum *add. F1* 13 sciri] res *add. P1P2V1Pi pavlp* | id] aliud *add. F1* 18 aliquid] aliquam *P2F1 pavlp* | est] esse *F1* 19 causantia] causativa *pavlp* 23 differens] differentes *P2* 25 sicut] sed est *V1* 26 ad[1]] usque *praem. Pi pavlp* 28 etiam *om. Pi lp* 30 dependentia] secundum dependentiam *Pi pavlp* 33 et *om. pavlp* 38 erit] ecce *CaP1P2* | notius[1]] esse *add. P1P2* 38–39 specie – ignotius] quam species idem autem prius et notius *V1Pi pavlp* 42 notius] notior *Pi pavlp* 43 esse] est *F1* | speciem] species *F1Pi pavlp* 48 persona quae] pater paternitas qua *F1* 49 per] secundum *F1* | quem] quam *Pi pavlp* 50 nihil – causam *om. F1* | prohibet *om. CaSh corr. Sh*[2] 52 IX] decimo *F1 pav* 8 *lp* | est] ille *add. F1* 54 est[2]] per id quod genus est principium speciei et *add. pavlp* 55–56 formatum] formatam *Ca* formativa *P1P2* forma tamen *V1* 59–60 Dicendum] est *add. Pi pavlp* 62 relativis] relativo *pavlp* 65 positione] in dispositione *Sh* | qua] quae *P2F1Pi* 68 quod] quia *P2 om. V1* 76 constituit] constituat *CaP1P2Pi pavlp* 78 non *om. P2*

2–3 Cf. Arist., Top. l.6 c.4 (142 a 26–31); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.122 v.4–7. – 10–11 Cf. Arist., Metaph. l.5 c.15 (1021 a 26–28); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.104 v.23–25; Auctor. Arist. 1,142 (ed. Hamesse p.126). – 51–52 Cf. supra p.44 v.59–61 cum nota p.44 v.60. – 59 Alfarabius et Avicenna: Avic., Logica pars 1 c.9 (Venetiis 1508 f.7va-f.8ra). – 61 Cf. Arist., Anal. post. l.2 c.17 (99 a 21–22); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.102 v.16–17. Cf. supra p.4 v.17–18. – 64–65 Cf. Arist., Anal. post. l.1 c.8, l.2 c.10 (75 b 32, 94 a 1–2); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.21 v.8, p.84 v.5; supra p.18 v.68–p.19 v.1.

Hoc igitur modo ea quae videntur esse inconvenientia, nihil habent de inconvenientia. Sunt enim primo modo simul natura; secundo modo unum est prius altero et non e converso; tertio autem modo utrumque prius altero et e converso, diversis respectibus.

Philosophi autem – et maxime Peripatetici, quos hic imitamur – adhuc etiam sic assignant diffinientes speciem, dicentes quod *species est, quae ponitur sub genere et de qua genus in eo quod quid sit praedicatur*. Et patet quod in hac assignatione duo sunt de essentia speciei, secundum quod species subiectum est: Unum quidem, secundum quod species principiatur et constituitur a genere. Sic enim per determinationem differentiae constitutivae species *ponitur sub genere* et ordine et participatione. Alterum autem est secundum ordinem speciei ad genus speciem ipsam constituens. Sic enim genus est, quod praedicatur de specie hoc modo, quod respondetur ad quaestionem 'quid sit', et non ad quaestionem factam per 'quale'. Cuius ratio iam ANTE dicta est, quia genus in omni eo, in quo est per participationem, est quid et non quale. Est enim primum subiectum differentiis essentialibus determinatum | et distinctum ad esse speciei. Subiectum autem, quod substat in esse rei, non potest esse quale, sed quid. Propter quod etiam ipsum commune sic determinatum et distinctum quale quid dicitur, quamvis non sit hoc aliquid. Haec ergo causa est, quod duo sunt in assignatione sive diffinitione eius. Consideratur enim dupliciter, scilicet secundum constitutionem ipsius a genere et secundum ordinem ad genus constituens, quod est ens de ratione ipsius. Et quia per constitutionem accipit ordinem, ideo oportuit prius poni in assignatione quod *ponitur sub genere*, quia ex hoc causatur quod *genus de ipsa in eo quod quid sit praedicatur*.

Si autem quis contra hanc assignationem obiciat quod etiam individuum ponitur sub genere, ut Socrates sub animali, de quo genus in eo quod quid sit praedicatur, et sic individuum videtur esse species sic diffinita, dici potest quod individuum non ponitur sub genere positione immediata, species autem immediata positione ponitur sub genere.

Sed tunc obiciunt quidam de individuo generis. Hoc enim sub genere ponitur immediate, ut scilicet 'hoc animal' sub animali. Non enim secundum rationem hoc animal est hoc animal mediante specie, quamvis forte hoc animal sit hic homo vel ille. Et sic videtur, quod hoc animal sit species, quod falsum est. Ad hoc autem dicunt quidam quod est 'positio ordinis et est positio participationis'. Et quantum ad positionem participationis individuum generis immediate ponitur sub genere, quia non mediante specie participat hoc individuum generis naturam, sed seipso genus participatur ab ipso. Sed secundum positionem coordinationis praedicabilium et subicibilium dicunt quod non ponitur immediate sub genere nisi species, et per speciem individuum, quod post speciem ordinatur.

Sed haec solutio non est perfecta, quia participatio est causa ordinis. In omnibus participantibus et participatis participatum est superius in ordine praedicabilium et participans est inferius et subiectum. Et ideo, si immediatum est in participatione, erit etiam immediatum in ordine. Propter quod aliter dici oportet, quod est positio, quae tota principiatur ex genere secundum id quod est et secundum id quod est in eius potestate. Et sic species ponitur sub genere, ita quod genus est principium suae positionis. Et est positio, quae non causatur a genere, sed potius ex materia. Et haec est individui positio, et ideo hoc non sic ponitur sub genere, quod genus sit illius positionis principium. Unde cum dicitur 'quae ponitur sub genere', praepositio 'sub' non tantum notat ordinem, sed etiam causam positionis sive principium.

Aliter autem AVICENNA hanc impugnat diffinitionem. Punctum enim species quaedam est, et tamen non ponitur sub genere nec de ipsa genus praedicatur, sicut quantitas non praedicatur de puncto in eo quod quid sit. Sed haec instantia nulla est, quia punctus non est in genere ut species quantitatis, sed potius ut terminus continuationis. Unde quod dicitur, quod punctus species quaedam est, falsum est, quia si esset species, esset species quantitatis, et hoc est falsum.

Hic autem modus speciei translatus est a naturalibus et politicis, quia in physicis species dicitur ex potentia materiae ad esse determinatum, ut homo et asinus, et in

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 22 *Ca* f.12ra

2 de *om. CaSh* | de inconvenientia] inconvenientiae *V1* 3 modo[1] *om. pavlp* | secundo] tertio *Sh*[1] | unum] utrumque *V1* 4 et – converso *om. Pi pavlp* | non *om. V1* | tertio] secundo *Sh*[1] 4–5 tertio – converso *hom. P2* 4 autem *om. V1* | utrumque] unum est *V1* est *add. F1* 5 altero] alio *pavlp* | et] non *add. V1* 6 Philosophi] plurimi *pavlp* 10 secundum *om. CaP1P2* 10–11 secundum – est *om. Pi pavlp* 11 est *om. CaP1P2* 19 iam *om. V1Pi* 25 distinctum] non *add. pavlp* 26 Haec *om. pavlp* 30 de *om. pavlp* 31 constitutionem] ipsius *add. F1* 32 prius *om. Pi pavlp* | quod] quam *P1* 34 praedicatur] praedicantur *Ca* 36–37 genere – sub *om. lp* 37 sit *om. pavlp* 43 enim] est *CaP1P2* | ponitur] positive *Ca* posite *P1P2* 44–45 secundum – animal] hoc animal est *Pi pavlp* | hoc – hoc] homo animal est *V1* 51 hoc *om. pavlp* 52 Sed] et *Pi pavlp* 53 subicibilium] scibilium *pavlp* 57 omnibus] enim *add. Pi pavlp* 62 positio] potentia *CaP2* 63 et – est *hom. P2F1V1Pi pavlp* 65 quae] quando *P2* quod *Sh* 67 hoc] haec *F1Pi pavlp* 68 quae] quod *F1* 69 praepositio] illa *praem. Pi lp om. V1* 72 Punctum] punctus *F1 l* | est *om. CaP1P2* | et – non] nec tamen *F1* 74 non] nec *P1P2Pi pavlp* 79 species – hoc] quantitas quod *Pi pavlp*

2–3 Supra p. 56 v. 15–16. – 3 Supra p. 56 v. 16–17. – 4 Supra p. 56 v. 17–18. – 19 Supra p. 47 v. 46–p. 48 v. 11. – 48 Cf. supra p. 55 v. 31–38. – 71 Avic., Logica pars 1 c. 8 (Venetiis 1508 f.7ra): 'Non prohibetur enim in intellectu intelligere universale quod sit primum, et non esse sub eo universale. Et praeter hoc non dividitur differentiis, sicut punctus secundum aliquos'.

politicis dicitur species per elegantiam formae et staturae et figurae dignitati vel indignitati idoneum, sicut in ANTEHABITIS dictum est.

Amplius autem sic quoque assignant speciem in philosophia: *Species est quod de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit praedicatur.* Et patet quod haec assignatio de specie est, secundum quod species est praedicatum. ANTERIOR autem de ipsa data est, in quantum est subiectum. Nec est inconveniens plures eiusdem rei esse assignationes secundum diversa vel diversos modos vel comparationes, quae sunt in ipsa, cum tamen una sola sit eius diffinitio secundum substantiam et quiditatem data, sicut unum unius est esse et substantia et quiditas. Dicit autem AVICENNA quod, cum dicitur, quod de pluribus et differentibus numero praedicatur, intelligendum cum praecisione, ut addatur *differentibus numero* 'solo'. Et tunc non tenet quod obicitur de genere, quia genus etiam est quod de pluribus differentibus numero praedicatur. Non enim praedicatur genus de pluribus solo numero differentibus, sed etiam de differentibus specie. Et haec quidem est solutio Avicennae.

Posset tamen, ut videtur, melius dici quod id quod praedicatur, praedicatur ut participatum, et quod participatur alio quodam participato, praedicatur per aliud et non per seipsum. Unde cum individui participatione non participetur immediate nisi species, de differentibus numero non praedicatur immediate nisi species. Differentia enim numero sunt differentia non per | differentiam divisivam, sed per materiam, ut dicit ARISTOTELES. Talis autem divisio non est propria generi, sed speciei specialissimae. Et ideo non proprie praedicatur genus de differentibus numero immediata divisione. Non enim genus ut genus dividitur et multiplicatur per materiam, sed per differentias secundum formam suam ipsum genus dividentes.

Patet ergo, quod haec quidem ultima speciei assignatio solum convenit speciei specialissimae, quae non praedicatur nisi de differentibus numero solo. Aliae vero assignationes in ANTEHABITIS positae non sunt speciei specialissimae tantum, sed etiam specierum non specialissimarum. Hae sunt igitur assignationes datae de intentionibus speciei.

Cap. 2. De duabus quaestionibus quae oriuntur ex praedictis

ALFARABIUS autem et AVICENNA duas inducunt hic quaestiones: Unam quidem, quia, cum duae sint assignationes – una speciei subalternae et altera speciei specialissimae –, ad quam illarum nomen speciei prius translatum sit a similitudine illa, qua species DICITUR 'uniuscuiusque forma' et speciositas. Altera autem est quaestio: cum duae sint speciei diffinitiones, ut DICTUM EST, secundum quam illarum species est universale unum de quinque universalibus, quae in ANTEHABITIS enumerata sunt.

Et circa solutionem primae quaestionis dubitans invenitur AVICENNA et nescire se fatetur, ad quam primo significandam translatum sit nomen speciei. Species enim subalterna, quae sub assignato ponitur genere et de qua genus in eo quod quid sit praedicatur, prius occurrit descendentibus et ab uno quod principium speciei est in multitudinem venientibus. Tunc enim subalterna species est, ad quam primo formatur et distinguitur generis potentia; et sic videtur prima occurrere species subalterna. Et sic videtur primo nomen speciei translatum esse ad illam. Adhuc autem cum id quod primo occurrit in intellectu, sit genus, et sic per divisionem deveniatur ad speciem, videtur quod prius occurrit ea quae est genus et species, quam illa quae est species tantum. Est enim generi vicinior, quae est genus et species, quam illa quae est species tantum. Videtur ergo nomen speciei prius translatum esse ad ipsam.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 28 *Ca* f.12rb

1 elegantiam] elegantiae *CaP2Sh* elongantiae *P1* elegantissimae *F1* 2 idoneum] idoneam *V1Pi pavlp* 5 et *om. pavlp* 6 Et] sic *add. Pi pavlp* 11 comparationes] rationes *pavlp* | ipsa] ipso *CaP1P2V1Pi* 12 eius] eiusdem *F1* 13 unum *om. Pi* | unius *om. pavlp* 15 et *om. V1Pi p* 16–17 differentibus – solo] numero solo differentibus praedicatur *V1* 17 tenet] quod tenet *add. V1* 18 etiam – quod] etiam *Pi om. pavlp* 20 sed – differentibus *iterav. Ca* 21 Et *om. Pi pavlp* | est *om. Ca* 23 praedicatur[2] *om. CaP1P2F1* | participatum] principatum *V1* 24 alio] a *V1* | quodam] prius *add. Pi pavlp* 26 non participetur *om. P1* | participetur] participent *CaP2* participet *pavlp* 26–27 de – species *hom. V1* 28 sunt *om. V1* 30 generi] generis *V1Pi pavlp* 31 genus *om. Pi pavlp* 33 ut genus *om. pavlp* 36 quidem *om. P2Pi lp* 37 solum] sola *P1* 38 solo] solum *F1* 39 assignationes] quae *add. F1Sh* | positae] sunt *add. CaF1Sh* 40 tantum *om. CaP1P2ShV1Pi pavlp* 41 Hae] haec *V1 pavlp* 41–42 datae – speciei *om. Ca corr. Ca*[1] 43–44 Cap. – praedictis *om. Ca* | quae – praedictis] circa praedicta *lp* 45–47 Alfarabius – assignationes *om. Ca corr. Ca*[1] 45 autem *om. pavlp* 46 Unam] una *F1Pi pavlp* 47 et *om. pavlp* 49 illa *om. Pi* 50 Altera] alia *F1Sh* 53 unum] nomen *CaP1P2* 55–56 dubitans invenitur] dubitationes invenit *pavlp* 56 fatetur] facit *CaP1P2* 59 qua] quo *P1P2* | quid sit] sic *CaP1P2* 63 generis] generi *P1P2* | prima] primo *F1* 63–64 prima – videtur *hom. V1Pi pavlp* 64 primo *om. V1* 65 cum *om. Pi pavlp* 66 primo *om. CaP1P2Sh* | in intellectu] intellectui *F1Pi pavlp* | sit] est *Pi pavlp* 67 deveniatur] veniat *F1* veniatur *V1* devenitur *Pi pavlp* | videtur] patet autem *Pi pavlp* | occurrit] occurrat *F1V1* occurrunt *pa* 68 est[1]] sunt et *pa om. P1* et *add. lp* 69–70 Est – tantum *hom. V1Pi pavlp* 71 ipsam] illam *pavlp*

3 Supra p. 55 v. 2–8. – 7–8 Supra p. 57 v. 6–34. – 14 Avic., Logica pars 1 c. 9 (Venetiis 1508 f.7va). – 29 Arist., Metaph. l. 4 c. 6 (1016 b 31–33); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 93 v. 24–26. – 39 Supra p. 55 v. 21sqq., p. 57 v. 6sqq. – 45 Alfarabius et Avicenna: Avic., Logica pars 1 c. 8 (Venetiis 1508 f.7ra-rb). – 46–48 Circa speciem subalternam et specialissimam cf. infra p. 67 v. 17–70. – 49 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 8 v. 17–18); supra p. 54 v. 55, p. 54 v. 48–49. – 51–52 Notandum quod Albertus supra tres speciei diffinitiones posuit, cf. p. 55 v. 21sqq., p. 57 v. 6sqq., p. 58 v. 4sqq., sed hic tantum duas ultimas considerat. – 53 Supra p. 17 v. 50–p. 18 v. 17. – 56 Avic., Logica pars 1 c. 8 (Venetiis 1508 f.7rb).

Ad oppositum autem huius est quod formatio potentiae generis secundum substantialia perfecta non est nisi in specie specialissima. Id enim quod est formatum in specie subalterna, adhuc est in potentia ad alteram formam; ergo suae naturae plenam non habet speciositatem. Id autem, unde transfertur nomen, plenae est speciositatis, ita quod secundum illam rei attribuimus dignitatem secundum felicitatem dictam et determinatam. Videtur ergo quod nomen hoc prius transfertur ad speciem specialissimam, quae perfectam habet sui generis et potentiae formationem.

Inter has rationes dubitare se dicit AVICENNA, quid potissimum dicatur. Utrumque enim dicit rationabiliter posse dici secundum inductas rationes.

Sed sine praeiudicio dici potest quod, quia translationes secundum similitudinem fieri debeant, quod magis proprie et prius transfertur nomen ad speciem specialissimam quam ad speciem subalternam. Species enim subalterna aliquid habet generis et aliquid potentiae et aliquid privationis, nec tota est deducta ad speciei dignitatem, sicut species specialissima. Et quod DICITUR, quod descendentibus prius occurrit species subalterna, nihil facit ad translationem nominis. Translatio enim non fit per rationem divisionis nec etiam per rationem resolutionis vel etiam compositionis, sed per solam rationem similitudinis. Ratione autem similitudinis planum est, quod prius transfertur ad speciem specialissimam et posterius ad speciem subalternam.

De SECUNDA autem quaestione dubitare videtur AVICENNA, scilicet secundum quam illarum diffinitionum species habeat quod est universale, quamvis modica valde videatur esse ratio dubitationis. Secundum PRIMAM enim speciei subalternae diffinitionem species subiectum est et non praedicatum. Universale autem, secundum quod universale est, et est et diffinitur in ratione praedicati et non subiecti. Videtur ergo quod species per rationem illam, qua subiectum est, non habeat quod sit universale. Et conceditur fere ab omnibus antiquis.

Quod tamen aliquibus videtur non esse verum, quia scimus quod Aristoteles in Topicis, in quibus docet terminare de omni problemate, non docet formare vel terminare problema de specie, eo quod in omni problemate subicitur species, et sic videtur quod species, in eo quod species est, subici habet in problemate et non praedicari.

Adhuc species, secundum quod specialissima est, non praedicatur nisi de differentibus numero solo. Quae autem numero solo differunt sensibilia singularia sunt, et eorum non potest fieri disciplina. Nec subiecta igitur videntur esse nec praedicata in disciplina. Cuius signum est, quia scientia de praedicabilibus usque ad illa non descendit, nisi accipiantur ut stantia in natura et specie communi, ut aliquis homo et aliquis bos. Et sic videtur quod species per se non praedicatur de individuo, sed per accidens; accidit enim speciei in individuo esse, et sic accidit ei praedicari.

Ad haec autem et similia dicendum videtur, quod omne universale in ratione praedicati habet determinari. Universale enim secundum quod universale est, diffinitur quod 'est in multis et de multis'. | Non autem est de multis, nisi quia praedicatur de illis. Et ideo species habet quod universale est per diffinitionem illam, qua diffinitur ut praedicatum, et non per illam, qua diffinitur ut subiectum.

Quod autem DICITUR, quod species subiectum est in problematibus, dicendum quod hoc verum est, quia problemata non formantur nisi de his quae insunt speciei vel simpliciter ut accidens, vel ut genus assignatum de specie, vel ut proprium quod fluit de natura speciei, vel ut diffinitio quae totum dicit esse speciei. Et hac consideratione species non est universale. Est autem universale, secundum quod est praedicatum.

Et quod DICITUR, quod 'non praedicatur nisi de his quae differunt numero solo', in quibus speciei accidit esse, dicendum quod non sic accidit speciei esse in individuis, quod sit accidens eis vel accidens in ipsis, quia, sicut dicit BOETHIUS, 'species est totum esse individuorum' vel individuorum 'essentialis similitudo'. Et ideo individua possunt dupliciter accipi, scilicet vel ut particularia in materia determinata, vel ut res naturae communis, in qua stat vel in quam stat naturae fluxus, qui fluxus est communis naturae diffusio. Et sic individuum

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 60 *Ca* f.12va

2 secundum] quod est *add. Pi* 6 unde] minus *pavlp* | plenae] plenum *V1* 6–7 plenae – speciositatis] speciei est speciositas *F1* 7 rei] plenam *add. Pi* 7–8 dignitatem] dignitati *CaP2* dignis *F1* dignitatis *Sh* 8 et *om. lp* 11 et *om. Pi* 12 quid] quod *pavlp* 15 dici] si *add. p* | quia] cum *pavlp add. Pi* 17 nomen] speciei *add. pavlp* 22 quod *om. Pi pavlp* 23 Translatio – enim] translationem nominis *V1* | enim] nominis *add. F1Sh* 28 et *om. pavlp* 29 autem] etiam *F1* 31–32 valde *om. CaP2Pi corr. Ca*[1] 34–35 secundum *om. P1* 35 ratione] rationem *lp* 37 qua] quam *P1* 39 tamen] ab *add. F1V1* 40–41 terminare] determinare *F1* 41–42 terminare] determinare *F1* 43–44 in – species *hom. vlp* 51 quia] quod *Pi pavlp* | illa] illam *P1P2F1* 53 ut – videtur *om. P2* 57 dicendum *om. Pi pavlp* 58 omne] esse *P1P2Pi pa corr. P1*[1] 58–59 determinari] determinare *Pi pa* 63 per *om. pavlp* 68 simpliciter] vel *add. Pi* 73 quod[1] *om. P1P2* | quod[2]] species specialissima *add. Pi pavlp* 76 in] etiam *CaP1P2* 78 vel] et *F1Sh om. Ca* | individuorum *om. Ca corr. Ca*[1] 79 dupliciter] simpliciter *P1P2* 79–80 vel – vel *om. CaP1P2F1Sh* 81 vel – stat *hom. V1* | in[2]] ad *F1Sh* | quam] qua *Pi pavlp* 82 communis *om. Pi pavlp*

6–8 Cf. supra p. 54 v. 48–p. 55 v. 20. – 12 Avic., Logica pars 1 c. 8 (Venetiis 1508 f.7rb). – 21 Supra p. 58 v. 57–65. – 29 Supra p. 58 v. 50–54. – 29–30 Avic., Logica pars 1 c. 8 (Venetiis 1508 f.7rb). – 32 Supra p. 57 v. 6–34. – 60 Supra p. 17 v. 16–19, p. 17 v. 39–49. – 63 Supra p. 58 v. 4–7. – 64 Supra p. 57 v. 6–9, p. 58 v. 7. – 65 Supra p. 59 v. 42–43. – 73 Supra p. 59 v. 46–47. – 77 Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 3 c. 12 (CSEL 48 p. 237 v. 1–3); c. 9 (p. 228 v. 21–22, p. 229 v. 8–9).

sumitur, ut aliquis homo et aliquis bos; et hoc modo individuum proprie et per se subiectum est, et est subiectum speciei; et hoc modo primum praedicatum de ipso est species. Et secundum quod apta nata est esse in pluribus secundum totum esse substantiale, sic est universale. Et sic diffinitur, quando DICITUR quod 'species est, quae praedicatur de pluribus numero differentibus in eo quod quid est'. Per hoc autem quod aliud praedicatur de specie, cui supponitur, accidit speciei quod sit universale. De quo enim aliud praedicatur, potest esse universale, et potest esse non universale. Sic ergo dictum est de intentionibus speciei et assignationibus sive diffinitionibus, quae datae sunt de intentionibus illis.

Hoc autem sub compendio colligi potest, ut dicatur quod secundum vulgarem in physicis vel politicis usum vel consuetudinem DICITUR, quae est *uniuscuiusque forma* sive formositas, secundum quam intentionem speciei vulgariter dictum est, quod *species* sive speciositas *Priami digna est imperio*. *Dicitur autem* ad huius aliquam similitudinem species apud philosophos etiam *ea quae est sub assignato sive certo et determinato genere* posita per differentiam constitutivam, quae generis potestatem determinat et coarctat ad actum, ad quem prius fuit in potentia, *secundum quam* intentionem speciei *solemus* in philosophia *dicere hominem quidem* esse *speciem animalis, cum sit genus* assignatum hominis *animal; album autem* sive albedinem solemus dicere *coloris speciem* esse, cum assignatum genus albedinis sit color; et secundum quam solemus dicere *triangulum* esse *speciem figurae*, cum figura sit genus assignatum.

Quod si etiam supra in PRAECEDENTI TRACTATU, qui de genere habitus est, *genus* per diffinitionem *assignantes, speciei meminimus* ponendo speciem in generis diffinitione, quando diximus quod *genus est quod de pluribus differentibus specie praedicatur in eo quod quid sit*, et nunc tractantes de specie dicimus diffiniendo, quod *species* est id quod ponitur *sub genere* – et sic genus ponimus in diffinitione speciei –, nemo reputet hoc inconveniens. In talibus enim *nosse oportet*, quoniam et genus non est absolutum, sed relativum, et ideo *genus alicuius est genus*, et species est non absolutum quid, sed *species alicuius species est*, quia generis. Et ideo *necesse est in utrorumque*, generis scilicet et speciei, *rationibus* diffinitivis *utrisque uti*, ita quod genus in diffinitione speciei et species ponatur in diffinitione generis.

Assignant ergo philosophi per diffinitionem praeter dictas intentiones de specie, etiam sic speciem diffinientes: *Species est quae ponitur sub genere et de qua genus in eo quod quid sit praedicatur*. Praedicatur enim ut substantia et subiectum in specie, quod differentia constitutiva determinatur et formatur in specie, quod est quid speciei et non quale.

Amplius adhuc philosophi *sic quoque* ASSIGNANT diffinientes speciem: *Species est quod praedicatur de pluribus differentibus numero* solo *in eo quod quid sit*. 'Species enim est' formale quid individuorum et 'totum esse ipsorum'. Omne enim, 'quod est post speciem in individuis, est de individuantibus' et non est idem esse simpliciter, quia materia nulli dat esse nec est proprie de esse, sed esse est actus essentiae in eo quod est materia. Et ideo materiae non est praedicari, quia in ANTEHABITIS iam diximus, quod non praedicatur nisi forma; nec etiam forma praedicatur secundum quod forma, sed forma totius; nec adhuc forma totius ut forma totius praedicatur, sed praedicatur in quantum est notio totius esse vel in potentia vel in actu.

Inter hanc tamen assignationem speciei et praecedentem differentia est, quia haec secunda assignatio est solum speciei specialissimae; aliae vero duae PRAECEDENTES assignationes erunt convenientes etiam speciebus non specialissimis. Quid autem hic dictum | sit, non potest sciri, nisi ponatur tota coordinatio praedicabilium in generalissimis et specialissimis et mediis. Et ad hoc DEINCEPS accingemur.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 71 *Ca* f.12vb

1 sumitur] sic *praem. CaP1P2Pi pavlp* hic *praem. V1* | et[1] *om. P1P2* | et[1] – bos *om. Pi pavlp* | modo] nullo *Ca om. P1P2V1Pi pavlp* 5 sic] sicut *P1P2V1 corr. P1*[1] 16 dicitur] quod species est *add. F1* species *add. V1 praem. pavlp* 19 huius] huiusmodi *F1* 20 etiam ea] in eo *pa* ea *vlp* 22 constitutivam] constitutam *CaP1P2* 23 quem] quam *V1* 24 philosophia] physica *F1* 26 autem *om. pavlp* | albedinem] dicimus *add. P1P2* 34 diximus] dicimus *pavlp* | pluribus *om. pavlp* 35–36 tractantes] tractando *pavlp* 36 diffiniendo *om. lp* 37 ponimus] ponemus *CaP1P2* 40 et *om. pavlp* 41 est non] ideo est *F1* 42 utrorumque] utrorum *CaP1P2* utroque *F1* 46 Assignant] tamen *add. Ca exp. Ca*[1] | per *om. F1* 46–47 praeter dictas] praedictas *P2 pavlp* 49 sit] est *vlp om. pa* | enim] de *add. V1* | et] ut *add. F1V1* 50–51 determinatur] individuatur *CaP1P2 pavlp* 53 adhuc] autem *F1* ipsi *add. pavlp* | quoque *om. F1* 54 quod] quae *P1V1Pi pavlp* 55 solo *om. pavlp* | sit] est *vlp om. pa* | Species – enim] et sic *F1Pi pavlp om. CaP1P2Sh* 57 Omne] esse *P1P2V1Pi pavlp* | est[2]] et *add. pavlp* 58 idem] de *F1ShV1* 59 esse[3] *om. vlp* 65 praedicatur *om. pavlp* | notio] notius *CaP1P2F1ShPi* 67 tamen] autem *F1V1* 67–68 speciei – praecedentem] et praedictam *pavlp* 70 assignationes – convenientes] conveniunt *pavlp* | etiam] et *pavlp om. V1* 71 hic] hoc *V1* 72 coordinatio] ordinatio *pavlp* 73 hoc] haec *V1* 74 accingemur] attingentiae *Ca corr. Ca*[1] attingemur *P1P2* attingemus *F1ShPi pavlp*

6 Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 9 v. 6–7); supra p. 54 v. 61–62, p. 58 v. 4–7. – 16 Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 8 v. 17–22); supra p. 54 v. 55–p. 55 v. 51. – 18 Cf. supra p. 55 v. 5 cum nota. – 31–45 Cf. Porph., Isag., De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 8 v. 22–p. 9 v. 3); supra p. 54 v. 57–60, p. 55 v. 52sqq. – 31 Porph., Isag., De genere (Arist. Lat. I,6–7 p. 6 v. 21); supra p. 44 v. 68, p. 44 v. 20–21, p. 44 v. 49sqq. – 46–52 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 9 v. 3–5); supra p. 54 v. 60–61, p. 57 v. 6–41. – 53 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 9 v. 5–9); supra p. 54 v. 61–62, p. 58 v. 4–7. – 55–56 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 3 c. 12 (CSEL 48 p. 237 v. 1–3). – 57–58 Cf. supra p. 18 v. 4–5. – 61 Supra p. 37 v. 25–p. 38 v. 1. – 69–70 Supra p. 55 v. 21sqq., p. 57 v. 6sqq. – 73–74 Infra p. 61 v. 3–p. 65 v. 30.

Cap. 3. Qualiter inveniatur species specialissima et species non specialissima

Qua autem arte inveniantur species secundum diversas intentiones, de quibus DICTUM EST, *planum* et manifestum *erit hoc modo*: *In unoquoque praedicamento* secundum omnia decem genera praedicamentorum *sunt quaedam* in supremo secundum totam illius generis praedicabilium coordinationem, quae dicuntur *generalissima* – non quod in uno sint plura, quia hoc impossibile, quia id quod per superabundantiam dicitur in uno ordine rerum, non nisi uni soli potest convenire, sed quod in quolibet genere est unum – et in eodem ordine praedicabilium sunt quaedam secundum suas communitates et universalitates infima, quae dicuntur *specialissima*. Et in quolibet sunt plura propter hoc quod, quamvis specialissima in uno et eodem genere praedicabilium necesse est stare in uno, ubi resolvuntur ad unum, non tamen propter hoc secundum viam divisionis et compositionis, quae ab uno incipit, necesse est quod divisio stet in uno sicut in infimo, quia divisio ex uno multis viis procedit ex uno; et illae viae non fiunt nisi per diversas formas et oppositas, quae differentiae vocantur, quas uniri ad unum est impossibile, et ideo divisio ex uno stat in multis ultimis. Et quodlibet illorum est indivisibile secundum formam, et non est divisibile in multa nisi per materiam, in qua habet esse; propter quod quodlibet illorum est indivisibile secundum formam, non habens sub se commune, et ideo quodlibet illorum est specialissimum.

In tali autem praedicabilium ordine supremum ideo dicitur esse *generalissimum*, quia non habet *supra se genus* superius *superveniens sibi*, quod ut genus praedicetur de ipso. *Specialissimum* autem dicitur, quod in tali ordine est indivisibile secundum formam et naturae potestatem propterea, quia sub se non habet aliquid commune quod sit species et modum habeat praedicandi speciei, quamvis sub se habeat individua, in quibus omnibus est ipsa 'species secundum totum suum esse' et secundum totam suam potestatem. Hoc autem modo, ut in PRAEHABITIS dictum est, non est genus in speciebus. In nulla enim specie secundum se genus est secundum totum ambitum suae potestatis. Nec aliquis miretur, quod per intensionem loquentes dicimus 'generalissimum, generalius et generale', et 'specialissimum, specialius et speciale', quia sicut in ANTEHABITIS determinatum est, id universale quod est genus, per accidens quoddam, quod

Arist. Lat. 9,10–11,6 (Busse 4,14–5,17) Planum autem erit quod dicitur hoc modo. In unoquoque praedicamento sunt quaedam generalissima et rursus alia specialissima, et inter generalissima et specialissima alia. Est autem generalissimum quidem super quod nullum ultra aliud sit superveniens genus, specialissimum autem post quod non erit alia inferior species; inter generalissimum autem et specialissimum et genera et species sunt eadem, ad aliud quidem et aliud sumpta.
Sit autem in uno praedicamento manifestum quod dicitur. Substantia est quidem et ipsa genus, sub hac autem est corpus, sub corpore vero animatum corpus sub quo animal, sub animali vero rationale animal sub quo homo, sub homine vero Socrates et Plato et qui sunt particulares homines. Sed horum, substantia quidem generalissimum est et quod genus sit solum, homo vero specialissimum et quod species solum sit; corpus vero species quidem est substantiae, genus vero corporis animati et animatum corpus species quidem est corporis, genus vero animalis; animal autem species quidem est corporis animati, genus vero rationalis; sed rationale animal species quidem est animalis, genus autem hominis; homo vero species quidem est rationalis animalis, non autem etiam genus particularium hominum, sed solum species; et omne quod ante individua proximum est, species erit solum, non etiam genus.
Quemadmodum igitur substantia quae cum suprema sit, eo quod nihil sit supra eam, genus est generalissimum, sic et homo cum sit species post quam non sit alia inferior species neque aliquid eorum quae possunt dividi sed solum individuorum (individuum enim est Socrates et Plato), species erit sola et ultima species et, ut dictum est, specialissima. Quae vero sunt in medio, eorum quidem quae supra ipsa sunt, erunt species, eorum vero quae post ipsa sunt, genera. Quare haec quidem duas habent habitudines: eam quae est ad superiora secundum quam species ipsorum esse dicuntur, et eam quae est ad posteriora, secundum quam genera ipsorum esse dicuntur. Extrema vero unam habent habitudinem; nam et generalissimum ad ea quidem quae posteriora sunt habet habitudinem, cum genus sit omnium id quod est supremum, eam vero quae est ad superiora non habet, cum sit supremum et primum principium; specialissimum autem unam habet habitudinem, eam quae est ad superiora quorum est species, eam vero quae est ad posteriora non diversam habet, sed etiam individuorum species dicitur (sed species quidem individuorum velut ea continens, species autem superiorum velut quae ab eis continetur).

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 3] quartum *V1* 2 species – specialissima] de coordinatione praedicamentali *lp* 3 species] specialissimae *add. pavlp* 5 erit] est *V1 om. CaF1Sh* | unoquoque] enim *add. pavlp* 6 decem *om. pavlp* | quaedam] quae *add. P1P2* 8 dicuntur] genera *add. V1* | quod] quia *pavlp* 9 impossibile] est *praem. F1V1 add. pavlp* | quia[2]] et *pavlp* 11 quod] sicut *F1* 12 ordine] genere *V1* 15 quod] quia *Pi pavlp* | specialissima] simplicissimum *CaP1P2F1Sh* 16 est *om. CaP1P2Sh* 17 ad unum *om. V1* 18 hoc] haec *V1 om. CaSh* | hoc secundum] secundam *P1P2* 19 stet] sit *P2 praem. P1 exp. P1*[1] 20 infimo] termino *CaF1Sh corr. Ca*[1] in termino *add. V1* | divisio] dum *CaP1* | ex uno *om. V1Pi pavlp* 21 fiunt] sunt *Pi pavlp* 25–27 et – formam *hom. Pi pavlp* 25 materiam] naturam *P2* | qua] quo *CaP1P2* 27 secundum formam *om. V1* 28 est *om. CaP1P2Sh* 30 esse *om. pavlp* 31 praedicetur] praedicatur *V1* 34 propterea, quia] propter quod *pavlp* | aliquid] aliquod *ShPi pavlp* 35 speciei] speciem *V1* 38–39 praehabitis] ante habitis *pavlp* 42 intensionem] intentionem *CaP1*[1]*P2V1 pavlp* intentiones *P1* 42–43 generalius] generalem *Ca*

50 quidem *KöCv* quiddam *cett.*

4 Supra p. 58 v. 45 – p. 59 v. 28. – 37 Cf. supra p. 59 v. 77sq. cum nota. – 38–39 Supra p. 45 v. 20–30, p. 47 v. 27–45. – 44 Supra p. 46 v. 23–39, p. 47 v. 1–8.

sibi accidit, genus vocatur, et in illo potest intendi et remitti, maxime secundum prius et posterius dicta intensione, potius quam secundum accessum ad terminum aliquem vel recessum ab illo. Magis enim genus est id quod omnibus genus est quam id quod genus est ad quaedam. Et similiter est de specie, quod magis est species quod omnibus est species quam id quod non est species nisi ad quaedam. *Inter generalissimum autem* in summo *et specialissimum* stans in infimo sunt media quaedam, quae eadem in substantia existentia *sunt genera et species*, sed *ad aliud et aliud* comparata sive per comparationem *sumpta*.

Gratia autem exempli potest hoc *in uno praedicamento* esse *manifestum*, ut in aliis omnibus similiter esse intelligatur. In ordine praedicabilium, quae sunt in genere substantiae, primo ponitur *substantia*, quae sine conversione ut *genus* praedicatur de omnibus quae in genere substantiae sunt, et ideo *generalissimum est* et vocatur. Proximum autem, quod sub hac ponitur per differentiam constitutivam, est substantia corporea, quae vocatur *corpus*. Cum autem iterum corpus per animatum et inanimatum dividitur, proximum sub hoc communi, quod est corpus, constitutum est *corpus animatum*, quod uno nomine vivum vocatur, communitate sua ambiens et vegetabilia et sentientia, quae dicuntur animalia. Corpus autem animatum cum iterum per opposita dividitur, scilicet sensibile et insensibile, et adiunctum fuerit corpori animato sive vivo sensibile, proximum sub ipso positum erit *animal*. Cum vero animal iterum per rationale et irrationale dividitur, quae sunt oppositae differentiae, et rationale adiectum fuerit animali, fit *rationale animal* complectens deos, secundum Stoicos, et homines. Cum autem hoc ipsum quod est rationale animal, per mortale et immortale dividitur, et mortale iunctum fuerit animali rationali, continue sub animali rationali constituitur *homo*. Quod ulterius per differentiam non est divisibile, quia secundum totam suae naturae potestatem est in quolibet suorum suppositorum. *Sub* | *homine* ergo non est commune aliquod, sed particularia, ut *Socrates et Plato, qui sunt particulares homines*.

Sed inter omnia haec *substantia quidem est generalissimum*, et ideo est illud *quod est tantum genus*, quia nullo modo potest fieri species. Omnis enim 'species est quae sub assignato genere' ponitur. Et cum substantia non habeat *superveniens genus*, constat quod non potest fieri species. *Homo vero* inter haec est species *specialissima* et quae nullo modo potest fieri genus. Cum enim genus sit, sicut in antehabitis dictum est, 'cui supponitur species', et nihil commune nec genus nec species supponatur homini, in quo homo sit secundum partem suae naturalis potestatis et non secundum totum, patet quod homo non potest esse genus. Est ergo species solum, et non genus.

Omnia autem intermedia inter substantiam quae est genus tantum, et hominem qui est species tantum, sunt simul genera et species respectu diversorum, sicut *corpus* sive substantia corporea, quae proxima est *substantiae* in supremo. Est quidem *species substantiae*, quia species 'est quae sub assignato genere ponitur'; *genus vero* est idem corpus *corporis animati* sive vivi, cum genus sit 'cui supponitur species', et in quo genus est secundum partem suae naturalis potestatis. Omnino autem eodem modo id quod tertium est in ordine secundum descensum a substantia, quod est corpus animatum sive vivum: *species quidem corporis*, cui tamquam generi supponitur; *genus vero* est *animalis*, quia animal ei tamquam assignato supponitur generi. *Animal* vero secundum Stoicos *species quidem est animati corporis* sive vivi; *genus vero est rationalis* animalis, eo quod non habemus unum nomen, quo id commune significemus, quod continet hominem et deos, qui secundum Stoicos corporea sunt animalia, ut dicit Apuleius in libro de deo Socratis. *Homo vero species quidem est animalis rationalis*, quia illi tamquam generi assignato supponitur. *Genus autem non est* alicuius, quia in nullo communi, quod post ipsum sit, est secundum partem suae potestatis, sed in quolibet secundum totum

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 39 *Ca* f.13ra

1 in illo] ideo *F1* | illo] illa *ShPi pa* 2–3 dicta intensione] dictam intensionem *F1* | intensione] intentione *P2V1 pavlp* 3 quam *om. CaP1P2Sh* 5 quod[1]] in *add. P2Pi pavlp* | omnibus – quod *hom. P1* 7 quod[1]] in *add. F1* | quam] quod *add. P2* 9 stans *om. pavlp* 10 in *om. V1* 14 ut] ne *Ca* 15–16 in – substantiae *iterav. pavlp* 18 et vocatur] vocatum *Pi pavlp* 21 animatum] animam *CaP1P2* 25 sentientia] sensitiva *Ca corr. Ca[1]* 26 cum *om. pavlp* 27 et[2]] cum *add. Pi pavlp* 30 irrationale] animal *add. CaP1P2Sh* | oppositae] opposita *pav* 31 adiectum] adiunctum *F1V1 pavlp* additum *Pi* 33 hoc *om. Pi pavlp* 34–35 iniunctum] adiunctum *F1ShV1* iunctum *pavlp* 35–36 continue – rationali *hom. V1Pi lp* 35 sub animali] substantiali *CaP2* 36 Quod] qui *F1 lp* qui cum *pav* 39–40 particularia] particulare *F1* 41 haec *om. pavlp* 42 quia] quod *P2F1* 46 haec] omnia *add. F1* 49 et] cum *add. pavlp* 50 secundum] naturalem *add. Pi* 61 quo] qua *Pi pavlp* 62 Omnino] cum *CaP1P2F1* omni *Sh* 63 id *om. V1* | tertium est] substat est *CaP1P2F1* substat tertium est *Pi pa* substat tertium *vlp* | ordine] tertium *add. F1* 64 vivum] et *add. pa* est *add. vlp* 66 animal ei] sibi animal *Pi pavlp* | ei] enim *CaP1P2Sh* 71 qui] quoniam *Pi pavlp* | corporea] substantiae incorporeae *lp* 75 communi *om. P2* 76 suae] naturalis *add. Pi pavlp*

32 Cf. Apuleius, De deo Socratis IV,127 (ed. Thomas t.III p.11 v.1–3); Arist., Metaph. l.12 c.7 (1072 b 28sq.); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.214 v.21–22; Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.499 v.38sq.; Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l.4 c.7 (CSEL 48 p.259 v.8sqq.). – 43–44 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p.8 v.19sq.); supra p.54 v.56sq., p.57 v.6sqq. – 48 Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p.6 v.21); supra p.44 v.68, p.44 v.18sqq. – 58–59 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p.9 v.4sq.); supra p.54 v.60, p.57 v.6sqq. – 60–61 Cf. Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p.6 v.21); supra p.44 v.68, p.44 v.18sqq. – 72 Cf. supra p.11 v.60–p.12 v.1 cum nota p.12 v.1.

esse et secundum totum suae potestatis. Et sic est species et non genus. Patet ergo quod est *species animalis rationalis, et non est genus particularium hominum.*

Sic ergo patet quod omnia haec triplicem habent modum et suae positionis rationem: unum quidem supremum, quod non potest esse species; aliud inter communia infimum indivisibile secundum suae naturae potestatem, quod non potest esse genus, quia genus differentiis dividitur secundum suae naturae potestatem; et intermedia, quae respectu superiorum sunt species et respectu inferiorum sunt genera.

Comparemus ergo extrema ad invicem et dicamus quod *quemadmodum substantia cum suprema sit, eo quod supra eam nihil sit*, quod possit esse genus ad ipsam, et ideo *genus est generalissimum, sic et homo*, quod infimum est in hac ordinis dispositione, est *species*, *post quam non est alia inferior species*, ad quam possit esse genus, *neque* post hominem *sit aliquid eorum* communium, *quae* differentiis oppositis *possunt dividi* secundum partem suae naturalis potestatis, sed sola individua, hoc est indivisibilia, sunt post hominem. *Individua enim sunt Socrates et Plato*, quae indivisibilia sunt, non quidem secundum materiam et quantitatem, sed sunt indivisibilia secundum formam suae communitatis et secundum potestatem, quia homo remanet in quolibet illorum secundum suum esse totum et secundum totam suae naturae potestatem. Et ideo *erit species sola* quae non possit esse genus, *et erit ultima species*, in qua stat huiusmodi formalis secundum potestatem divisio, *et erit species, ut dictum est, specialissima.*

Ea vero quae sunt in medio istorum extremorum, ad utraque referuntur extrema: *Eorum enim quae sunt supra ipsa* in ordine secundum ascensum, *sunt species* et subiecta secundum illam rationem speciei, qua species DICITUR 'quae sub assignato genere posita est et de qua genus in eo quod quid est praedicatur'. *Eorum vero quae post ipsa sunt* in eodem ordine positionis secundum descensum, erunt *genera* secundum illam generis diffinitionem, qua DICITUR quod 'genus est cui supponitur species'. Relinquitur igitur ex his quod illa quidem, quae sunt media, *duas habent habitudinum* comparationes. Habent enim habitudinem *ad superiora*, *secundum quam species* superiorum *esse dicuntur*. Habent etiam habitudinem *ad posteriora* secundum descensum, *secundum quam* habitudinem *posteriorum genera esse dicuntur*. In prima enim habitudine sunt in ipsis secundum esse et essentiam sua superiora et sunt de ratione ipsorum, sicut genera sunt de ratione specierum. In secunda vero habitudine ipsa secundum essentias suas et secundum suum esse sunt in posterioribus et sunt de ratione ipsorum, sicut genera sunt de ratione specierum. Et haec est causa, quod in priori habitudine sunt species, et in secunda habitudine sunt genera.

Attendendum autem est, quod haec media alterius rationis sunt quam media quae dicuntur per participationem extremorum, sicut in coloribus et saporibus et odoribus sunt media. | Illa enim, quia participatione utriusque extremi media sunt, ab extremis causantur et principiantur, et ideo secundum naturam posteriora sunt utroque extremorum. Ista autem, quia non participationis media sunt sed ordinis et positionis inter extrema, ita quod quodlibet medium est in toto primo universaliter et posterius in toto medio universaliter, ideo superius quidem causa est et principium medii, et medium principium et causa posterioris. Et ideo medium natura est posterius superiori et prius est inferiore. Et medium participat totum superius et participatur totum ab inferiori, et non participat utrumque extremum, nec participat unum extremorum illo modo participationis, quo medii colores vel medii sapores participant extremos colores vel sapores. Sensibilia enim media extrema sua non participant secundum essentias suas totas et secundum totum esse, sed potius secundum mixtionem quandam et intensionem et remissionem. Haec autem media sua extrema aequaliter non participant, nec secundum intensionem et remissionem participant alterum, sed secundum totam essentiam et secundum totum esse participant alterum suorum extremorum, et secundum totam essentiam et secundum totum esse participantur ab altero, sed secundum potestatem totam

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 55 *Ca* f.13rb

1–2 totum – genus] totum esse suae potestatis *Pi pavlp* 1 totum – potestatis] totam potestatis naturam *F1* | potestatis] ambitum *add. V1* 8–9 quod – potestatem *hom. V1Pi pavlp corr. V1*[1] 10 et *om. pavlp* 13 eo quod] cum *pavlp* 15 et *om. pavlp* | quod] quidem *F1* 16 species] specialissima *add. vlp* 17 neque] cum non *Pi pavlp* 18 quae] quod *pavlp* 19 possunt] possint *Pi* possit *pavlp* | dividi] nec in quo sit *add. V1* vel in quibus sit *add. Pi pavlp* | secundum] quod *CaP1P2* 20 hoc – sunt] quae individua sunt *Pi pavlp* 25 illorum] eorum *Pi pavlp* 27 possit] poterit *F1 pavlp* 31 sunt *om. CaP1P2Sh* 34 genere] vere *add. pavlp* 36 eodem ordine] ordine ipsius *Pi pavlp* 39 his] quae dicta sunt *add. Pi* 41–42 ad – habitudinem *hom. P1P2* 41 superiora] priora secundum ascensum *V1Pi pavlp* | species superiorum] habitudinem priorum species *V1Pi lp* 43–44 posteriorum – habitudine *om. P2* 45 sua] suam *F1* 47–48 essentias suas] essentiam suam *Pi pavlp* 48 sunt] et *praem. V1 om. CaP1P2Sh* 57–58 posteriora – utroque] posteriorum sunt utrorumque *pavlp* 58–59 participationis] participatione *Pi pavlp* 60 ita quod] quia *V1Pi pavlp* 60–61 primo – toto *hom. lp* 63 principium] est *add. pavlp* 64 superiori] superiore *pavlp* | inferiore] inferiori *Pi* 65 participatur] participat *Pi* 66 inferiori] inferiore *Ca corr. Ca*[2] | utrumque extremum] utroque extremo *F1* utrumque extremorum *Pi pavlp* 67 modo] medio *P2* 68–69 participant – sapores *hom. P1* 69 media *om. P1* 72 intensionem] intentionem *P2 p* 72–74 Haec – remissionem *hom. Pi pavlp* 73 aequaliter] aliqualiter *F1* alias aequaliter *in marg. F1*[1] 74 nec – participant *hom. P2* 75–76 sed – alterum *hom. V1* 76–77 participant – esse *hom. P2* 76 alterum] aliorum *pa* 76–77 et – essentiam *om. Pi pavlp*

8–9 Circa divisionem generis per differentiam cf. supra p. 44 v. 21–32. – 29 Supra p. 62 v. 46. – 33 Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 9 v. 4sq.); supra p. 54 v. 60–61, p. 57 v. 6sqq. – 38 Cf. Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I, 6–7 p. 6 v. 21); supra p. 44 v. 68, p. 44 v. 49–50.

non participant hoc quod participant, nec secundum totam potestatem participantur ab eo a quo participantur. Taliter igitur 'media' vocantur, et sic positione et ordine media dicto modo duas habent habitudines.

Extrema vero, quae simpliciter extrema sunt, ita quod non possunt esse media – quae tantum duo sunt, generalissimum scilicet et specialissimum – *unam* tantum *habent habitudinem*. *Generalissimum* enim, cum supra se nullum habeat genus, eam *habitudinem quae est ad superiora* habere non potest, nisi secundum negationem, sic scilicet quod superius genus non habet. Illa autem sic per negationem dicta habitudo nihil ponit in genere generalissimo; per hanc enim nec genus est nec species, sed potius per eam habitudinem, quam habet ad inferiora, habet generis rationem, quia 'genus est cui supponitur species'. Sed per negationem habitudinis ad superiora non habet quidem generis vel speciei rationem, sed excessum in generalitate et specialitatis negationem, quod scilicet sic genus sit, quod non possit esse species. Hoc enim, quia superabundantia est et in termino generalitatem significat, notificari non potest nisi negatione, quia nihil habet quod affirmetur de ipso. Et hoc est propter suam simplicitatis perfectionem; et ideo per talem negationem nihil imperfectionis concludi potest de ipso. Adhuc autem sic per negationem notificatum et determinatum non remanet infinitum et indeterminatum, quamvis negatio secundum se sit infinita et indeterminata, quia negatio per quam determinatur, finitur et determinatur, quando dicitur quod ex abundantia simplicitatis et generalitatis et superioritatis superius habere non poterit.

Si quis autem instet et dicat quod substantia habet superius; ens enim est ante substantiam per intellectum, quia omnis substantia est ens, sed non omne ens est substantia; et non potest dici, quod per accidens praedicetur de substantia; et similiter potest obici de quolibet quod genera transcendit, ut est res, unum et aliquid – INFERIUS quidem subtiliter huic satisfaciemus obiectioni, hic autem ad praesens hoc sufficiat, quod cum ens praedicatur de substantia, vel res vel unum vel aliquid, non praedicatur praedicatione generis, cum non sit una ratione praedicatum de his de quibus praedicatur, sed per prius et posterius; sed talia praedicantur praedicatione principii, non generis. Et hoc probant Avicenna et Alfarabius et Algazel et omnes Arabes sic. Sequitur enim: si homo est, animal est; et si animal est, corpus animatum est sive vivum est; et si vivum est, corpus est; et si corpus est, substantia est – propter intellectum generis in specie. Sed non sequitur: si substantia est, ens est; quia sive sit aliquod ens, sive non, semper genus sequitur ad speciei positionem, eo quod secundum rationem et naturam genus concipitur in specie, et non potest intelligi species, nisi genus intelligatur in ipsa. Cum autem dicitur ens absolute, non intelligitur nisi ens actu existens; et ideo non sequitur: si substantia est, ens est, quia 'esse ens accidit omni ei quod est'. Accidit enim omni ei quod est actu esse. Patet igitur quod, cum dicitur 'substantia est ens', ens quod praedicatur est idem quod substantia, quia simpliciter ens non est nisi substantia.

Et si dicitur obiciendo contra hoc quod secundum hoc debet converti consequentia, dicendum quod causa eius quod non convertitur consequentia, non est quod ens genus sit substantiae vel communitas generis quae sit in ente ad substantiam, sed causa illius est, quia est commune secundum prius et posterius dictum, et in hac | communitate excedit substantiam. Et ideo non convertitur consequentia ab ente ad substantiam. Et quando praedicatur de substantia, non praedicatur substantialiter vel accidentaliter, sed praedicatur ut idem cum substantia, quia ens simpliciter est idem cum substantia.

Relinquitur igitur quod supremum quod est generalissimum, unam tantum habet habitudinem, secundum quam genus est et vocatur generalissimum. Est enim supremum et primum omnium, quae in illa coordinatione sunt, principium, quoniam ab ipso essentialiter omnia inferiora principiantur.

E contrario vero specialissimum unam tantum quidem *habet habitudinem quae est ad superiora*, secundum quam etiam species dicitur. Superiorum enim est species, eo quod superioribus, ut generibus, quae substantialiter in ipsa sunt, supponitur; et ex illa nomen et

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 66 *Ca* f.13va

1 hoc] illud *Pi* id *pavlp* 4 habitudines] similitudines *pa* 5 simpliciter] non *add. pa* 8 habitudinem] similitudinem *pa* 10 sic] sicut *lp* 13 est *om. P1P2* 16 negationem] cognitionem *F1* species *V1* 17 vel] nec *Pi lp* 18 et] per *add. Pi pavlp* 20 enim] est *CaP1P2Pi pavlp* | superabundantia] per superabundantia *P1* superabundanti *F1* per superabundantiam *ShV1* | est et *om. F1* | et *om. p* 22 quod] nihil habet *add. Ca exp. Ca*[1] 23 simplicitatis] rationem sive *add. Pi pavlp* 25 sic] sicut *pav* 25–26 notificatum – determinatum] notificat et determinat *Sh* 26–27 non – indeterminatum] est *Pi pavlp* 29 et determinatur *om. Pi pavlp* | abundantia] superabundantia *F1V1* 31 poterit] ponitur *pavlp* 35–36 praedicetur] praedicatur *Sh pavlp* 36 obici] dici *Pi pavlp* 37 res] ens *add. Sh* 39 hoc *om. pavlp* 41 praedicatione] ratione *P2* 44 probant] probat *Pi pavlp* 47 est[1] *om. Sh pavlp* 50 ens *om. pavlp* 56 esse] omne *CaP1P2* | omni *om. P2* | omni – Accidit *hom. P1* 57 quod est *om. pav* | est – esse] actu esse potest *lp* 61 dicitur] dicatur *pavlp* quod *add. CaP1P2* | dicitur obiciendo] obiciatur dicendo *F1Pi* obiciatur *Sh* 62 dicendum] est *add. pavlp* 64 sit *om. CaP1P2Sh* 69–70 substantialiter] essentialiter *Pi pavlp* 70 ut *om. V1* 75 quae] quod *CaP1P2* 76 ab] ex *F1Sh* 81–82 superioribus – supponitur] sub superioribus est *pavlp*

15–16 Cf. Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p. 6 v. 21); supra p. 44 v. 68, p. 44 v. 18sqq. – 38 Infra p. 69 v. 34–65. – 56 Cf. supra p. 38 v. 15–16 cum nota p. 38 v. 15.

rationem habet speciei. Eam vero habitudinem – secundum quam aliquibus inferioribus insit ut praedicatum substantiale, quod secundum partem suae potestatis participetur ab illis – non habet. Et secundum hanc habitudinis ad inferiora negationem constituitur in specialitatis abundantia et termino. Et ideo dicitur specialissima per excessum; quamvis enim habeat inferiora quae sunt individua, non se tamen habet sicut genus ad illa. Est enim in quolibet istorum secundum totum esse et secundum totum suae potestatis; quod generi non convenit, quando in suis inferioribus esse dicitur. Et ideo secundum habitudinem, quam habet ad inferiora, species est, sicut species est secundum habitudinem quam habet ad superiora. Sed species est ad superiora, sicut a superioribus contenta, secundum hoc quod 'species est, quae sub assignato ponitur genere', assignato genere species autem inferiorum individuorum sicut continens individua. Continet autem in hoc quod adunat ea in forma speciei, quod, 'est totum esse individuorum' secundum omnem suae potestatis perfectionem. Sic ergo in specialissimo sunt tres intellectus se communicantes: Ex hoc quod superioribus supponitur, species est et speciei habet intellectum. Ab hoc autem quod ad inferius habitudinem generis non habet, accipit intellectum specialissimi. Ab hoc autem quod perfecte in uno continet individua, accipit quod est praedicatum in quid de differentibus solo numero, et est eis totum quid et totum esse formale ipsorum et substantiale.

Hac igitur arte accipienda sunt generalissima et specialissima et intermedia etiam in aliis praedicamentis.

Cap. 4. Qualiter ea quae dicta sunt ad compendium reducantur

Capitulariter autem ista ab antiquis tradita sunt dicentibus hoc, quod dictum est, *planum* esse *hoc modo*, quod *in unoquoque praedicamento sunt generalissima quaedam*, ita quod non in uno plura, sed in singulis singula; *et rursus* in unoquoque sunt quaedam *alia specialissima; et inter generalissima et specialissima sunt quaedam alia* intermedia. *Est autem generalissimum quidem, supra quod* secundum ordinem superpositionis *nullum aliud superveniens est genus*; *specialissimum autem, post quod non erit inferior species*, quae sibi supponatur ut generi et in qua sit secundum partem suae potestatis. *Inter generalissimum autem et specialissimum* secundum ordinem positionis omnia quae sunt, *sunt genera et species, ad aliud quidem et ad aliud* comparata.

Sic autem hoc quod DICTUM EST, per exemplorum positionem *in uno praedicamento* substantiae *manifestum* est. Substantia enim perfectius genus est, et in ipso exempla sunt magis nota; *substantia* enim *est quiddam et ipsa est genus*, quia non habet cui ut generi supponatur, ut species fiat, et ideo tantum genus est et non species. *Sub hac autem* substantia *est corpus* sive substantia corporea. *Sub corpore vero* sicut sub genere *est animatum corpus, sub quo* sicut sub genere *est animal. Sub animali vero* sicut sub genere *est animal rationale* secundum STOICOS, quamvis AVICENNA et ARABES dicant, quod animal rationale ut genus est ad homines et ad angelos. Quod falsum est, quia angelus nullo modo proprie est animal, sed dicitur animal aliquando propter vivere secundum intellectum. Et si rationalis angelus dicitur, aequivoce dicetur rationale ad rationale quod est differentia hominis; sed propter Stoicos et Epicureos dictum est, qui deos terrestres, sicut Cererem et Aesculapium, et deos infernales, sicut Plutonem et Vulcanum, animalia rationalia esse dicebant. *Sub animali autem rationali* sicut sub genere est *homo. Sub homine vero*, non sicut sub genere, sed sicut sub specie sunt *Socrates et Plato, qui sunt particulares homines.*

Sed omnium *horum substantia quidem est generalissimum et quod genus sit solum*, et species esse non possit; *homo vero est specialissimum et quod species sit solum*, et genus esse non possit. *Corpus vero species est quidem substantiae*, cui tamquam generi supponitur, *genus vero est corporis animati*, quod sibi ut generi supponitur. *Et animatum corpus species quidem est corporis*, cui | ut generi supponitur; *genus vero est animalis* per eandem rationem quae dicta est. *Et animal* secundum eandem rationem *species est corporis animati, genus autem* animalis *rationalis; sed rationale animal* eodem

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 74 *Ca* f.13vb

2 aliquibus *om. Sh* aliquid *Sh*[1] 4–5 habitudinis] habitudinem *P1* 5–6 in specialitatis] ibi specialitas *P2* | specialitatis] specialissimis *F1* simplicitatis *Sh* 9 Est *om. Ca corr. Ca*[1] | istorum] eorum *Pi pavlp* 10 totum] totam *F1* | potestatis] naturam *add. F1* esse *add. Pi pavlp* 11 in *om. P2V1Pi lp* | esse dicitur] esse *P1P2* inest *V1Pi pavlp* 12–14 inferiora – ad *hom. pavlp* 14 superiora[1]] inferiora *F1* species est *add. vlp* 17 autem] secundum *add. Sh* est *add. V1* 19 quod] quae *F1ShV1* eo quod *Pi* 22 hoc] enim *add. F1V1 pavlp* est *add. Pi* | est et] est *pa om. vlp* 23 Ab] ad *Pi pa* 25–26 continet individua] continetur individuo *vlp* 26 de *om. CaP1P2* 27 est *om. Pi pavlp* 28 ipsorum] formale specierum *Pi* | ipsorum et] autem formale ipsorum est *pavlp* 33 ista ab] istis ab *CaP1P2Sh* ab istis *F1* haec istis *V1* | sunt] ista *add. F1* 34 hoc[1]] hic *pavlp* | modo] quod videtur *Pi* 36 uno] quaedam *add. V1* | singulis *iterav. P2* 38 inter] ut *CaP1P2* 40 nullum – superveniens] vel superveniens non *pavlp* 41 quod] quam *CaP1P2Sh* 48 ipso] ipsa *pavlp* 49 quiddam] quaedam *F1* quid *pavlp* 54 sicut[2] *om. CaP1P2* 60 rationalis] rationale *Sh* 61 ad rationale *om. Pi pavlp* 65 homo] et Plato *add. V1* 68 et] eo *V1Pi pavlp* 69 quod] quia *F1* 70 et[1]] eo *P1V1Pi pavlp* 72–73 genus – supponitur *hom. V1* 74 est[1] *om. CaP1P2*

15–16 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p.8 v.19sq.); supra p.54 v.56sq., p.55 v.21sqq. – 19 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l.3 c.12 (CSEL 48 p.237 v.1–3). – 33–34 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p.9 v.10–17); supra p.61 v.3sqq. – 46 Supra p.62 v.13–38. – 55 Cf. supra p.11 v.60–p.12 v.1 cum nota p.12 v.1. – 55–56 Cf. Alb., Super Dion. De cael. hier. Ed. Colon. t.36,1 p.36 v.45–47 cum nota 45. – 68–p.66 v.5 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p.9 v.12–p.10 v.7); supra p.62 v.41–p.63 v.11.

ordine *species quidem animalis, genus autem hominis*. Et *homo vero species est animalis rationalis; non est autem genus particularium hominum, sed species solum. Et omne* illud *quod ante individua proximum est* – ut leo, et asinus et equus – *species erit solum, et non genus.*

Quemadmodum igitur substantia – cum suprema sit, eo quod supra eam nihil sit – genus est generalissimum, sic et homo cum sit species – post quam non est alia inferior species, nec aliquid eorum quae possunt dividi formaliter per oppositas differentias, sed sola individua sunt post eam; *individua enim*, sicut DIXIMUS, *sunt Socrates et Plato – species erit sola et ultima*, in qua stat formalis divisio. *Erit autem species, ut dictum est, specialissima.*

Quae vero sunt in medio extremorum, *eorum quidem quae supra ipsa sunt, erunt species; eorum vero quae post ipsa sunt*, erunt *genera. Quare haec quidem* media *duas habent habitudines: eam* scilicet *quae est ad superiora, secundum quam species eorum dicuntur esse; et eam* habitudinem *quae est ad posteriora, secundum quam genera eorum esse dicuntur. Extrema vero* in summo et in imo *unam habent habitudinem. Namque generalissimum* solum *ad ea quae posteriora* sibi *sunt*, unam solam *habet habitudinem*, cum secundum illam *sit genus omnium* posteriorum *id quod est supremum. Eam vero* habitudinem, *quae est ad superiora, non habet*, cum sit supremum et primum principium, ex quo per divisionem omnia alia principiantur et quod per nomen et rationem et substantiam – hoc est, secundum id quod est – in omnibus est inferioribus. *Specialissimum autem* similiter *unam habet* tantum *habitudinem, eam scilicet quae est ad superiora, quorum est species*, eo quod supponitur omnibus illis ut generibus. *Eam vero quae est* ad inferiora ut ad communia non habet, quia non superponitur communibus, *sed individuorum species dicitur*, de quibus praedicatur ut indivisum secundum substantiam et potestatem. Aliter ergo individuorum dicitur species et aliter superiorum. Dicitur enim species inferiorum quasi in uno, quod est 'esse formale ipsorum', ea *continens. Species autem dicitur superiorum, sicut quae ab eis* in uno quod per differentias et potestatem divisum est, *continetur.*

Et ad hunc modum figura per modum arboris describi consuevit, quae si secundum esse et essentiam consideratur, radices quibus principiatur, superius habet. Si autem secundum esse actuale consideretur, radices in individuis habet inferius.

Cap. 5. De manifestatione eorum quae dicta sunt ex consequentibus et similibus

Haec autem quae dicta sunt, adhuc manifestabimus per ea quae sequuntur ad ipsa et per similia. Resumentes igitur ea quae DICTA SUNT, dicimus, quod ex inductis patet, quod philosophi *determinant generalissimum* per hoc *quod cum sit genus, non est species*. Hoc enim sequitur ad

Arist. Lat. 11,7–12,13 (Busse 5,17–6,16) Determinant ergo generalissimum ita "quod, cum genus sit, non est species", et rursus "supra quod non est aliud superveniens genus"; specialissimum vero "quod, cum sit species, non est genus", et "quod, cum sit species, numquam dividitur in species", et "quod de pluribus et differentibus numero in eo quod quid sit praedicatur"; ea vero quae in medio sunt extremorum subalterna vocant genera et species, et unumquodque ipsorum species esse et genus ponunt ad aliud quidem et ad aliud sumpta; ea vero quae sunt ante specialissima usque ad generalissimum ascendentia et genera dicuntur et species et subalterna genera, ut Agamemnon Atrides et Pelopides et Tantalides et, ultimum, Iovis. Sed in familiis quidem plerumque ad unum reducuntur principium, verbi gratia Iovem, in generibus autem et speciebus non se sic habet; neque enim est commune unum genus omnium ens, nec omnia eiusdem generis sunt secundum unum supremum genus, quemadmodum dicit Aristoteles, sed sint posita (quemadmodum in Praedicamentis) prima decem genera quasi prima decem principia. Vel, si omnia quis entia vocet, aequivoce (inquit) nuncupabit, non univoce; si enim unum esset commune omnium genus ens, univoce entia dicerentur, cum autem decem sint prima, communio secundum nomen est solum, non etiam secundum definitionis rationem quae secundum nomen est.
Decem quidem generalissima sunt, specialissima vero in numero quidem quodam sunt non tamen infinito, individua autem quae sunt post specialissima infinita sunt. Quapropter usque ad specialissima a generalissimis descendentem iubet Plato quiescere, descendere autem per media dividentem specificis differentiis; infinita, inquit, relinquenda sunt, neque enim horum posse fieri disciplinam.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 Et *om. V1Pi pavlp* 2 vero] et *add. CaP1P2* 3–4 Et – individua] et esse illud quod autem individuo *CaP1P2Pi* et esse id autem quod ad individua *pav* id autem quod ad individua *lp* 6 cum] est *Ca om. F1* | cum – sit] est suprema sic *P1P2Pi* quae est suprema *pavlp* 8 quam] autem *add. CaP1P2* 11 et[2] *om. lp* 15 erunt – sunt *hom. P2* 17 eam *om. l* 18 habitudinem *om. Pi pavlp* 19 Extrema vero] et sic via naturae *pa* et sic via naturae extrema *vlp* 20 in *om. lp* | imo] uno *CaP1P2V1* infimo *Pi lp* | unam] tantum *add. Pi pavlp* 21 solam] solum *Pi pavlp* 26–27 et substantiam] est substantia *pavlp* 27 est[2] *om. vlp* 28 autem *om. Pi pavlp* | similiter] solum *Sh* 29 tantum] rationem *add. Ca exp. Ca*[1] 29–30 quorum – species *om. Ca corr. Ca*[1] 32 superponitur] supponitur *F1Pi pal* alias supraponitur *in marg. F1*[1] 33 ut *om. P2* | indivisum] indivisam *Ca corr. Ca*[1] 35 Dicitur] dicit *l* 36 quasi] quod *Pi* quidem *pavlp* | uno] eo *vlp* | est *om. l* 37 ea] eam *vlp* 38 eis – uno] his in eo *vlp* | per *om. CaP1P2Sh corr. P2*[2]*Sh*[2] secundum *F1* | potestatem] potestate *pavlp* 38–39 divisum est] divisa sunt *lp* 40–41 describi] scribi *pavlp* 43 radices] quae *add. pa* quae sunt *add. vlp* 47 adhuc] magis *add. Sh* 48 per[2] *om. Pi pavlp* 49 inductis] dictis *pavlp*

55 ponunt] possunt *FcHeCVc* 61 autem] autem *Kö* vero *Ce* enim *cett. codd.*

6–13 Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 10 v. 8–13); cf. supra p. 63 v. 12–29. – 11 Supra p. 63 v. 21. – 14–39 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I, 6–7 p. 10 v. 13–p. 11 v. 6); supra p. 63 v. 30–p. 65 v. 28. – 36–37 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 3 c. 12 (CSEL 48 p. 237 v. 1–3). – 49 Supra p. 61 v. 3sqq., p. 65 v. 35sqq.

hoc, quod ipsum est supremum, cui omnia supponuntur. Per hoc enim quod omnia supponuntur ei et praedicatur de eis in quid, sequitur quod sit non subalternum, sed generalissimum, quod non potest umquam esse species alicuius. Sequitur etiam ex PRIUS habitis, quod non habet sibi *superveniens genus*, quia si hoc esse posset, iam esset subalternum et esset species illius generis quod sibi in ordine positionis superveniret, et esset medium, non extremum. Ex quo ulterius sequeretur, quod non esset simplex sed compositum, et esset participans aliud et participatum ab alio, et multa alia quae inconvenientia sunt valde. Si enim esset subalternum, hoc modo esset subalternum, quod sub altero esset positum. Sequeretur ergo quod non esset supremum et primum principium, quod est contradictorium ad id quod ANTE de ipso probatum est.

Specialissimum vero in idem philosophi determinant, *quod, cum sit species, non est* nec potest esse *genus*. Est enim secundum utramque suam habitudinem species; secundum enim habitudinem quam habet ad superiora, species est, non genus, quia ipsum est quod 'supponitur generi et de quo genus in eo quod quid est praedicatur'. Secundum autem habitudinem, quam habet ad individua, non dividitur differentiis, ut secundum partem suae potestatis sit in inferioribus, sed est in quolibet secundum totam suam essentiam et 'secundum totum esse' et secundum totam suam potestatem. Quod non convenit generi, sed speciei, non in quantum species est, sed in quantum est specialissima, quae nihil habet sub se nisi individuum, quod solum per materiam est numerabile et non per formam; in eo, quod ut materia est, totum esse et posse diffundit forma. Hoc ergo specialissimum cum sit species, numquam dividitur vel dividi potest in species, quia divisio in species | non est nisi generis per differentias formaliter oppositas. Non ergo dividitur nisi per materiam. Et quia, sicut dicit ARISTOTELES in III PHYSICORUM, divisio est causa numeri et divisio materiae est causa numeri materialis, sequitur quod praedicatur de pluribus differentibus solo numero materiae in eo quod quid est vel quid sit, quia ipsum est quid et quiditas individuorum et 'totum esse ipsorum'.

Ea vero omnia *quae sunt* secundum ordinem positionis *in medio* istorum *extremorum*, participantia scilicet et participata per substantiam et per id quod sunt, *vocantur* quidem *subalterna* et simul, non secundum idem, sunt *genera et species*; et ideo unumquodque talium simul genus et species esse potest. *Possunt* ergo omnia talia *genera esse et species, ad aliud quidem et ad aliud* secundum comparationis habitudinem *sumpta*. Et sic omnia quae secundum ordinem a specialissimo usque ad generalissimum disposita secundum ascensum ab inferiori ad superius, sive a composito in simplex, sive a posteriori in prius secundum naturam, et genera dicuntur et species, et dicuntur genera subalterna et species subalternae. Genus autem subalternum non dicitur quod sub se habet genus – quia sic generalissimum esset subalternum, habet enim sub se aliud genus –, sed dicitur 'subalternum' sub altero genere positum. Et similiter species specialissima non dicitur non subalterna, propter hoc quod generi non supponatur – generi enim supponitur –, sed ideo dicitur non subalterna, quia nulla ei supponitur communis species. Hoc enim sonat nomen 'subalterni', quod scilicet alternato ordine participato supponatur et participanti superponatur; et quod non habet nisi unum istorum, non est subalternum. Superponitur enim generalissimum omni se participanti, sed alternato ordine nihil participat; supponitur autem specialissimum omni participato, sed a nullo communi participatur. Et ideo haec duo non habent alternatum ordinem, et ideo non sunt subalterna.

Attende autem quod, cum dicitur genus subalternum, videtur esse oppositio in adiecto, quia genus ut genus dicit superpositionem in ordine praedicabilium et dicit id quod est principium et diffinitivum eius quod sibi supponitur. Subalternum autem, cum dicat id quod in ordine alternatum, aliquo modo dicit id quod supponitur et quod est principiatum et diffinitum. Sed hoc facile solvitur, si consideratur, qualiter dicitur genus subalter-

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 34 *Ca* f.14ra

1 ipsum] id *pavlp om. Pi* | est] sit *F1 om. CaP1P2Sh corr. Sh*[1] 2 Per – supponuntur *hom. V1* 2–3 praedicatur] praedicantur *P1P2* 4 umquam] numquam *F1* ubique *pa* utique *vlp* 6 superveniens] supraveniens *F1V1* 9 sequeretur] sequitur *V1Pi lp om. CaP1P2Sh corr. Sh*[1] 11–12 quae – enim *om. V1* 12 valde *om. Pi pavlp* 13 quod] quia *F1V1 pavlp* | sub altero] substantialiter *CaP1P2* 17 in idem] idem *Sh vl* iidem *V1 p* 21 est[1]] et *add. lp* 22 genus] generi *Ca* genere *P1P2* | eo – quid] quod *l* 26–27 et – potestatem *om. V1Pi pavlp* 29 est] species *Pi pavlp* | habet *om. V1* 30 nisi] individua vel *add. F1* 31 eo] enim *add. V1Pi* | ut – est] in materia *vlp* 32 diffundit] diffundat *CaP1P2* 33 vel] nec *F1V1* 36 sicut] ut *vlp* 40 quid[1] – vel *om. Pi pavlp* 43 scilicet *om. Pi pavlp* 45 sunt] sed *P1* 47 esse[1]] non *add. F1Sh* 49 sumpta *om. CaP1P2Sh* 50–51 disposita] sunt *add. Pi pavlp* 52 in[1]] ad *Pi pavlp* | posteriori] praeterito *CaP1P2* 55 non *om. CaP1P2* | quod] sic *add. Pi* | habet] habeat *Pi pavlp* 57–58 subalternum – altero] sub altero *Pi* subalternato *pavlp* 59 non[2] *om. CaP1P2F1Pi corr. F1*[1] | subalterna] subalternata *pav* 61 non *om. P1* | subalterna] subalternat *Ca* subalternata *P1P2Pi* 62 subalterni] subalternum *F1* 64 superponatur] supponatur *P1P2 lp* 65 Superponitur] superponatur *Ca* 67 nihil] non *F1* | omni] cum *CaP1P2* 69 haec *om. CaP1P2ShPi pa* 71 Attende] attendendum *F1V1* | autem] est *add. F1* 73 superpositionem] suppositionem *Pi* superponere *pavlp* 74 et *om. V1* 76 alternatum] alternatur *F1* est *praem. V1Pi pavlp*

5 Supra p. 61 v. 29sqq., p. 65 v. 39–41. – 16 Supra p. 61 v. 29–31. – 21–22 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 9 v. 4 sq.); supra p. 54 v. 60–61, p. 57 v. 6sqq. – 23–27 Cf. supra p. 61 v. 32–41. – 36–37 Cf. potius Averr., Phys. l. 3 comm. 68 (Venetiis 1562 t. 4 f. 117H–118A); Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 191 v. 11–14 et p. 504 v. 60; Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 32 v. 32 et p. 567 v. 35 sq. – 41 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 3 c. 12 (CSEL 48 p. 237 v. 1–3). – 42–49 Cf. supra p. 63 v. 30–51.

num. Habet enim ab alio quod est genus et ab alio quod est subalternum. Genus enim esse habet ex ratione prioris et principii et superpositionis; sed subalternum esse habet a suppositione alternata in superpositionem. Et quia sic generalitas et subalternatio ad diversa referuntur, sequitur quod unum non privat vel diminuit alterius rationem.

Adhuc autem cum dividitur genus per istas differentias – 'subalternum', 'non subalternum' –, pro certo divisio est subiecti in accidentia. Accidit enim illi naturae quae est genus, quod sit in ordine praedicabilium stans in uno situ vel quod sit alternata secundum ordinem positionum diversarum. Idem autem intelligendum est de specie subalterna et non subalterna. Haec enim accidunt illi naturae, quae est species. Haec enim nomina 'subalternum' et 'non subalternum' rationes accidentium positionis in ordine tali praedicabilium nominant in natura praedicabilium huiusmodi. Et ideo, quando dicitur 'praedicabilium quaedam sunt secundum praedicationem subalterna, quaedam non subalterna', est divisio subiecti in accidentia secundum rei veritatem.

Sed hoc verum est quod, si consideretur causa huius divisionis et positionis, tunc praeintelligitur quaedam alia divisio, quae est quod natura praedicabilium talium alia est simplex et alia composita. Et composita natura quaedam est numerabilis et divisibilis per differentias, eo quod est composita ex genere et differentia; quaedam autem est numerabilis numero solo, eo quod per differentias ulterius dividi non potest. Et haec divisio est generis in species, quia numerabilis natura per differentias est genus compositum; numerabilis autem per materiam, et non per differentias, est species specialissima.

Nec est aliquo modo dicendum quod subalternum dicatur vel genus vel species, quod sic subalternari non potest, ut sit subtus et supra, sicut quidam dicunt quod genus subalternum dicatur, quod est sub alio tantum, et species subalterna dicatur quae est super aliud. Haec enim non est ratio subalterni. Alternum enim est quod alternatim et supponitur et supraponitur, sicut DICTUM EST. Si enim diceretur subalternum in genere, cui supraponitur genus, et subalternum in specie, cui supponitur species, sicut quidam aliquando dixerunt, esset subalternum alterius rationis in genere et alterius rationis in specie, quod omnino inconveniens est. Et ideo subalternum simul ab utroque dicitur, scilicet quod alternatim ponitur subter et supra, potest esse genus et species. Et ideo generalissimum non | potest esse subalternum, quia alternare se non potest, ut fiat subtus et subiectum ut species. Et specialissimum non potest esse subalternum, quia alternare se non potest, ut respectu alicuius communis fiat superpositum et praedicatum.

Subalternorum autem, et generalissimorum et specialissimorum quae non subalternantur, exemplum et similitudo est in familiis, a quibus, ut in TRACTATU GENERIS dictum est, primo nomen generis est transsumptum. Si enim familiam *Iovis*, hoc est quae a Iove descendit, per domos sive familias distinguamus, dicemus quod *Agamemnon* sive domus et familia Agamemnonis, quae ultima et inferior est, reducitur ad *Atridem* a quo descendit, et ab Atride duxit genus et originem; et sic Atrides genus dat Agamemnoni. Atrides autem duxit genus a *Pelopide*, et Pelopides traxit genus a *Tantalide*, Tantalides autem a Iove, qui deus sublimis est et primus in ordine, quasi generalissimi locum tenens, eo quod alii non subiciatur. Iupiter autem deus sublimis ab omnibus antiquis appellabatur; omnes ergo intermedii et patres sunt et filii. In extremis autem Agamemnon filius tantum accipiens et non profundens genus, Iupiter autem dans sive profundens et non accipiens in illo ordine ab aliquo. Quia etiam si Iupiter filius Saturni esse dicatur, tamen quia patrem expulit regno, in dignitate regali et familia regni et gradu honoris priorem non habuit; et ideo familia regalis stat in Iove in supremo, in Agamemnone autem in infimo. Intermedii autem alternatim sunt et accipientes et dantes familiam ad regnum pertinentem. Et hoc est sicut in generibus subalternatim et non subalternatim positis, sicut ex PRAEDICTIS manifestum est.

Sed in hoc est dissimilitudo quod *in familiis quidem* omnia descendentia *plerumque ad unum reducuntur principium.*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 47 *Ca* f.14rb

1–2 Habet – subalternum *hom. Pi pavlp* 1 alio[1] *om. Ca corr. Ca*[1] 3 superpositionis] suppositionis *CaP1P2Pi* 4 alternata] subalternata *F1Sh corr. Sh*[2] alterna *pavlp* 4–5 superpositionem] superpositione *CaP2 lp* suppositione *P1Pi pa* superiorem *F1* alias in superpositione *in marg. F1*[1] 6 vel] et *pavlp* 9 non] et *praem. V1Pi pavlp* 10 accidentia] accidens *pavlp* 12 secundum] quod *Ca* 14 et – subalterna *hom. V1* 14–15 Haec – accidunt] hoc enim accidit *pavlp* 18 quando] cum *Pi pavlp* 20 non] vero *P2* 24 divisio] dum *Ca* 25 et *om. F1V1Pi pavlp* | natura] nam *pa* 29 ulterius] ultimas *pavlp* 35 subtus] super *CaP1P2* subter *Pi* 37 subalterna – est] dicatur quae *Pi pavlp* 39 alternatim – supraponitur] alternatur et supponitur *P1P2* | et[1] *om. V1Pi pavlp* | supraponitur] superponitur *F1V1Pi pavlp* 40–41 cui – specie *hom. P2* | supraponitur] superponitur *F1V1Pi vlp* supponitur *pa* 42 aliquando *om. Pi pavlp* | aliquando – esset] dixerunt alii contingeret esse *F1* 42–43 subalternum] alterius et alterius rationis quod falsum est et *add. V1* 43–44 rationis[1] – ideo] et alterius rationis quod falsum est unde *Pi pavlp* 45 scilicet] secundum *pavlp om. Pi* 46 subter] subtus *F1ShV1 pavlp* 47 non *om. P1P2* 50 alternare] subalternare *Pi pavlp* 51 superpositum] suppositum *P1* subiectum *Pi pavlp* 55 nomen generis] nomen genus *Pi* nullum genus *pa* logicum genus *vlp* 56 familiam] familia *Pi pavlp* 57 distinguamus] distingamus *CaP2* distinguatur *Pi pavlp* 58 sive – Agamemnonis *om. P2* 60 duxit] deduxit *Pi* 63 qui] quoniam *Pi pavlp* | in ordine *om. Ca corr. Ca*[1] 64 quasi] quam *Pi* quare *pavlp* 68 profundens] perfundens *pavlp* 69 sive profundens *om. Pi pavlp* 71 expulit] expulsit *Pi pa* de *add. F1V1Pi pavlp* 72 familia] fama *Pi* 75 accipientes – dantes] accipientis et dantis *CaP1P2* 79 quod] quia *Pi pavlp*

39–40 Supra p. 67 v. 65–68. – 54–55 Supra p. 41 v. 4sqq. – 77–78 Supra p. 66 v. 51 – p. 67 v. 75.

Dico autem 'plerumque', quia in omni familia quae ab uno descendit, ad unum principium fit reductio. Quando autem ab uno non fit descensus, tunc ad unum reduci non potest, ut si dicamus, si in diversis quartis mundi diversa fuerunt hominum principia. Sola enim una terrae quarta nobis nota est, ut probat PTOLEMAEUS in ALMAGESTI, et in hac nostra habitabili omnes familiae ad Adam reducuntur; in aliis autem quartis, si habitabiles sunt, alia et alia habuerunt principia. Sed *in generibus et speciebus* logicis *non sic se habet*, quia omnia quae sunt in omnibus generibus et speciebus tam substantiae quam accidentium non ad unum, quod sit secundum unam rationem omnium principium, reduci possunt, eo quod *ens*, ad quod omnia aliquo modo reducuntur, *non est commune omnium genus* tam generis substantiae quam generum accidentium. Non enim *omnia* – et substantiae et accidentia – *sunt eiusdem generis*. Sic enim accideret quod omnia aut essent substantia, aut omnia essent accidentia, eo quod primum genus est quid omnium aliorum, et unum genus non est principium nisi eius quod est quid unius et eiusdem rationis. Non ergo unius generis praedicamenti sunt omnia, tam substantiae quam accidentia, si sumatur *unum genus* in illa generis ratione, *quemadmodum in* PRAEDICAMENTIS *dicit* ARISTOTELES, quod scilicet nomine et substantiae ratione in quid sit praedicatur de his quae sunt in ipso sicut in genere.

Entia ergo secundum sui diversitatem in diversis generibus *posita sunt, sicut in Praedicamentis* ab ARISTOTELE dictum est. Sunt enim *decem genera quasi prima decem principia*, quorum unum ad alterum reduci non potest. Et si omnia docet ARISTOTELES in IX PRIMAE PHILOSOPHIAE reducere ad substantiam, haec reductio omnium ad unum non est sicut ad unum genus, sed sicut reductio aliorum ad unum subiectum. Propter quod *si quis* dicat, quod *omnia* sunt *entia* et quod ens sit commune praedicatum de omnibus, *aequivoce*, ut *inquit* ARISTOTELES, et *non univoce* omnia entia *nuncupabit*. Si autem *unum commune genus esset omnium* hoc ipsum quod dicimus *ens*, tunc omnia *univoce entia dicerentur*, quia genus nomine et ratione praedicatur de his quorum est genus. *Cum enim decem sint* principia *prima* communia et generalissima, si haec dicuntur entia, erit praedicatio secundum communitatem nominis solum, et non erit etiam communitas *secundum rationem diffinitionis, quae secundum nomen est* assignanda. In talibus enim ens simpliciter substantia est, et alia non simpliciter sunt entia, sed sunt entis passiones, ut 'quantitas mensura entis', qualitas autem non ens simpliciter, sed 'entis dispositio', et sic est de aliis. Tamen quia in talibus | respectus est ad unum quod est simpliciter ens, ideo non simpliciter est aequivocum. Tamen quia non omnium ad unum respicientium est idem modus et una ratio respiciendi – unum enim est ut mensura, alterum ut dispositio – ideo quoad hoc est aequivocum. Et ideo totum simul 'analogum', hoc est commune secundum proportionem, vocatur, quod 'medium est inter aequivocum' – quod simpliciter, ut dicit BOETHIUS, a casu et fortuna aequivocum est –, 'et univocum', quod simpliciter per unitatem nominis et unitatem diffinitivae rationis est univocum. In tali enim univoco et id ad quod multa respiciunt, unum et idem est in substantia, et in omnibus quae respiciunt ad illud, est unus modus et una ratio respectus et respiciendi ad ipsum.

Haec quidem igitur *decem*, quae sunt prima omnium principia, *sunt generalissima*, et sunt numero finita denario. In his enim decem stat tamquam in generibus omnium resolutio.

Specialissima vero – quae 'sunt ante individua proxima' et oppositis non possunt dividi differentiis – sunt in numero quodam certo quidem secundum naturam, non tamen diffinitus et certus est quoad nos. Quod autem secundum naturam certus sit, quantum ad hanc intentionem sufficienter probatur ex hoc quod nullum genus est, cuius potestas sit infinita. Potentia autem generis determinatur ad actum speciei constitutivis differentiis.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 48 *Ca* f.14va

1 quia *om. pavlp* 4 potest – si] possunt ut si dicamus quod *F1 vlp* 5 diversa] divisa *palp* | fuerunt] fuerint *V1* | hominum] hominis *P1P2V1Pi pavlp* | enim] ratione *add. Pi* 12 ad] aliquid *pa* aliquid *add. vlp om. P1* 13 reduci] non *add. CaP1P2F1Sh* 14 omnia] omnes *pavlp* 15 generis] generum *pavlp om. V1* 19 quid] quidem *F1 pavlp* quod *V1* 20 quid] quidem *pavlp* 21 Non] tunc *CaP1P2Pi pavlp* 21–22 praedicamenti] praedicamenta *Pi pavlp* 22 sunt] essent *lp* 24 quod] quia *Pi pavlp* 25 sit] sic *Pi pavlp* 26 ipso] specie *pavlp* 31 IX] primo exemplo *pav* 33–34 genus – unum *hom. P1* 33 aliorum] aliquorum *pavlp* 37 autem] enim *P2* 38 tunc] adhuc *Pi pavlp* 43 etiam *om. Pi pavlp* | communitas] communioris *CaP1P2* 46 quantitas] quidem *add. ShV1* 48 est *om. pavlp* 50 Tamen quia] quia autem *F1V1* quod autem *Pi* quare *pavlp* 51 una *om. Pi pavlp* 52 alterum ut] et aliud sicut *F1* 54 totum] tantum *CaP1P2 corr. Ca*^{1} | simul] est *F1* 55 vocatur] vocatum *F1* 55–56 aequivocum] et univocum *add. Pi pav* univocum et *praem. lp* 56 quod] quia *P1* 56–57 ut – quod *hom. P2* 58 unitatem^{2}] veritatem *pa* | diffinitivae] diffinitae *Pi pavlp* 59 id *om. Pi pavlp* 60 est] esse *add. lp* | et^{2}] alias ut *in marg. F1*^{1} 63 omnium] omnia *CaP1* 65 stat – generibus] tamquam in generibus stat *Ca* 70–71 non – naturam *hom. P2* 70 diffinitus] distinctus *F1* 70–72 est – probatur *om. Ca corr. Ca*^{1} 71 secundum] per *F1* 73 potestas] potentia *Pi pavlp*

6–7 Ptolem., Almagestum l.2 c.1 (Basileae 1541 f.C4ra, p.27a). – 21–24 Arist., Cat. c.1 (1 a 6–12); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p.5 v.9–14. Cf. Alb., De praedic. tr.1 c.3 (Ed. Paris. t.1 p.155a–156a). – 28 Arist., Cat. c.4 (1 b 25sqq.); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p.6 v.27–p.7 v.4. – 31 Arist., Metaph. l.9 c.1 (1045 b 27sqq.); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.168 v.3sqq. – 36 Arist., Metaph. l.4 c.2 (1003 a 33); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.60 v.14–15. – 44–48 Cf. supra p.11 v.15–20 cum notis. – 54–57 Cf. Algazel, Logica c.3 (Venetiis 1506 f.a3va); supra p.11 v.12–14, p.10 v.50–p.11 v.17; Alb., Phys. Ed. Colon. t.4 p.540 v.5–6. – 56 Boeth., In Cat. Arist. l.1 c. De aequivocis (PL 64 166B). – 67–68 Cf. Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p.10 v.6); supra p.66 v.3–5.

Constitutivae ergo differentiae sunt finitae, quia aliter finitam generis potentiam non finirent. Ad numerum autem finitum differentiarum constitutivarum generis potestatem finientium finitur numerus specierum. Numerus ergo specierum specialissimarum est finitus quoad naturam.

Individua autem quae sunt post specialissima, quoad naturae potestatem *sunt infinita*. Est enim per naturae potestatem divisibilis materia in infinitum per continuam allationem et ablationem primi generantis et dividentis materiam. Oportet igitur quod potestate naturae individua sint infinita, et accidens individuans sic vel sic potentia naturae est infinitum. Quamvis ergo loco vel tempore et singula et omnia actu sint finita, tamen naturae potestate et divisione materiae et individuantis modo sunt infinita; et ideo nec scientia nec arte comprehensibilia. Propterea *Plato* praecipit, quod *descendens a generalissimis* per divisionem et *usque ad specialissima* deveniens *quiescat* et ne ulterius dividat. Cuius rationem inducit, quia a generalissimis descendentem oportet ire et *descendere per media*, quia ab extremo in extremum non venitur nisi per medium, nec sic descendere potest nisi dividendo extremum et media specificis differentiis, ad quarum numerum multiplicatur numerus specierum. Est enim genus essentia numerabilis specificis differentiis, quae in genere sunt, sicut actus in potentia. *Infinita* autem potentia materiae individua, inquit PLATO, *relinquenda sunt*, quia de ipsis per divisionem certam et determinatam non *potest fieri disciplina*, et ideo nec scientia nec arte sunt determinabilia.

Totum autem quod in hoc capitulo DICTUM EST, sub compendio colligitur sic, quod philosophi, et maxime Peripatetici, *determinant generalissimum* describentes *quod, cum sit genus, non* potest esse *species*; et ideo non alternatur ex ratione generis in speciei rationem. *Et rursus* generalissimum determinant dicentes, quod ipsum est genus supremum, *super quod non est aliud superveniens genus*, quia in nullo ordine potest esse aliquid superius supremo.

Specialissimum vero e contrario dicunt esse *quod, cum sit species, non est genus* nec alternari potest ut generis sumat rationem. Et rursus idem specialissimum determinant, *quod cum sit species, numquam dividitur in species*, quia non est essentia numerabilis vel divisibilis per specificas differentias, sed numeratur divisione materiae. Et ideo specialissimum est, *quod de pluribus differentibus numero solo praedicatur in eo quod quid sit*.

Ea vero genera et species, *quae sunt in medio extremorum* praedictorum, *subalterna vocantur genera et species*, quia *unumquodque et genera esse possunt et species* alternatim subtus vel supra positum, quando ad aliud et ad aliud alternatim posita et comparata sunt. *Ea vero quae sunt* a specialissimo *usque ad generalissimum ascendentia, et genera dicuntur et species*. Et dicuntur *genera subalterna* ut in familiis ab uno descendentibus, in quibus quilibet mediorum et genus dat et sumit, *ut Agamemnon, Atrides, Pelopides, et Tantalides*, et sic per omnes familias ascendendo usque ad ultimam *Iovis* familiam, a quo omnes illae familiae genus traxerunt, sicut a primo suae generationis | principio.

Sed in hoc dissimile est, quod *in familiis plerumque* omnia media *ad unum reducuntur*, quod vere omnium *principium* est, *verbi gratia ad Iovem*, primum patrem. *In generibus autem et speciebus non sic se habet*. Et hoc ideo est, quia non est idem *commune genus omnium* id commune quod dicitur *ens, nec omnia* generalissima reducta in ens sunt *eiusdem generis* in ente, *secundum* quod *unum genus* est sumptum, *quemadmodum dicit* ARISTOTELES debere sumi genus quod secundum unam rationem aeque praedicatur de speciebus. *Sed posita sunt genera* in ente secundum prius et posterius, *quemadmodum in Praedicamentis* dictum est.

Secundum enim illam doctrinam sunt genera generalissima *quasi decem* praedicabilium *principia prima*, quae ulterius ad aliud principium, quod sit principium eorum ut genus, non reducuntur. Unde *si omnia quis entia vocet*, ita quod ens praedicetur de quolibet genere, *aequivoce, inquit* ARISTOTELES, entia *nuncupabit, non univoce. Si enim unum* et idem *esset genus omnium* praedicamentorum ipsum *ens, univoce dicerentur* entia omnia praedicamenta, et univoce et aequaliter susciperent entis praedicationem.

Cum enim, ut SAEPIUS dictum est, *decem sint prima* omnium principia, nec essent principia, si supra se haberent aliud principium, patet quod communitas, quam habent

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 59 *Ca* f.14vb

1 Constitutivae] constituti ut *Ca corr. Ca*[1] 7–8 naturae] materiae *F1* 8 potestatem] potentiam *F1* alias potestatem *in marg. F1*[1] | naturae] materiae *CaP1P2F1Sh* 11 naturae] materiae *Pi pavlp* 13 vel] et *F1 pavlp* 18–19 deveniens *om. F1* 19 ne] non *pavlp* 23 et] in *F1 pavlp* 25 genus] generis *pavlp om. F1* 29 fieri] sciri *pavlp* | nec] ne *P1P2* 33 generalissimum *om. CaP1P2Sh* | generalissimum – describentes] describentes quod generalissimum est *Pi pavlp* | describentes] omne *add. V1* 34 sit *om. CaSh* 35 ex ratione] ratio *pavlp* 38 nullo] illo *pavlp* | ordine] non *add. vlp* 40 generis] speciei *CaP1P2Sh* 49 unumquodque] unaquaeque *Pi pavlp* eorum *add. F1ShV1* 49–50 subtus *om. P1P2Pi pavlp* 50 supra positum] supra positive *Pi* suppositive *pavlp* 52 ascendentia] ascendendo *pavlp* 60 quod] quia *P2F1Pi pavlp* 72 quasi] et *V1* 75 praedicetur] praedicatum sit *F1* 76 inquit – univoce *om. P1* in quid *P1*[1] 77 praedicamentorum] scilicet *add. pavlp* 78 dicerentur] entia dicuntur *CaP2* 78–79 dicerentur – univoce *hom. P1*

27 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l.3 c.8 (CSEL 48 p.227 v.20–p.228 v.2); Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t.14,1 p.126 v.81–82 cum nota 81; Alb., De vegetab. l.1 tr.1 c.1 § 6 (ed. Meyer-Jessen p.4). – 31 Supra p.66 v.48–p.67 v.16. – 39–46 Cf. supra p.67 v.17–41. – 47–59 Cf. supra p.67 v.42–p.68 v.78. – 60–70 Supra p.68 v.79–p.69 v.26. – 67 Arist., Cat. c.1 (1 a 6–12); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p.5 v.9–14. Cf. Alb., De praedic. tr.1 c.3 (Ed. Paris. t.1 p.155b). – 71–79 Cf. supra p.69 v.27–62. – 76 Arist., Metaph. l.4 c.2 (1003 a 3); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.60 v.14sq. – 80–p.71 v.14 Cf. supra p.69 v.63–p.70 v.30. – 80 Supra p.69 v.40–41, p.69 v.63–64.

in ente, *secundum nomen est solum, non etiam secundum rationem diffinitionis quae est secundum nomen*, quia, si ens una ratione de omnibus praedicaretur, aut omnia essent substantia, aut omnia accidens, quod impossibile est. Haec quidem igitur *sunt generalissima. Specialissima vero in numero quodam* quoad naturam finito, non tamen quoad nos sunt in numero diffinito et certo. *Individua autem, quae sunt post specialissima, sunt infinita* quoad materiae potestatem. *Quapropter usque ad specialissima a generalissimis descendentem iubet Plato quiescere* dividendo. Iubet autem Plato *descendere per media*, quae sunt genera et species, *dividentem* quodlibet illorum immediatis generi *specificis differentiis. Infinita enim, inquit* Plato, *relinquenda sunt, neque eorum* quae infinita sunt, dicit Plato *posse fieri disciplinam.*

Cap. 6. De modo veniendi a generalissimo ad specialissimum et e converso

Quia autem in omni coordinatione extremorum et mediorum via est veniendi de extremo in extremum per media, oportet tangere, qualiter procedit qui de supremo praedicabili usque ad infimum vadit per media, et qualiter procedit qui e contrario de infimo per media procedit ad supremum.

Dicimus igitur quod qui de supremo per media procedit ad infimum, quod 'specialissimum' vocatur, necesse est quod descendat a priori secundum naturam in posterius, et sic semper procedat descendendo usque ad praedicabile proximum. Et sic descendentem *necesse est ire per multitudinem*. Non enim devenit in posterius, nisi per divisionem superioris. Divisio autem, si perfecta sit – omnes partes divisi segregando – semper est causa multitudinis. Non enim est perfecta ex parte divisibilis divisio, nisi per divisionem accipiat omnes partes eius quod est divisibile. Propter quod, quando corpus accipitur sub substantia, praeintelligere oportet substantiae divisionem per corpoream et incorpoream substantiam, et tunc una differentia constitutiva coniuncta cum genere accipi corpus, et sic fit descensus semper per multitudinem, quam totam causat praeintellecta et perfecta divisio. Accipere enim unam partem de toto non divisam ex opposito cum alia parte, imperfecta est divisio; non enim explicat perfecte, quid partium est in toto.

E contrario autem, si quis ascendat a specialissimis *ad generalissima, necesse est colligere multitudinem* in unum, ex quo per divisionem accepta est. Resolvit enim sic ascendens et reducit omnia divisa, quae non nisi per divisionem multa sunt, in unam formam eius quod divisum est. Et sic ex multis procedit ad unum. Cuius causa est, quia id quod est commune, multorum est semper collectivum hoc modo, quo collectio dicitur *multorum in unam naturam*, quae in eis est, adunatio et resolutio. Sic enim multorum, quae divisione materiae multa sunt, *collectivum in unam* speciei *naturam est species*, quia una natura speciei in omnibus est individuis eiusdem speciei. Non enim sic est in uno, quod non sit in alio, sed, cum sit in uno, est etiam in alio per aptitudinem naturae et formae, quamvis non secundum quod est in uno, sit etiam in alio, sicut in principio De universalibus dictum

Arist. Lat. 12,13–13,17 (Busse 6,16–7,15) Descendentibus igitur ad specialissima necesse est dividentem per multitudinem ire, ascendentibus vero ad generalissima necesse est colligere multitudinem (collectivum enim multorum in unam naturam species est, et magis id quod genus est, particularia vero et singularia semper in multitudinem e contrario dividunt quod unum est; participatione enim speciei plures homines unus, particularibus autem unus et communis plures; divisivum enim est semper quod singulare est, collectivum autem et adunativum quod commune est).
Adsignato autem genere et specie quid est utrumque, cumque sit genus unum, species vero plurimae (semper enim in plures species divisio generis est), genus quidem semper de specie praedicatur et omnia superiora de inferioribus, species autem neque de proximo sibi genere neque de superioribus (neque enim convertitur); oportet autem aequa de aequis praedicari ut hinnibile de equo, aut maiora de minoribus ut animal de homine; minora vero de maioribus minime (neque enim animal dicis esse hominem quemadmodum hominem dicis esse animal). De quibus autem species praedicatur, de his necessario et speciei genus praedicabitur et generis genus usque ad generalissimum; si enim verum est Socratem hominem dicere, hominem autem animal, animal vero substantiam, verum est hominem animal dicere atque substantiam. Semper enim superioribus de inferioribus praedicatis species quidem de individuis praedicabitur, genus autem et de specie et de individuo, generalissimum autem et de genere (et de generibus si plura sint media et subalterna) et de specie et de individuo.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 non etiam] et non *Pi pavlp* 2 est] etiam *Pi pavlp* | nomen] est *add. CaPi pavlp* 5 sunt] decem *add. F1* 8 post] alias sub *in marg. F1*[1] 12 immediatis] immediate *pavlp* 14 sunt *om. CaP1P2Sh* 16 ad] usque *praem. V1* | specialissimum] specialissima *lp* 17 omni *om. pavlp* 19 procedit] proceditur *P1P2* procedat *F1* | qui] quid *lp* 23 igitur *om. pavlp* | qui de] cum *V1* 26 procedat] procedit *P1P2* | procedat descendendo] descendat procedendo *Pi* 28 devenit] devenitur *pavlp* 31 Non] ideo *vlp* 32 nisi] enim *pa* quoniam *vlp* | accipiat] accipit *pavlp* 34 praeintelligere] prius intelligere *Pi pavlp* 36 tunc] cum *add. F1* | cum *om. Ca corr. Ca*[1] 37 accipi] accipit *V1Pi pavlp* | semper *om. Pi pavlp* 38 totam causat] totum *CaP1P2* causat *F1Sh* 41 explicat] exemplificat *P2Pi* explanat *F1* 42 E] et *praem. pavlp* 48–49 semper collectivum] propter collectionem *Pi pavlp* | collectivum] collectum *CaP2V1* 52 collectivum] collectum *CaP2V1* | species] speciem *CaP1P2* 57 de] et *lp*

63 cumque – plurimae] et genere quidem uno speciebus vero pluribus C^{qv} 65 autem] aut *add.* C^{qv} *om. He* 66 minime] praedicantur *add. HeKö*

11 Cf. supra p. 70 v. 17–30 cum nota, cf. p. 70 v. 27. – 57–p. 72 v. 1 Supra p. 17 v. 17–19, p. 17 v. 39–43.

est. *Magis* autem est collectivum et adunativum *genus* quam species, in hoc quod plura colligit quam species. Etsi enim species | magis secundum intensionem sit una quam forma generis – minus enim a se distant et magis unum sunt quae sunt unum in specie quam ea quae sunt unum in genere –, tamen plura unit in se et colligit genus quam species. Unit enim et colligit multas species et omnia quae in speciebus colliguntur.

Particularia vero et singularia secundum quod huiusmodi sunt, *semper* sunt *in multitudine*; cuius multitudinis causa est divisio materiae. Et ideo per contrarium modum collectioni communis speciei *dividunt id quod est unum* in natura, in multa; non quidem divisione formae, sed divisione materiae, ut DICTUM EST. Dividunt autem totius universalis divisione, quod divisum per esse dividitur, et per naturam et formam secundum totam suam essentiam et secundum totam suam potestatem est in singulis. Et sic e contra species multa sic divisa in unum colligit et unit; *participatione enim speciei plures homines sunt unus* homo. Non quidem sic quod ille, qui est unus homo per materiam indivisam in numero, sit plures homines divisi per suas materias et sua supposita, sed quia ipsa participatione unius – quod participatur a multis, secundum quod ipsum in natura et essentia unum est – plures uniuntur et unum sunt secundum hunc modum. Et hoc est idem ac si dicatur quod Socrates et Plato et alii singulares homines unum sunt in homine, secundum quod homo dicit naturam speciei praedicatae de ipsis. Et si sic participatione speciei plures homines sunt unus homo, non sequitur ex hoc quod simpliciter plures homines sint unus homo, quia unus homo et plures homines simpliciter dicuntur a materiae et subiecti pluralitate vel unitate. E contra autem *particularibus* sive particulatis per materiam hominibus, *unus* homo *communis*, qui est una natura et forma communis omnium, efficitur *plures* homines secundum esse singulare et per subiectum divisus in omnes, indivisus tamen manens secundum naturam communem et formam et secundum esse universalis. Id enim quod *singulare* est et determinatum secundum esse et subiectum, *semper est divisivum* communis sui proximi et determinativum. Id autem quod *commune* est et universale, semper est et *collectivum et adunativum*.

Quamvis autem colligere et adunare sint idem in substantia, differunt tamen secundum rationem. Collectio enim incipit a multis et terminatur in unum; adunatio autem incipit ab uno et terminatur in multa, quae in uno uniuntur. Hoc autem, ut melius manifestetur, explanetur in pluribus: (1) Est enim collectio tantum in unum locum continentem, sed non unientem, sicut acervus lapidum dicitur colligi. Et hoc modo proprie dicuntur nomina collectiva, ut acervus, turba, populus et alia huiusmodi. In talibus quidem perfecta est collectio, sed imperfecta adunatio. Et ideo talia de suis partibus non praedicantur, quia singuli lapides non sunt acervus, nec singuli homines sunt populus vel turba.

(2) Est item collectio multorum ad unum movens et finem, sicut est collectio exercitus in movente duce et fine, qui est victoria. Et haec collectio magis adunat quam antecedens, et tamen non perfectam facit secundum naturam adunationem. Et ideo totum de parte non praedicatur, quia unicus miles non est exercitus. Sed quia omnes in movente et fine uniuntur, ideo sequitur quod singuli moventur duce et singuli secundum analogiam suae operationis perficiunt victoriam.

(3) Est item collectio in unam quantitatis perfectae figuram, sicut dicuntur fundamentum et paries et tectum colligi in unam totius integri formam, quae quia forma non est in partibus divisim, sed simpliciter quidem in partibus coniunctim sumptis, et in qualibet divisim non est nisi secundum quid, et ideo ista forma, quamvis colligat partes et adunet eas sibi, tamen non praedicatur nisi de partibus omnibus coniunctim et non de qualibet divisim.

(4) Iuxta hanc est adhuc alia forma, quae quamvis colligat partes et aliquo modo uniat, tamen non cuilibet totam suam dat perfectam potestatem, sicut est forma regni, et generaliter totius potestativi. Regnum constituitur potestatibus ut partibus, sicut est praesidis palatini et ducis et comitis potestas, ex quibus omnibus conficitur

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 3 *Ca* f.15ra

1 collectivum] collectum *CaP2V1* | adunativum] adunatum *V1Pi* est *add. CaP1P2 om. F1* 2 in – species *hom. P1P2* 3 enim] etiam *F1V1Pi pavlp* | species] specialis *CaP1P2Sh corr. Sh*^{2} | intensionem] intentionem *F1ShV1Pi pavlp* 6 tamen] cum *P1P2Pi pavlp* | unit – colligit] uniat … colligat *lp* 9 huiusmodi] huius *P1P2V1* 12 collectioni] collectionis *F1V1* collectionum *Pi pavlp* 13 in] non *CaP1P2* 14 Dividunt] dividitur *pavlp* 15 et *om. P2* 17 secundum – suam *om. Pi lp* | potestatem *om. P2* potentiam *P1P2*^{2}*Pi pavlp* 18 sic^{1} *om. Pi pavlp* | sic^{2}] sicut *pavlp* 20 ille] homo *add. Pi pavlp* 21 indivisam – numero *om. Pi pavlp* 22 suas materias] suam materiam *F1Sh* | sed *om. CaP1P2ShPi* 28 naturam] materiam *pa* 32 materiae – subiecti] materia *F1* | et *om. vlp* | subiecti] subiectae *pavlp* 33 autem] vero *pavlp* 35 qui est] est *Pi pa om. vlp* | et] una *add. Pi pavlp* 37 divisus] divisum *F1V1* diversus *pav* 41 Id – quod] quod autem *pavlp* 42 et^{2} *om. pavlp* 46 in] ad *F1Pi pavlp* 47 autem *om. pavlp* | in^{1}] ad *pavlp* 51 hoc modo] hoc vel *CaP1* haec vel *P2* haec *Pi pavlp* 57 Est item] et idem *pa* | item] idem *CaP1P2ShV1* etiam *F1* | et] ad *add. Pi* ad unum *add. pavlp* 59 victoria] materia *CaP1P2* 60 et tamen] etiam adhuc *Pi* etiam et haec *pavlp* 62 unicus] unus *F1Pi* 64 moventur] in singulis et *add. Pi pavlp* | singuli^{2}] singulis *CaP1Sh* 66 item] etiam *V1* 68 quae *om. pavlp* 69 divisim] divisis *F1* 71 et *om. F1V1Pi pavlp* 72 adunet] adunat *CaP1P2* 73 nisi *om. P1P2* 75 est] erit *P1P2V1Pi pavlp* 77 dat] ad *v* addit *lp* 78–79 potestativi – potestatibus] quae quidem forma non est tota in partibus divisa sed simpliciter quidem in partibus coniunctim sumptis et generaliter totius potestas regni ex regni potestatibus constituitur *F1* 78 potestativi. Regnum] potestas rex *pa* potestas regni *vlp* | Regnum] enim *add. Pi* 79 sicut] ut *pavlp* | praesidis] et *add. CaF1Sh* 80 et *om. F1* | comitis] iudicis *Ca* militis *P1P2*

14 Supra p. 67 v. 17–41. – 77–78 Circa 'totum potestativum' cf. supra p. 44 v. 12–15.

regnum. Et haec forma, quae non unit secundum totam potestatem, iterum de partibus praedicari non potest simpliciter, quia praesidatus non est regnum. Talis tamen forma suam potestatem partibus ordinatim communicat, et ideo quaelibet pars est aliqua regni potestas et in talibus verum est quod quidquid potestas inferior potest, et superior, sed non convertitur. Et secundum modum isti aliquo modo similem forma naturalis colligit et unit sibi partes materiae quas terminat. Et ideo de materia vel partibus materiae non praedicatur, quia ipsa in potestate partes excedit. Et sic anima non est visus vel auditus vel aliquid huiusmodi, tamen potest quod potest visus, et plus, et sic | est in omnibus aliis.

Est tandem forma quae perfecte colligit et unit partes, ita quod singulas colligit et unit sibi, ita quod esse eius in singulis idem est cum esse singulorum, vel non diversum ab ipso, et ideo praedicatur de singulis partibus. Et talis forma est generis et speciei et aliorum quae sunt universalia. Et hoc modo intelligimus hic, quod ascendens a specialissimo *ad generalissimum colligit* et adunat *multitudinem* in unum, et quod *commune est* sic, est *collectivum et adunativum*.

Assignato autem sic *genere et* assignata sic *specie, quid sit utrumque* per diffinitionem, palam ex PRAEDICTIS, quod in omni divisione proxima generis *in species semper* genus unum est et *plures* sunt *species* in quas dividitur; *semper enim* unius et eiusdem *generis divisio est in plures species*. Cuius ratio est, quod differentia non dividit nec differre habet actum nisi per oppositionem. Nihil autem sibi ipsi oppositum est, sed ei opponitur, cui contrariatur. Omnis ergo differentia quae dividit genus, sibi oppositam habet differentiam; et ideo genus coniunctum cum una facit speciem unam et coniunctum cum opposita differentia facit speciem aliam isti oppositam, quia alietas, ut dicit BOETHIUS, causatur ab oppositione. Propter quod dicit ARISTOTELES in VI TOPICORUM quod, si aliquis in diffinitione aliquid assignavit pro differentia, considerandum, si oppositum eius est etiam eiusdem generis differentia. Si enim non est oppositum differentia, nec hoc quod assignavit, vera fuit differentia. Genus non dividitur nisi per oppositas formas, quae sunt differentiae. Oppositae autem differentiae coniunctae cum genere non unam, sed plures species semper constituunt.

Sunt tamen qui contra hoc quod dictum est, obiciunt per id quod a principio de universali DICTUM EST, quod scilicet ab aptitudine existendi in pluribus et dicendi de pluribus universale dicatur, et non ab actu – quod scilicet actu sit in pluribus et de pluribus –, quia aliter sol non esset universale. Ex hoc enim volunt inferre quod genus est non quod habeat plures species, sed quod aptum natum sit habere plures, et sic non oportet genus semper in plures species dividi. Sed ad hoc dicendum quod non est verum de genere, sed de specie specialissima solum, quia genus non dividitur nisi per ea quae potestate naturali et substantiali sunt in ipso. Et ideo per se dividitur et oportet quod dividatur in plura, quae actu plura sunt. Species autem non dividitur per ea quae sunt in ipsa nec dividitur secundum suam substantialem potestatem, sed potius multiplicatur et numeratur quam dividitur per id quod totum substantialiter est extra naturam et essentiam ipsius, scilicet per materiam, quae nihil est formalis essentiae vel potestatis. Et ideo accidit speciei esse in ipsa.Propter quod sola sufficit aptitudo in specie, ut sit apta existere in pluribus, ad hoc quod sit universale, etiam si actu non sit nisi in uno solo, vel forte in nullo, dummodo sit forma, quae secundum opinionem apta nata sit esse in pluribus.

Est ergo sciendum quod genus non est, quod non habet plures species. Unde si ponamus non esse aliquam speciem animalis nisi hominem, tunc quidem sequitur: 'si homo est, animal est', sed non sequitur quod animal sit genus, propter causam quae DICTA EST. In specie autem specialissima sola quidem, ut DICTUM EST, sufficit aptitudo ad hoc quod sit universale secundum aptitudinem; si autem haec aptitudo ad actum reduci debeat, oportet quod actu sit in pluribus et de pluribus. Et ideo sol non est universale secundum actum, sed secundum aptitudinem solam. In his autem in quibus aptitudo ad actum reducitur per divisionem materiae, ad actum continue reducitur, sicut DICTUM EST; quia vero aptitudo ad plura non est ad tot, quin possit esse in plura, ideo continue usque in infinitum sic potest reduci ad actum.

In omni autem tali praedicabilium coordinatione *genus* quidem substantialiter et universaliter *de specie praedicatur*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 13 *Ca* f.15rb

1 quae] quia *F1Sh* 3–4 tamen] enim *pavlp* 6 et – talibus *om. Pi* | talibus] iterum *add. F1* | est *om. CaP1P2* | potestas] potest *F1V1Pi pavlp* 7 convertitur] econverso *Pi* 8 isti] istum *V1* 10 vel] de *add. P1P2V1 pavlp* 11 anima] animal *lp* 12 aliquid – tamen] aliud huiusmodi cum *pavlp* | tamen potest] cum sit *CaP1P2* 21 est[1] – est] sit *Pi pavlp* 24 palam] est *add. F1V1Pi pavlp* | praedictis] dictis *F1Pi* 26 sunt *om. pavlp* 28 quod] quidem *CaP1P2* quia *V1Pi pavlp* | differre] differentiae *P1ShV1* differentia *F1 om. vlp* 33–34 facit – differentia *om. V1Pi* 33 facit – opposita *om. pavlp* | cum] est *CaP2* 34 aliam] alteram *F1* 35 ab] ex *F1Sh* 37–38 assignavit – considerandum] assignaverit pro differentia considerandum est *F1Pi pavlp* 38 etiam *om. P2* 40–41 Genus] enim *add. F1Pi pavlp* 41 oppositas] differentias sive *add. Pi pavlp* 43 unam] unum *pavlp* 50 inferre] inferri *CaP1P2F1Sh* 52 sit] est *V1* | plures] species *add. Pi pavlp* 60 dividitur] dividatur *F1Pi pavlp* 62 vel] suae *Pi pavlp* 67 opinionem] aptitudinem *pavlp* 76–77 ideo – non] ideo solum *P1P2F1* non solum *Pi pavlp* 79 reducitur] deducitur *Pi* | continue *om. pavlp* 80 vero] naturae *pavlp* 81 in[1]] ad *Sh pavlp corr. Sh*[1] 81–82 usque – sic] sic in infinitum *Pi pavlp*

24 Cf. p. 45 v. 20–24, p. 47 v. 18–26, p. 55 v. 21sqq. – 35 Non invenitur. – 36 Arist., Top. l. 6 c. 8 (146 b 36sqq.), transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 133 v. 5sqq. – 46 Cf. supra p. 10 v. 9–10, p. 17 v. 39–43, p. 47 v. 32–34. – 63–67 Cf. supra p. 10 v. 10–13. – 72 Supra p. 73 v. 23–44. – 73 Supra p. 72 v. 66–p. 73 v. 1. – 78–82 Cf. supra p. 70 v. 7–30, p. 72 v. 9–43.

et omnia superiora de inferioribus substantialiter et universaliter praedicantur. *Species autem* sive subalterna sit, sive specialissima, *neque* praedicatur substantialiter et universaliter *de proximo* superiori *sibi genere neque* praedicatur *de superioribus* generibus sibi non proximis, sed per medium sibi coniunctis. Huius autem causa est, quia inter talia superiora de inferioribus praedicata substantialiter et universaliter praedicatio *non convertitur*, eo quod praedicatum in plus est quam subiectum. Unde non sequitur, si homo universaliter et substantialiter est animal, quod animal universaliter et substantialiter sit homo. Est enim aliquod animal quod non est homo, ut asinus vel leo; animal enim, quamvis in intellectu sit hominis – et ideo necesse sit praedicari de ipso –, non tamen e converso homo est in intellectu animalis, propter quod animal sine homine esse potest.

In omni ordinata praedicatione, in qua secundum naturalem ordinem praedicabilium | unum de altero praedicatur, *oportet aut aequa* sive paria *de aequis* sive paribus *praedicari*, sicut est praedicatio convertibilium – *sicut hinnibile de equo* praedicatur convertibiliter; omne enim hinnibile est equus et omnis equus est hinnibile – in talibus enim subiectum est in ratione praedicati, et ideo nec praedicatum relinquit subiectum nec subiectum relinquit praedicatum; *aut* oportet *maiora de minoribus* praedicari, et in talibus praedicatum est de ratione subiecti, et ideo subiectum numquam relinquit praedicatum, quamvis praedicatum possit relinquere subiectum. Et talis praedicatio est, quando *animal de homine praedicatur*, sine conversione.

Et si instet aliquis quod homo de animali praedicatur, cum dicitur 'aliquod animal est homo' vel 'hoc animal est hic homo', nulla est instantia, quia haec praedicatio non est substantialis et secundum ordinem praedicabilium, sed per accidens. Accidit enim animali hoc animal esse, quod est homo vel hic homo.

Minora vero de maioribus secundum hunc modum praedicationis *minime praedicantur. Neque enim animal* universaliter *dicis esse hominem, quemadmodum hominem* universaliter et substantialiter *dicis esse animal.*

Secundum autem totam coordinationem praedicabilium *de quibuscumque species praedicatur*, sive subalterna sive specialissima, de omnibus eisdem *praedicabitur* universaliter *et* illius *speciei genus et* illius *generis genus*, et sic *usque ad generalissimum*, quod ultimum in ascendendo et primum in descendendo praedicatum est in illa praedicamentorum coordinatione. Cuius exemplum est quod, *si verum est Socratem esse hominem, hominem autem animal, animal vero substantiam, verum est* quod et Socrates est homo et quod Socrates est substantia. *Semper enim* universaliter et substantialiter in tali coordinatione *superiora de inferioribus* praedicantur; *et species quidem* substantialiter *de individuis praedicatur, genus autem et de specie* praedicatur *et de individuo; generalissimum autem et de genere* sibi proximo sub eo posito praedicabitur *et de generibus* omnibus inferioribus, *si plura sint media et subalterna* inter ipsum et specialissimum, et praedicatur *de specie* specialissima *et de individuis*, quae sunt sub specialissimo.

Attendendum autem quod, sicut DICTUM EST, forma quae praedicatur, non praedicatur, nisi sit notio et nomen totius esse rei. Esse enim rei totum vel est in potentia remota, et sic nominatur per generalissimum; vel in potentia propinqua, et sic nominatur genere subalterno; vel in potentia propinquissima, et sic nominatur genere immediato; vel est in actu, et sic nominatur nomine speciei – de praedicatione autem differentiae et proprii et accidentis INFERIUS pertractabitur –, et ideo dicit ARISTOTELES quod 'non est vivum et animal simul, nec animal et homo simul'. Talis igitur modus praedicandi concluditur ex eo qui dictus est praedicabilium ordine.

Haec autem quae DICTA SUNT, in compendio dicuntur sic, quod *descendentibus ad specialissima necesse est ire per multitudinem* specierum dividendo genus oppositis differentiis. *Ascendentibus* autem a specialissimis *ad generalissima necesse est colligere multitudinem* in unam generis divisi naturam. *Collectivum enim in unam* communem *naturam species est, et magis* collectivum multorum est *id quod est genus. Particularia vero et singularia semper* in multitudine existentia, *e contrario dividunt in multitudinem id quod est unum* commune; et sic *participatione speciei plures homines sunt unus*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 18 *Ca* f.15va

3 neque] non *V1 om. P1P2* | et] vel *P2* 5 non] ut *P2* | proximis] proximo *CaP1P2* 13 in] de *Pi pavlp* 15 in] de *Pi pavlp* 17 ordinata] cohordinata *F1* autem *praem. F1V1Pi pavlp* 19 aut *om. Pi pavlp* 20 est *om. pavlp* 21 hinnibile – enim] omne *Pi pavlp* | equo] de quo equus *V1* 22 hinnibile[2]] hinnibilis *V1Pi pavlp* 23 in] de *Pi* | in ratione] conversum *pavlp* 29 est] ut *add. Pi pavlp* 32 vel] hic *add. Ca* 33 est[2]] substantia in *add. V1* 35 sed] quia *Pi pavlp* 37 hunc] ordinem *add. V1* 45 ultimum] est *praem. F1 add. Pi* | in *om. CaP1P2F1V1* 46 in[1] *om. Sh* 49 et[1] *om. F1ShV1* | homo] et quod Socrates est animal *add. F1* 50 enim] et *add. pavlp* 52–53 et – praedicatur *hom. Pi pavlp* 58 sunt – specialissimo] sub ipsa sunt *Pi pavlp* | specialissimo] specialissima *P2* 59 Attendendum] attende *pavlp* 60 non praedicatur *hom. P1P2* | nisi] termini *CaP1P2* | notio] notior *pavlp* 60–61 nomen] nullum *pav* 61 Esse] omne *CaP1Sh* | enim] autem *lp* | vel *om. CaP1P2F1V1Pi* 64 nominatur] vocatur *pavlp* 66 et[1] *om. F1Pi pavlp* 68 vivum] unum *pav* vivens *lp* | simul[1] *om. lp* 69–70 qui – ordine] quod dicimus esse praedicabilium ordinem *F1* alias excluditur ex eo qui dictus est praedicabilium ordine *in marg. F1*[1] 70 est *om. pavlp* 79 e contrario] e converso *CaP1*

59 Supra p. 37 v. 46–67, p. 47 v. 60–p. 48 v. 1, p. 60 v. 60–66. – 67 Infra p. 94 v. 32sqq., p. 109 v. 21–28, p. 110 v. 45–p. 111 v. 20, p. 114 v. 20sqq. | Arist., De gen. animal. l. 2 c. 3 (736 a 35–736 b 2, b 12–14); transl. Guillelmi Arist. Lat. XVII,2.v p. 53 v. 5–11.20–24. Cf. Alb., De animal. l. 16 tr. 1 c. 10,11,12 (ed. Stadler p. 1091 v. 9–10.17–18, p. 1093 v. 24–25, p. 1094 v. 8–10, p. 1095 v. 12–13); Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 67 v. 52 cum nota et p. 123 v. 4–6; Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 378 v. 16 sq. – 71 Supra p. 75 v. 67sqq.

homo. *Particularibus autem* sic speciem dividentibus et in multitudinem distrahentibus, *unus et communis* homo est *plures* homines. *Divisivum enim* communis *semper est id quod singulare est; collectivum autem et adunativum* plurium in unum est id *quod commune est*.

Assignato autem sic *genere et specie* per diffinitivam rationem *quid sit utrumque* ipsorum, *et genere quidem uno* existente, *speciebus vero pluribus* per divisionem oppositarum differentiarum – *semper enim in plures species divisio generis est* propter causam SUPERIUS assignatam –, *genus quidem* in tali ordine *semper* universaliter et substantialiter *de specie praedicatur et omnia superiora de inferioribus; species autem neque praedicatur de proximo sibi* superiori *genere neque de superioribus* non immediate coniunctis; *nec enim* talis praedicatio *convertitur*, qua genus de specie praedicatur.

In omni enim substantiali et ordinata praedicatione *oportet aut aequa de aequis praedicari, ut hinnibile de equo*; aut oportet praedicari *maiora*, hoc est communiora, *de minoribus* sive minus communibus, | *ut animal* praedicatur *de homine*, cum animal in plus sit quam homo.

Minora vero de maioribus secundum hunc praedicabilium ordinem *minime* praedicantur, nisi per accidens, ut DICTUM EST. *Neque enim animal* universaliter *dicis* vel praedicas *hominem esse, quemadmodum hominem* universaliter *dicis esse animal*.

De quibus autem species universaliter et substantialiter *praedicatur, de his necessario et speciei genus praedicabitur et generis genus, usque ad generalissima; si enim* gratia exempli *verum est dicere Socratem* esse *hominem, hominem autem animal, animal vero substantiam, verum est* et Socratem *animal dicere atque substantiam*. *Semper enim* universaliter superiora de inferioribus praedicantur: et *species* substantialiter *quidem de individuis praedicatur, genus autem* praedicabitur *de specie et de individuo; generalissimum autem* praedicabitur *et de genere* subalterno *et de generibus* omnibus, *si plura sint media et subalterna* inter specialissimum et generalissimum, praedicabitur etiam *de specie* specialissima *et de individuis* secundum totam huiusmodi praedicabilium coordinationem.

Sic enim in omnibus verum est quod, 'quando alterum praedicatur de altero ut de subiecto', in quo substantialiter per intellectum concipitur, quaecumque substantialiter de praedicato praedicantur, 'omnia de subiecto' praedicari est necesse. Et negative similiter: quaecumque universaliter negantur de praedicato, necesse est illa etiam negari de subiecto. Animal enim cum non sit lapis, necesse est etiam hominem lapidem non esse.

Cap. 7. In quo breviter ponitur modus praedicandi praedicabilium quae praedicantur

Ex omnibus autem, quae DICTA SUNT, constat quod *generalissimum* dicimus praedicari *de omnibus*, quae *sub ipso* recto ponuntur ordine, tam *generibus* quam *speciebus et individuis*. *Genus autem* quodlibet, quod est immediate *ante specialissimum*, praedicatur *de omnibus specialissimis*, ut animal de homine et asino et leone et aliis speciebus animalis; praedicatur etiam *et de individuis* illarum specierum, per hoc quod essentialiter est in illis et de illis. Id autem quod sic species est, quod *solum species* est et non genus, quod est species specialissima, non praedicatur per se nisi *de individuis*.

Arist. Lat. 13,17–14,14 (Busse 7,16–8,6) Dicitur enim generalissimum quidem de omnibus sub se generibus speciebusque et de individuis, genus autem quod ante specialissimum est de omnibus specialissimis et de individuis, solum autem species de omnibus individuis, individuum autem de uno solo particulari (individuum autem dicitur Socrates et hoc-album et hic-veniens, ut Sophronisci filius, si solus ei sit Socrates filius).
Individua ergo dicuntur huiusmodi quoniam ex proprietatibus consistit unumquodque eorum quorum collectio numquam in alio eadem erit; Socratis enim proprietates numquam in alio quolibet erunt particularium; hae vero quae sunt hominis (dico autem eius qui est communis) proprietates erunt eaedem in pluribus, magis autem et in omnibus particularibus hominibus in eo quod homines sunt.
Continetur igitur individuum quidem sub specie, species autem sub genere; totum enim quiddam est genus, individuum autem pars, species vero et totum et pars (sed pars quidem alterius, totum autem non alterius sed aliis; partibus enim totum est). De genere quidem et specie, et quid generalissimum et quid specialissimum et quae genera eadem et species sunt, quae etiam individua, et quot modis genus et species dicatur, sufficienter dictum est.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 19 *Ca* f.15vb

9 enim] erit *pavlp* 9–10 est propter] per *pavlp* 16 et *om. pavlp* 17 aequa] aequalia *lp* 18–19 minoribus – communibus] maioribus sive minoribus *CaP1P2* minoribus *Pi pavlp* 19 minus] unus *V1* 20 plus] pluribus *V1* 22 ordinem] modum *Pi pavlp* 23 vel] et *lp* 30 vero] autem *pavlp* 30–31 verum – substantiam *hom. P1Pi corr. P1*[1] 31 enim universaliter] igitur naturaliter *CaP1P2* enim naturaliter *Pi* ergo naturaliter *pavlp* 32 et *om. Pi pavlp* 33 praedicabitur] praedicatur *F1Pi pavlp* 37 etiam] autem *P1P2Pi pavlp praem. Ca* enim *F1* 41 substantialiter] specialiter *CaP1P2Pi pavlp* 44 est] sunt *CaP1P2* sit *Pi pavlp* 48–49 In – praedicandi] De modo *lp* 54 autem] ad *CaP1P2* enim *Pi pavlp* 56 et[1]] de *add. pavlp* 56–57 aliis – animalis] speciebus aliis *P1P2Pi pavlp* | animalis] aliis *Ca* 57 et de] et *P1P2 om. Ca* 59 est[1] *om. CaP1P2Sh* 59–60 solum – quod] non genus et *F1* 61 per] de *P1P2*

64 autem[1] *C* enim *cett.*

6–15 Cf. supra p. 73 v. 23–44. – 10 Supra p. 73 v. 27–44. – 16–20 Cf. supra p. 74 v. 17–40. – 21–25 Cf. supra p. 74 v. 41–44. – 23 Supra p. 74 v. 17–40. – 26–39 Cf. supra p. 74 v. 41–58. – 40–44 Cf. Arist., Cat. c. 3 (1 b 10–12); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p. 6 v. 14–16; Alb., De praedic. tr. 1 c. 6 (Ed. Paris. t. 1 p. 161b); vide infra p. 122 v. 13–15. – 51 Supra p. 74 v. 41sqq., p. 75 v. 26sqq.

Individuum autem, quod est individuum certum, non praedicatur nisi *de uno solo particulari* discreto et signato illa praedicatione, quae in ANTEHABITIS determinata est. Quamvis enim 'individuum vagum' de pluribus praedicetur, hoc est praedicatione speciei et non individui, ut in ANTEHABITIS dictum est. Individuum enim quod discernitur ab aliis sub eodem communi positis particularibus, dupliciter formatur: In substantia enim formatur per accidentia – quae signum sunt talis discretionis – quae in proprio nomine importantur, ut cum *dicitur 'Socrates'*. Quia autem accidens non individuatur nisi per substantiam, ideo individuum accidentium per demonstrationem ad rem stantem sub accidente designatur, sicut *hoc album et* hoc *veniens*, ut accidens tam sine tempore et motu quam cum tempore et motu designetur; discernitur etiam aliquando per circumlocutionem, ut cum discretio Socratis designatur per generantem vel locum generationis, ut cum dicitur *Sophronici filius, si solus Socrates sit ei filius*. A generante enim principaliter trahit originem, quia hic generat hunc; unde et in talibus aliquando ad maiorem discretionem notandam mutamus appellationes dicendo 'voca Sophronici filium', notantes quod sub hac appellatione magis discrete noscitur quam sub appellatione Socratis.

'*Individua*' enim *dicuntur huiusmodi* substantiae primae, propter hoc quod quantum ad discretionem – non quantum ad substantiam – unumquodque eorum divisim *consistit ex proprietatibus*, quarum earundem in numero *collectio numquam erit in alio* aliquo. Quae, ut dicit BOETHIUS, sunt septem, scilicet propria forma, propria figura, propria parentela – secundum quam per hanc vel illam seminis decisionem a parentibus descendit –, propria nominatio a proprio accidente imposita, propria patria – secundum quod patria centrum dicit nativitatis in quod respexit periodus circuli caelestis in nativitate –, proprium tempus et proprius locus omnia haec continens. Haec enim abstrahi ab hac re non possunt, quia per haec est hic et nunc. Quamvis enim haec materia sit forma particularis et individuationis principium et individui pars substantialis, tamen haec accidentia quamvis non componant substantiam singularem, sunt tamen facientia ad notitiam suae discretionis; et si individuum non ut particularis substantia, sed ut discretum et discrete notum designetur, tunc accidentia sunt in ipsa nominatione | concepta et de essentia individui sic designati, quamvis non sint aliqua pars particularis substantiae, secundum quod substantia est; haec enim non componitur nisi ex hac forma et hac materia. Sed *proprietates* quae sunt *communis hominis*, per hoc quod communis homo est in pluribus, inveniuntur etiam *in pluribus*, ut risibile et mansuetum natura et disciplinae perceptibile et huiusmodi. Haec enim in pluribus et, quod plus est, *in omnibus hominibus particularibus* inveniuntur. Sunt enim in eis per commune quod est in eis, et ideo conveniunt eis *in eo quod homines sunt*.

Directo enim praedicabilium ordine *continetur individuum* sub homine sive generaliter loquendo *sub specie*. *Species autem* continetur *sub genere*. *Est enim genus totum quoddam* universale, et id quod est genus, secundum quod genus est, non est nisi totum. *Individuum autem* non est totum, sed tantum *pars* subiectiva totius universalis. *Species vero*, quae in medio est inter genus et individuum, *et totum* est *et pars* diversis comparata: *Sed pars quidem alterius*, generis scilicet, quod est totum ad ipsam; species enim pars est potestatis generis, quia genus non secundum totum suae potestatis est in specie. *Totum autem* est species, *non alterius* alicuius – quia nihil participat eam secundum partem suae potestatis, sicut ipsa species participat genus – *sed* est totum *aliis* omnibus individuis, quia ipsa species, ut dicit BOETHIUS, 'totum esse' est individuis. Nec referuntur individua ad speciem ut partes ipsius, sed potius ut singularia secundum totum esse et potestatem speciem in se habentia et participantia.

Compendiose igitur dicendo *generalissimum quidem de omnibus sub se*, secundum eandem coordinationem positis, *generibus et speciebus et individuis* dicimus sive praedicamus. *Genus autem* subalternum, *quod ante specialissimum est, de omnibus specialissimis et individuis* praedicamus. Ipsas *autem species* praedicamus *de omnibus individuis* sub se positis. *Individuum autem de uno solo particulari*, non propria

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 45 *Ca* f.16ra

1 individuum *om. pavlp* 2 particulari *om. Pi pavlp* 4 enim *om. pavlp* 6 in antehabitis *om. Pi pavlp* | dictum] determinatum *F1* 7 eodem] tali *Pi* 8 dupliciter] alias tripliciter *in marg. F1*[1] | In *om. Pi pavlp* 9 signum] signa *Pi pavlp* 9–10 discretionis] descriptionis *V1* 16 aliquando] aliud *pavlp* 17 cum *om. Pi pavlp* 19 ei] eius *F1V1Pi pavlp* 20 unde] dictum *pavlp* 22 appellationes] nomen appellationis *F1ShV1* | voca] vero *pa om. vlp* 25 huiusmodi] huius *CaP1P2* 28 consistit] existit *F1* 31 figura] signa *V1* 32 decisionem] descisionem *P1P2* 33 proprio] primo *Pi* 34 patria[2]] pro *praem. CaP1P2Pi pav* | dicit] dicitur *F1V1 lp* 35 quod] quo *pavlp* 36 et *om. lp* 37 hac re] arte *CaP1P2* 38 haec est] hoc et *Pi pavlp* 39 forma] formam *CaP1P2ShV1Pi* formae *pavlp* 42 tamen *om. pavlp* 44 notum] nomen *pavlp* 45 in – nominatione] nomina in ratione *Pi pavlp* | nominatione] nomina ratione *P1P2* 48 et – materia *om. lp* 53 quod *om. lp* | hominibus *om. F1* 60 est[2] *om. pavlp* 62 quae] est *add. pavlp* | individuum] speciem *CaP1P2F1ShV1* 64 scilicet *om. pavlp* 65 potestatis] potestate *Pi pavlp* 66 totum – potestatis] totam suam potestatem *F1Pi pavlp* 67 non] vero *pa* | alterius] totius *pavlp* 70 est] aliis *add. F1* in *add. Pi p* 75 eandem] suam *pavlp* 78 est *om. Pi pavlp* | specialissimis] speciebus *F1* 78–79 praedicamus – individuis *hom. V1* | Ipsas – species] species autem *pavlp* 80 autem] vero *Pi pavlp om. CaP1P2V1* 80–p. 77 v. 1 particulari – tamen] non propria *Pi pavlp*

3 Supra p. 48 v. 20–p. 49 v. 51, p. 72 v. 9–43. – 6 Supra p. 49 v. 26–51. – 30 Cf. Auctor. Arist. 30,13 (ed. Hamesse p. 300); locus tamen, ut in nota dicitur, non inventus est. – 34–36 Cf. supra p. 41 v. 53–p. 42 v. 5. – 70 Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 3 c. 12 (CSEL 48 p. 237 v. 1–3). – 74–p. 77 v. 6 Cf. supra p. 75 v. 51–p. 76 v. 24.

tamen praedicatione praedicamus. *Individuum enim* sub discretione nominatum '*Socrates*', vel in accidentibus '*hoc album vel hoc veniens*' demonstratum, vel per circumlocutionem manifestioris loquelae '*Sophronici filius*', *si solus Socrates sit ei filius*; si enim plures haberet, tunc tali circumlocutione non discerneretur Socrates.

Individua ergo voce discretionis *dicuntur huiusmodi, quoniam* quantum ad suam discretionem *ex talibus proprietatibus consistit unumquodque eorum*, quarum *collectio numquam in alio eadem erit. Socratis enim* discretivae *proprietates numquam in alio* aliquo *erunt particulari* homine. *Hae vero* proprietates, *quae sunt communis proprietates, erunt eaedem in pluribus.* Illae enim sunt proprietates communis et non singularis, secundum quod singularis est. Et, ut plus dicatur, communis hominis proprietates sunt in omnibus, in quibus una est natura communis. Participantia enim naturam communem participant etiam propria illam naturam consequentia. Tales igitur hominis communis proprietates erunt *in omnibus particularibus hominibus in eo quod homines sunt.*

Secundum igitur PRAEDICTUM praedicabilium ordinem *continetur individuum sub specie, species autem sub genere. Est enim genus totum quiddam* vel quoddam, in quantum genus est. *Individuum autem*, secundum quod individuum, est *pars* quaedam. *Species vero est et totum et pars; sed pars quidem est alterius*, hoc est generis, quod secundum partem suae potestatis participat; *totum autem non est alterius*, quod ipsius partem participet, *sed* est totum *aliis; partibus enim totum est*, quarum quaelibet ipsum totum participat.

Quia autem ea quae de genere et specie dicta sunt, a se invicem propter correlationem dependent, uno epilogo patet quod *de genere quidem et specie, et quid generalissimum et quid specialissimum*, et de his *quae eadem sunt genera et species* sicut subalterna; adhuc autem, *quae etiam* sint *individua*, sive certa sive vaga, vel per demonstrationem vel circumlocutionem certificata; adhuc autem, *quot modis genus dicitur* et quot modis *species dicitur*, quantum ad praesentem spectat intentionem logicam, *sufficienter dictum est.*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 enim] autem *P2F1* vero *ShV1* 2 discretione] descriptione *pavlp* | nominatum] nominatur *F1* nominatur ut *V1* non propria praedicatione praedicamus *add. Pi* 3 veniens demonstratum] nomen per demonstrationem *pavlp* 4–5 si – filius *om. Pi pavlp* 7 voce] notae *V1* 9 consistit] existit *F1* | quarum] quorum *lp* 10 alio – erit] aliquo eodem est *Pi* | discretivae] discretiva *vlp* | proprietates] proprietas *pavlp* 11 erunt] esset *pavlp* 12 communis] communes *pavlp* | eaedem] eodem *Ca* eadem *F1 pa* 14 singularis] singulare *F1 vlp* singulares *pa* 15–16 proprietates – communis *hom. P1* 16 natura] hominis *add. V1* | naturam] nomina *CaP1P2* 18 communis] communes *V1 pavlp* 19 hominibus *om. P1P2Pi pavlp* 22 quiddam vel *om. pavlp* 26 suae *om. P1* 30 Quia] quod *pavlp* 30–31 a se] ad se *F1V1* ad *pavlp* 31 dependent] dependeant *pavlp* 32 quod] quid *pa om. vlp* | specie, et] de specie *pavlp* 33 his] aliis *pavlp* 34 et species *om. V1* | sint] sicut *CaP1P2* sunt *F1* 36–37 quot – quot] quod … quod *Ca*

7–19 Cf. supra p. 76 v. 25–55. – 20–29 Cf. supra p. 76 v. 56sqq. – 20 Supra ex.gr. p. 61 v. 29–p. 62 v. 40.

TRACTATUS DE DIFFERENTIA

Cap. 1. De distinctione nominis differentiae quod multipliciter dicitur

Consequens de universali, quod ‘differentia’ vocatur, pertractare. Haec enim, quia constituit speciem et praedicatur de specie, ens de ratione diffinitiva ipsius speciei, ante speciem fuerat ponenda, nisi obstitisset correlatio ad invicem speciei ad genus et generis ad speciem, quemadmodum in PRAEHABITIS dictum est.

Antequam autem notificemus differentiam, quae sola unum est de quinque | universalibus, et determinemus de ipsa, oportet nos distinguere multiplicitatem nominis differentiae. Haec enim multipliciter dicitur ‘secundum prius et posterius’.

Differentia igitur dicitur multipliciter, ut dicit AVICENNA, non sicut genus et species, quia in genere et specie primo fuit usus horum nominum in physicis et politicis et ab illis haec nomina ad usum philosophiae sumpta sunt; sed in differentia factum est e converso. Nomen enim differentiae primo fuit in usu philosophorum, et ab illo transsumptum est ad usum communiter loquentium. Haec igitur est causa vera, quod multipliciter dicitur nomen differentiae: *communiter et proprie et magis proprie*.

Communiter autem dicitur ‘differentia’, quae est apud communiter loquentes non considerantes nisi ea quae sensibus prima facie obiciuntur. *Communiter* ergo *alterum ab altero differre* differentia *dicitur*, quando unum ab altero *alteritate quadam* cuiuscumque communiter apprehensibilis accidentis differre dicitur *quocumque modo* secundum omnia genera formarum accidentalium. Nec tales differentiae communes ideo dicuntur, quia rebus insint communiter, quas faciunt differre. Si enim sic essent, non dicerentur differentiae sed convenientiae. Sed dicuntur differentiae communiter, quia a communiter loquentibus sunt in usu. Vulgus enim assignando differentias rerum talibus res differre dicit, qualia forinsecus in rebus per sensum communiter apprehendit. Sic autem et tali differentia individuum unius speciei differt ab alio individuo eiusdem speciei, ut *Socrates a Platone differt* accidentium sensibilium *alteritate* quadam, sicut quod dicit APULEIUS quod Plato latus fuit facie, Socrates autem non. Hac etiam differentia idem individuum unius speciei *differt a seipso* in duobus temporibus, sicut Socrates iam vir vel senex existens differt *a se puero* per accidentia iuventutis et senectutis, quae non cito derelinquunt subiectum. Sic etiam Socrates differt a seipso, quando aliquid facit, scribit scilicet vel legit, et *quiescente*

Arist. Lat. 14,15–15,16 (Busse 8,7–9,6) DE DIFFERENTIA. – Differentia vero communiter et proprie et magis proprie dicatur. Communiter quidem differre alterum altero dicitur quod alteritate quadam differt quocumque modo vel a se ipso vel ab alio; differt enim Socrates Platone alteritate et ipse a se vel puero vel iam viro vel faciente aliquid vel quiescente, et semper in aliquo modo habendi alteritatibus. Proprie autem differre alterum altero dicitur quando inseparabili accidenti altero differt; inseparabile vero accidens est ut nasi curvitas, caecitas oculorum, cicatrix cum ex vulnere obcalluerit. Magis proprie differre alterum altero dicitur quando specifica differentia distiterit, quemadmodum homo ab equo specifica differentia differt rationali qualitate.
Universaliter ergo omnis differentia alteratum facit cuilibet adveniens; sed ea quae est communiter et proprie alteratum facit, illa autem quae est magis proprie aliud. Differentiarum enim aliae quidem alteratum faciunt, aliae vero aliud; illae quidem quae faciunt aliud, specificae vocantur; illae vero quae alteratum, simpliciter differentiae (animali enim differentia adveniens rationalis, aliud fecit et speciem animalis fecit; illa vero quae est movendi, alteratum solum a quiescente fecit; quare haec quidem aliud, illa vero alteratum solum fecit). Secundum igitur aliud facientes, divisiones fiunt a generibus in species et definitiones adsignantur quae sunt ex genere et huiusmodi differentiis; secundum autem eas quae solum alteratum faciunt, alteratio sola consistit et aliquo modo se habendi permutationes.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 11 *Ca* f.16rb

1 tractatus] V *add. lp* 2 nominis differentiae] huius nominis differentia *Sh* 4 Consequens] consequenter *P1P2Pi pavlp* est *add. V1* 4–5 differentia – pertractare] dicitur differentia tractare *F1* 5 pertractare] est *add. Pi pavlp* | Haec] hic *pa* hoc *v* 6 ens] est *Pi* et *pavlp* 7 ante – fuerat] aut speciem servari *CaP1P2* ideo ante speciem erat *Pi pavlp* | ponenda] ponendum *CaP1P2Sh* | nisi] non *P2* 11 unum] una *P1P2Pi pavlp* 12 oportet – distinguere *om. V1* 16 non] ut *P2* 17 primo] prius *V1* 21 illo] illa *Pi pavlp* 22 vera] vero *CaP1P2Sh* | quod] quae *CaP1P2* 23 et] scilicet *F1Pi pavlp om. V1* 26 non – nisi] non considerando nisi *Pi* non considerando *pa* considerando *vlp* 27 prima facie] primo *Pi pavlp* 29 alteritate] alternate *CaP1P2* altereitate *pa* 30 quocumque] quoque *F1* alias quocumque *in marg. F1*[1] 31 accidentalium] accidentium *F1V1Pi pavlp* 32 quia] in *add. F1V1* 33–34 essent] esset *F1V1Pi pavlp* 37 rerum] eorum *CaP1P2* | dicit] facit *Pi pavlp* 39 et] in *pavlp* 41 alteritate] alternate *CaP1P2* altereitate *pa* | sicut] secundum *F1* | quod] ut *V1 om. Pi pavlp* 43 non *om. P2* | idem] unum *Pi pavlp* 45 se] ipso *add. P1F1V1* 48 facit] vel *add. V1* | scilicet *om. V1Pi pavlp* | legit] loquitur *Pi* 48–p. 79 v. 1 et – ipso] quiescente seipso *pavlp*

50 alterum] ab *add. C*[v]

9 Supra p. 54 v. 3–27. – 13–14 Cf. supra p. 39 v. 6–39. – 15–16 Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.8rb). – 16–19 Cf. supra p. 41 v. 4sqq., p. 54 v. 28sqq. – 42 Apuleius, De Platone et eius dogmate l. 1 c. 1 (ed. Thomas t.III p. 82 v. 1 sqq.); cf. L. Gaul p. 4 nota 4; Alb., Ethica l. 1 tr. 7 c. 2 (Ed. Paris. t. 7 p. 108a). – 47 Cf. Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.8rb).

ipso a tali opere, quae sunt accidentia cito separabilia. Et ut generaliter dicatur, haec differentia consideratur semper secundum aliquem modum diversimode se *habendi* ad seipsum vel ad alium *alteritatibus* quibuscumque secundum cuiuslibet generis accidentia cito vel non cito separabilia. Haec igitur est acceptio differentiae secundum intentionem nominis dicta apud communiter loquentes; propter quod etiam communis vocatur differentia, hoc est, quam attendunt communiter loquentes.

Iuxta illum modum magis vicine ad verum modum accipitur differentia, quae vocatur propria, eo quod ei, in quo est, per causam connaturalem est appropriata, ut quando unum *differre dicitur ab altero* per *accidens inseparabile*, quod ideo inseparabile, quia causam habet stantem, quae est in subiecto in quo est, sicut est *nasi curvitas* in simo, cuius nasus simiae comparatur; vel *cicatrix* aliqua indurata et inseparabilis, *cum ex vulnere occalluerit*. Simitas enim inest per naturam, sed cicatrix inest per occasionem. His differunt simus a non simo et cicatricem habens ab eo qui cicatricem non habet, et aliquando idem cicatricem habens nunc a seipso antequam cicatricem haberet. Haec autem dicitur propria, quia per aliquam rationem accedit ad illam, quae vero nomine differentia vocatur. Haec enim quamvis non sit de essentia eius, in quo est et quod differre facit, habet tamen causam in essentialibus ipsius, sive sint essentialia complexioni sive etiam sint essentialia compositioni ipsius, et sic accedit ad verae differentiae rationem. Quando autem dicimus quod talis differentia causam habet in subiecto, in quo est et quod differre facit, non intelligimus de subiecto, quod est species tantum, sed de illo in numero subiecto, in quo est id quod differre facit, sicut simitas in naso vel claudicatio in tibia. Hanc differentiam per rationem considerare necesse est, et ideo iam ad usum verum differentiae – secundum modum, quo philosophia utitur differentia – appropinquat.

Secundum autem modum magis et maxime proprium alterum ab altero differre dicitur, quando substantiali et universali et *specifica differentia* differt, sicut *differt homo ab equo specifica differentia*, quae specifica differentia est qualitas essentialis hominis, qua rationalis dicitur. Haec enim differentia, quamvis sit forma essentialis hominis, tamen est qualitas naturalis generis et perfectiva potentiae ipsius et determinativa communitatis et confusionis eius, ut dicit AVICENNA. Et ideo substantialis est speciei et substantia et principium substantiae, sicut forma et perfectiva est materiae et determinativa | confusionis eius et principium rei quae perfecta est ex materia et forma.

Ista igitur distinctio differentiae distinctio vel divisio est multipliciter dicti per analogiam ad unum actum, qui est facere differre unum ab altero, qui quidem convenit vere, hoc est secundum veram rationem, differentiae magis propriae, aliis autem secundum quod plus vel minus faciunt differre. Et ideo primo differentia vocatur simpliciter ea quae dicitur magis propria, secundario illa quae vocatur propria, tertio autem illa quae vocatur communis. Quoad nos autem per prius dicitur differentia quae est communis, propter hoc quod prima facie se notitiae nostrae obicit. Secundarie autem dicitur ea quae dicitur propria, quia minus communiter est apprehensibilis. Ultimo vero, quae paucioribus et intellectu utentibus innotescit.

Hac igitur divisione sic posita, per proprios effectus uniuscuiusque membri declaramus partes dividentes hoc commune, quod est differentia. Dicimus igitur quod in hoc conveniunt DUAE PRIMAE – ea scilicet quae est communiter differentia et ea quae est proprie vocata differentia – quod id, in quo sunt et quod differre faciunt, per id quod est causa differentiae, non faciunt suum subiectum nisi solum alteratum, quando cuilibet subiecto adveniunt. Illa autem differentia, quae est magis propria, per id quod est causa differendi, facit aliud in substantia esse id quod differt, ab eo a quo differt.

Concluditur ergo proprius effectus differentiarum, quod *differentiarum* quaedam per id quod facit differre, *faciunt alteratum* esse solum id quod differt, ab eo a quo differt. *Aliae vero* per id quod differre facit, *faciunt aliud* in substantia esse id quod differt, ab eo a quo differt.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 46 *Ca* f.16va

5 secundum] vel *CaP1P2Pi pavlp* | cito[2] *om. P1* 8 communis] communiter *P2Pi* 12 per – connaturalem] causa huius naturalis *F1* 14 quod – inseparabile *hom. V1* | inseparabile] est *add. F1Pi pavlp* | stantem *om. CaP1P2Pi pavlp* 15 curvitas] simitas *pavlp* quae est *add. F1* 16 simiae] symeae *Ca* simeae *Sh* 17 et] vel *P1P2Pi pavlp* | occalluerit] ocaluerit *CaShV1* occaluerit *P2Pi lp* occultavit *P1 corr. P1*[1] occuluerit *pav* 18–19 cicatrix – habens] cicatricem habens differt *Pi pavlp* 19 His] et in *praem. F1* in *praem. ShV1* 20 idem] assequitur *add. CaP1P2* a se ipso *add. Sh* 20–21 cicatricem – nunc *om. F1V1* 22 autem] differentia *add. F1* 24 essentia] accidentia *CaP1P2 corr. P1*[2] 25 differre] differentia *P2* 26–27 complexioni – compositioni] compositioni *P1* complectioni *P1*[1] 26 etiam *om. pavlp* 27 accedit] accidit *pav* accedet *lp* | verae] naturae *V1* 30 species] specie *lp* 35 appropinquat] appropinquanti *CaP1P2* appropinquatur *Sh* 37–38 quando – substantiali] quoniam sub alia *pavlp* 39 specifica[2]] quidem *Pi pavlp* | specifica differentia *om. V1* 40–42 qua – hominis *hom. P1P2* 40 qua rationalis] quae ratio *F1Pi pavlp* 43 potentiae] perpetue *V1* 43–44 confusionis] confessionis *Ca corr. Ca*[1] 47 perfecta] composita *Pi pavlp* 49 distinctio[2] *om. pavlp* 50 actum *om. V1* 51 facere] et *add. P1P2* 52 vere] verae *lp* 54 primo] prima *F1Pi pavlp* 54–55 differentia – ea] illi quae vocatur differentia simpliciter *V1* 56 illa[1]] illi *CaP1P2ShV1* | vocatur[1]] magis *add. V1* | illa[2]] illi *CaP1P2ShV1* 59 Secundarie] secundario *F1Pi pavlp* 61 paucioribus] a *praem. V1* substantiam *add. Pi* substantia *add. pavlp* 64 declaramus] declarabimus *F1ShV1* declaremus *vlp* 65 Dicimus] dicamus *pavlp* 68 quod[2] *om. Pi pavlp* 73 differt[2]] huius autem causa est quia differentia communis et propria non faciunt differre nisi per accidens *add. V1* 74 proprius] prius *P1P2* 75 facit] faciunt *pavlp* 77–78 Aliae – differt *hom. P1P2V1* 78 id *om. pavlp*

44 Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.8va). – 49–54 Cf. supra p. 39 v. 6–43. – 66 Cf. supra p. 78 v. 25sqq. et p. 79 v. 10sqq. – 71–72 Cf. supra p. 78 v. 4sqq.

Huius autem causa est quod differentiae communis et propria non faciunt differre nisi per accidens, quod aut habet causam in subiecto, aut non habet causam in subiecto. Et quocumque modo sit accidens, nullo modo potest esse perfectivum vel constitutivum substantiae, et ideo de se non potest facere aliud, quia aliud non est nisi quod secundum substantiam est aliud. Et quamvis simum et aquilum sint aliud et aliud per substantiam nasi, hoc tamen non est per simitatem et aquilitatem, quae sunt accidentia, sed potius hoc per diversitatem substantiae nasi simi et per substantiam nasi aquili; sicut et risibile et hinnibile differunt per substantiam, sed huius differentiae non est causa risibile vel hinnibile, sed formae specificae et differentiae substantiales, quibus substantialiter differunt homo et equus.

Ex hoc autem iterum alia surgit istorum dividentium differentiam manifestatio, quod illae quidem differentiae, *quae faciunt aliud* in substantia et specie per id quod facit differre, dicuntur esse *specificae differentiae*, hoc est, ad speciem perficientes et in specie constituentes. *Illae vero quae alteratum* solum faciunt, dicuntur *simpliciter differentiae*; non ita quod nomen differentiae simpliciter praedicetur de illis et ratione absoluta et perfecta, sed quia super nomen differentiae nihil addunt, quod ponat eas in formam verae et propriae differentiae. Sicut cum dicimus quod ens in potentia dicitur simpliciter ens, non ita dicimus hoc quod ens in potentia entis simpliciter habeat nomen vel rationem, cum sit ens secundum quid et non simpliciter, sed dicitur ens simpliciter, hoc est, sine determinatione alicuius, per quod ad ens actu trahatur et determinetur.

Hoc autem quod dictum est, manifestatur exemplariter, quia huic generi, quod est animal, '*rationale*' *adveniens* in diffinitione hominis vel dei facit id quod in substantia est aliud ab eo, a quo differt per illam differentiam; facit enim rationale animal et *facit speciem* subalternam *animalis*. *Illa vero quae est* communiter differentia, per id quod est causa differentiae – ut *movendi*, quo differt aliquis *a quiescente* – non facit nisi *alteratum* et non aliud, quantum est de eo, quod est causa differentiae, quod est separabile accidens. Concluditur ergo quod quaedam differentiarum facit aliud secundum substantiam, quaedam autem non facit nisi alteratum.

Ex his igitur ostenditur, quod in PROOEMIO istius libri dictum est, quod scilicet notitia universalium valet et utilis est ad divisiones et ad diffinitiones, quia secundum differentias, quae faciunt aliud, *divisiones fiunt* generum *in species*, et secundum easdem et per easdem *diffinitiones* specierum *assignantur*, eo quod diffinitiones verae sunt *ex genere et talibus differentiis*. *Secundum* ea *quae solum faciunt alteratum* et non aliud, *alteratio sola* | in accidente *consistit*, generaliter dicta secundum omne accidens secundum aliquem modum *se habendi permutationes* secundum omne genus praedicamenti, sive in ipso sit motus per se sive sit motus ad ipsum per accidens. Alteratio enim proprie solum est in una specie qualitatis, quae est passio vel passibilis qualitas. 'Motus autem' per se non est nisi 'in tribus praedicamentis, quae sunt qualitas, quantitas et ubi'. Per accidens autem in omnibus est, ut dicit ARISTOTELES in V PHYSICORUM.

Et hoc modo dicimus differentiam communiter sumi penes alterationem accidentalem quamcumque, sive sit per se sive per accidens, quia semper facit actum differentiae, qui est facere differre unum ab alio vel idem a seipso. Sumuntur enim differentiae istae ab accidentibus vel communibus vel propriis. Et huiusmodi accidentis triplex consideratio est: Si enim in se consideretur, tunc est accidens vel proprium, quae sunt duo de quinque universalibus e diverso dividentia cum differentia hoc commune, quod est universale. Et sic nec differentia est accidens nec proprium. Considerantur etiam in comparatione ad subiectum in quo sunt, et sic sunt comparata ad sua singularia de quibus praedicantur, et est similis comparatio sicut speciei ad individua. Considerantur tertio secundum quod per ea est convenientia vel differentia ad alia comparata, et sic ab ipsis sumuntur duo differentiae modi, qui sunt communis et propria differentia.

Illa autem differentia, quae facit aliud, sumitur a forma specifica, quae etiam tripliciter consideratur: (1) in

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 51 *Ca* f.16vb

1 quod] quia *V1Pi pavlp* | differentiae] differentia *F1ShV1Pi pavlp* 2 faciunt] sufficiunt *P2* | aut] autem non *P1P2* non *add. Ca* 4 nullo modo] nullo *CaP1P2Sh corr. Sh*[1] non *V1* 6 de] per *Pi pavlp* 8 aquilum] aquilinum *F1* | sint] sit *pavlp* | et aliud *om. lp* 9 tamen] modo *pa* | aquilitatem] aquilinitatem *lp* 10 hoc *om. F1V1Pi pavlp* 12 et[1] *om. Pi pavlp* 16 alia *om. V1Pi pavlp* 16–17 istorum – differentiam] istarum differentiarum dividentium *pavlp* 19 dicuntur] dicunt *CaP1P2* 20 perficientes] pertinentes *pavlp* 23 et[1] *om. Pi pavlp* 24 ponat] ponas *V1* 25 formam] forma *F1* 35 aliud] alicuius *pa* alicuius *praem. vlp* 37 animalis] animal *pavlp* | Illa] alia *V1* 38 movendi] moveri *V1* 41 Concluditur] concludit *lp* 43 facit *om. V1* 46 est *om. CaSh* | divisiones] divisionem *F1V1* 47 aliud] ad *V1* | fiunt] faciunt *pavlp* 50 Secundum] autem *add. F1* sed *pa praem. vlp* | ea] eas *vlp (Porph.)* 52 omne] esse *V1Pi om. F1* | accidens] et *add. vlp* 53 permutationes] per mutationes *vlp* 54 per se *om. CaP1P2ShV1Pi pav* 56 est[1] *om. CaP1P2Sh* | qualitatis] qualitatum *F1* 59 autem] etiam *pavlp* 61 differentiam *om. pavlp* 63 semper facit] facit *F1V1* sequitur *pavlp* 63–64 differentiae] differre *P1P2* 65 istae] tot *F1ShV1* 66 vel[1] – vel] communibus sive *pavlp* 67 est *om. CaP1P2Sh* 68 accidens] commune *add. V1* 69 e] in *CaP1P2* ex *F1* 69–70 cum differentia *om. F1V1* 70 quod] commune *add. Ca exp. Ca*[1] | quod est] cum *V1* | universale] differentia *CaP1P2F1ShV1* 74 et] sic *add. F1V1* 75 tertio] etiam *pavlp* 76 alia] illa *Pi pavlp* | ipsis] ipso *F1* illo *V1*

44 Supra p. 19 v. 13. – 55–56 Cf. Arist., Phys. l. 7 c. 2 (244 b 15); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 263 v. 7; Auctor. Arist. 2,191 (ed. Hamesse p. 155). – 57–59 Cf. Arist., Phys. l. 5 c. 1 (225 b 5–9), l. 5 c. 2 (226 a 24–25); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 196 v. 14–15, p. 198 v. 20–21; Auctor. Arist. 2,155 (ed. Hamesse p. 152). – 59–60 Arist., Phys. l. 5 c. 1 (224 b 15 sqq.); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 193 v. 19 sqq.

se scilicet, prout est substantia, quae est forma substantiam faciens, et (2) prout est in specie constituta – et sic est specifica –, et (3) prout per ipsam id quod ea formatum est, comparatur ad aliud secundum convenientiam vel differentiam. Et hoc solo modo differentia vocatur, primo autem modo forma, secundo autem modo species, secundum quod species unum est quinque universalium, dividens hoc commune, quod est universale, cum differentia et aliis universalibus.

Et illa quidem differentia est, quae est unum de quinque universalibus, cuius assignationem secundum diffinitionem propriam dat AVICENNA dicens 'quod est universale simplex, praedicatum de specie in quale quid'. Haec est enim differentia magis proprie vocata differentia, quae aliud facit et non alteratum solum. Omnis enim differentia facit alteratum; dico autem alteratum vel qualitate accidentali vel essentiali. Sed differentia magis propria non tantum alteratum, sed etiam facit aliud, quia alteratum qualitate essentiali aliud factum est. Haec est igitur differentia magis propria, quae est universale unum de quinque, in quale praedicatum de specie, eo quod differentia qualitas substantialis est generis, sicut qualitas non substantialis – sed ex substantialibus manans sive fluens – est proprium, et sicut qualitas individui accidentalis, non ex substantialibus fluens, est accidens commune.

Nec valet argumentum, si quis sic obiciat: Differentia substantialis facit alteratum; id autem quod alteratum facit, est accidens vel proprium; ergo differentia substantialis est accidens vel proprium. Quia alteratum esse contingit dupliciter, qualitate scilicet essentiali vel accidentali; infertur autem, ac si qualitate accidentali alteratum fieret solum.

Haec omnia quae DICTA sunt, ab antiquis sub compendio comprehensa sunt tali modo quod *differentia communiter et proprie et magis proprie dicitur*, secundum divisionem multiplicis, quod 'medium est inter aequivocum et univocum'. *Communiter* autem *differre alterum ab altero dicitur*, quando *alteritate quadam differt et quocumque modo* cuiuscumque accidentis – quod est causa differentiae – *vel a seipso* in diverso tempore vel unum *ab alio*, sive sit eiusdem speciei sive alterius. *Differt enim Socrates a Platone alteritate* quadam cuiuscumque accidentis, quod est in Socrate et non in Platone. *Et ipse* Socrates *differt a seipso* in diversis temporibus, sicut Socrates iam vir factus differt *a se puero* et sicut Socrates *faciens aliquid* differt a seipso *quiescente* a tali opere. Et causa huius differentiae est *semper aliquo modo* se *habendi* in aliquo accidente, quod *alteritatibus* aliquibus per se vel per accidens factis inducitur. *Proprie autem differre alterum ab altero dicitur, quando inseparabili accidente* alterum ab *altero differt.* Quod ideo inseparabile est, quia causam inseparabilem habet in subiecto. Unde quamvis inseparabile sit actu, tamen est separabile intellectu, eo quod subiectum intelligibile est sine illo; potest enim intelligi nasus sine curvitate, et homo sine risibilitate. *Inseparabile autem accidens est ut nasi* simitas, *et cicatrix cum ex vulnere occalluerit.* | *Magis proprie* autem *alterum* ab *altero differre dicitur*, hoc est, per magis propria et magis substantiae intrinseca, *quando specifica differentia* differt, *quemadmodum differt homo ab equo specifica differentia, rationali* scilicet *qualitate*, quae est essentialis qualitas generis, potentiam generis determinans et perficiens.

Et quia hae differentiae ab actu differendi dicuntur, quia scilicet differre faciunt, ideo sciendum quod *omnis differentia facit alteratum cuilibet adveniens.* Alteratum dico accidentali vel essentiali qualitate; *sed ea* differentia *quae est communiter et proprie* dicta, quantum est de se, cum utraque sit accidens, *facit* solum *alteratum; illa autem quae est magis proprie* dicta differentia, *facit aliud* in substantia, per hoc quod alteratum facit in qualitate substantiali. *Differentiarum* igitur *aliae quidem alteratum faciunt, aliae vero* faciunt *aliud. Illae quidem quae faciunt aliud* in substantia formali, *specificae vocantur; illae vero quae* solum faciunt *alteratum*, vocantur *simpliciter differentiae* sine adiectione alicuius determinationis, per quam et ad magis et vere propriam differentiam inclinentur. Huic ergo generi, quod est animal, *differentia adveniens* quae est *rationale, aliud facit*, quia *speciem animalis facit*, quae substantia est perfecta in forma et specie; *illa vero* differentia *quae est* causata per *moveri* vel quiescere, *solum facit alteratum*, et

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 57 *Ca* f.17ra

1 est[2] *om. CaP1P2F1Sh* 3 specifica] specificata *Pi pavlp* 5 solo] solum *Pi pavlp* 6 autem[2]] vero *Pi pavlp* 7 secundum – species *hom. P1P2* | quod] quam *pavlp* 10–11 Et – universalibus *hom. V1* 10 quae est *om. pavlp* | de] ex *Pi pavlp* 12 propriam] primam *pavlp* 13 simplex] simpliciter *F1* | in] et *CaP1P2* 15–16 solum – alteratum *hom. pavlp* 18 etiam] magis *add. F1V1* 19 alteratum] in *add. F1* 21 universale – quinque] unum de quinque universalibus *Pi pavlp* 23 substantialis] est generis *add. V1* 23–24 substantialibus manans] talibus manens *F1* 27 sic] hic *P2 om. Pi pavlp* 28 substantialis] specialis *CaP1P2 pav* 29 vel *om. lp* 29–30 ergo – proprium *hom. V1* 32 infertur] arguit *Pi pavlp* 34 omnia quae] omnia autem *P1P2Pi pavlp* autem quae *F1ShV1* 35 comprehensa] complexa *F1* | sunt *om. Pi pavlp* 36 secundum] quod *CaP1P2* 41–42 vel – alterius *om. vlp* 41 alio] in eodem tempore vel diverso *add. F1* | sit] sint *Pi pa* 45 temporibus] esse paribus *CaP1P2* 46 et *om. Pi pavlp* 48 semper – modo] propter aliquem modum *pavlp* | quod] quia *Pi pa* 49 factis *om. pavlp* 50–51 dicitur – altero *hom. P2* 51 Quod] et *Pi pavlp* 52 inseparabile est] inseparabile *pa* inseparabili *vlp* 55 sine[2]] sive *lp* 57 occalluerit] ocaluerit *CaShV1* occultaverit *P1* 58 autem] tam *lp* | alterum – altero] alterum *P2 om. P1* 59 magis *om. Pi* per *praem. pavlp* | substantiae] substantia *F1* 61 rationali] rationalis *Pi* | essentialis] essentia vel *V1* 64 quod] quia *Ca* est *praem. pavlp* 67 est[1] *om. pavlp* 67–69 quantum – dicta *hom. P2* 71 alteratum faciunt] faciunt alterationem sive alteratum tantum *Pi pavlp* | faciunt] facit *CaP1P2* 71–72 aliae[2] – faciunt] alia vero facit *pavlp* 72 aliud[1]] illud *Ca* | faciunt[2] *iterav. P2* 74 adiectione] additione *F1Pi pavlp* adiunctione *V1* 80 moveri] motum *P2*

12 Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.8va). – 34 Supra p. 78 v. 22sqq. – 37–38 Cf. supra p. 69 v. 55–62.

non aliud; differt enim qui movetur a quiescente. *Quare haec quidem* differentia magis propria facit *aliud, illa vero* communis differentia *facit alteratum solum. Secundum igitur* differentias *aliud facientes, divisiones fiunt* generum, et sic dividuntur genera *in species*. Et secundum illas differentias *diffinitiones assignantur*, quia diffinitiones verae *sunt ex genere et huiusmodi differentiis. Secundum autem eas quae solum faciunt alteratum, alteratio* large et universaliter dicta *sola consistit* in eo quod *aliquo modo* se aliquid habet secundum *permutationes* quascumque, quae in quolibet genere fieri possunt.

Cap. 2. De manifestatione modorum differentiae et partium divisionis praehabitae

Ad manifestationem autem omnium eorum quae de differentiae modis dicta sunt, rursus incohandum est a partibus PRAEINDUCTAE divisionis, ut omnes partes tum per effectus, tum per causas, tum etiam per sibi convenientia manifestentur, ut sic melius intelligatur hoc quod DICENDUM est de differentia magis propria; hanc enim quaerimus secundum intentionem propositam. *A superioribus igitur* iterum incohantes dicimus, quod *differentiarum* quidem *aliae* sunt *separabiles, aliae vero* sunt *non separabiles*. Sed hic dicimus differentias formas essentiales vel accidentales, a quibus sumuntur differentiae et quae sunt causae differentiarum. *Moveri enim et quiescere* et huiusmodi cito et facile *separabilia sunt*, cum tamen multa ad invicem comparata differant illis. Id enim quod movetur, differt ab eo quod non movetur, et id quod quiescit, differt ab eo quod non quiescit. *Sanum* autem *esse et aegrum* sunt accidentia non cito separabilia, et tamen separabilia; et his differt sanum a non-sano, et aegrum a non-aegro. Separabilia igitur sunt quaecumque per aliquam causam subiectum derelinquunt facile vel non facile, ut sunt ea quae dicta sunt, et omnia quae his quae dicta sunt, proxima per similitudinem sunt et sunt separabilia. *At vero* e contrario *aquilum et simum esse*, quae sunt accidentia nasi causam stantem et manentem in naso habentia. Simitas enim ex nasi curvitate et medii nasi depressione causatur; aquilum vero ex retorsione anterioris partis nasi super labium superius causatur, quando medium nasi elevatur, et cartilago nasi anterius ad modum rostri aquilae ad superius labium recurvatur. Hae autem causae, cum sint de nasi compositione, stantes et manentes sunt in naso. Et ideo accidentia ex talibus figuris nasi causata inseparabilia sunt, quia stante causa, quae est per se causa, stabit effectus. Similiter in qualitate essentiali, a qua sumitur differentia, *inseparabilia* sunt *rationale et irrationale*, quae sunt actus et formae perficientes et determinantes potentiam generis; et ideo causam habent inseparabilitatis tali actu semper talem potentiam determinante. Tales igitur et tali de causa sunt differentiae separabiles et inseparabiles.

Inseparabilium autem differentiarum duo sunt modi. Quaedam enim earum sunt ex his sumptae, quae *sunt per se* de ipsius rei, quae differre dicitur, essentiali constitutione. *Aliae vero* inseparabilium | differentiarum sunt *per accidens*, ita scilicet quod id a quo sumitur differentia, non est de rei essentia et substantia, sed est inseparabile accidens. Et ideo hic strictius accipimus 'per se' quam in I POSTERIORUM determinetur ab ARISTOTELE. Ipse enim dicit 'esse per se', sive praedicatum sit de ratione et diffinitione subiecti sive subiectum in diffinitione praedicati, secundum quem modum per se est haec 'homo est risibile' vel 'nasus est simus vel aquilus'. Nos autem 'per se' hic non vocamus, nisi id quod est essentiale et

Arist. Lat. 15,17–16,12 (Busse 9,7–23) A superioribus ergo rursus inchoanti dicendum est differentiarum alias quidem esse separabiles alias vero inseparabiles; moveri enim et quiescere et sanum esse et aegrum et quaecumque his proxima sunt separabilia sunt, at vero aquilum esse vel simum vel rationale vel inrationale inseparabilia. Inseparabilium autem aliae quidem sunt per se aliae vero per accidens; nam rationale per se inest homini, et mortale et disciplinae esse perceptibile, at vero aquilum esse vel simum secundum accidens et non per se. Illae igitur quae per se sunt, in substantiae ratione accipiuntur et faciunt aliud; illae vero quae secundum accidens, nec in substantiae ratione dicuntur nec faciunt aliud, sed alteratum. Et illae quidem quae per se sunt non suscipiunt magis et minus, illae vero quae per accidens (vel si inseparabiles sint) intentionem recipiunt et remissionem; nam neque genus magis et minus praedicatur cuius fuerit genus, neque generis differentiae secundum quas dividitur; ipsae enim sunt quae uniuscuiusque rationem complent, esse autem unicuique unum et idem neque intentionem neque remissionem suscipiens est, aquilum autem esse vel simum vel coloratum aliquo modo et intenditur et remittitur.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 56 *Ca* f.17rb

1 qui movetur] per movere *V1* 3 differentia *om. Pi pavlp* 4 generum] generationi *CaP1P2* 5 in] et *P2* 8 alteratio] alteratione *V1* 10 quae *om. P2* | quolibet] aliquo *pavlp* 13 praehabitae] philosophicae *Sh* praeinductae *lp* 15 rursus] rursum *pavlp* 17 effectus] effectum *vlp* 22–23 non separabiles] inseparabiles *F1ShV1* 23 dicimus] dicamus *pavlp* | formas] vel appellamus *praem. F1* esse *add. pavlp* | essentiales] substantiales *F1V1* terminales *pav* 34–35 omnia – sunt] quae his *Pi pavlp* 35 proxima] prima *pa* 36 contrario] converso *CaP1P2Pi pavlp* 38 curvitate] curvatione *pavlp* 40 super] si per *CaP1* 40–41 super – nasi *hom. P2* 41 medium] modum *P1* | nasi[1]] nasum *F1* 44 et] componentes *add. V1* 45 nasi *om. Pi pavlp* | stante] stare *Ca* 46 Similiter] et *praem. V1* 48 sunt[1]] ut *add. pavlp* | quae] qui *CaP1P2ShV1Pi pavlp* 50 semper] propter *pa om. vlp* 51 determinante] determinantem *F1* determinandi *pavlp* 53 autem] vero *P2* 60 Ipse] ibi *F1V1* 64 risibile vel] risibilis *lp* 65 id] idem *CaP1P2Pi*

16 Supra p. 78 v. 25–p. 79 v. 62. – 19 Infra p. 88 v. 74sqq. – 60 Arist., Anal. post. l. 1 c. 4 (73 a 35sqq.); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 12 v. 22sqq.

veniens in rei substantialem constitutionem, ut genus et differentia. Sic enim *rationale per se inest homini et mortale et* per intellectum *disciplinae esse perceptibile* et huiusmodi. *Aquilum* autem *esse vel simum* vel risibile esse insunt homini per *accidens*. Non enim est diffinitio nasi, ut nasus est, 'depressum in medio' vel 'repandum in anteriori'. In omnibus autem his differentias vocamus formas, a quibus sumuntur differentiae, quando res secundum convenientiam vel differentiam comparantur ad invicem. *Illae igitur* differentiae, *quae sunt per se* et essentiales, *accipiuntur in ratione* diffinitiva data secundum substantiam rei diffinitae, quia diffinitio colligit secundum ordinem omnia substantialia rei a prima potentia ipsius in qua esse rei incohat, usque ad ultimum actum ipsius in quo res est in perfectum esse secundum quiditatem suam totam.

Et quia sic differentiae dictae accipiuntur ab hoc quod est forma substantialis et perfectiva ipsius esse, ideo *faciunt aliud* secundum substantiam ab eo a quo differt, quia si unum completivum esse substantialis facit unam substantiam, necesse quod oppositum illius faciat substantiam aliam, quia diversarum substantialium formarum diversi et oppositi sunt effectus secundum substantiam. *Illae vero* differentiae quae sumuntur a formis accidentalibus – quae esse rei non constituunt, sed potius causantur a subiecto, et esse non habent nisi in subiecto, nec ingrediuntur *in rationem* diffinitivam *substantiae* sive substantialis quiditatis rei – *non faciunt aliud* secundum substantiam, quantum est de se, *sed faciunt alteratum* solum secundum formam accidentalem. Unde quamvis aliquando non conveniant nisi aliis et aliis secundum substantiam – ut aquilum esse et simum non conveniunt eidem, sed alii et alii naso secundum substantiam, et risibile et rudibile non conveniunt eidem, sed homini et asino, quae sunt aliud et aliud secundum substantiam – tamen illam substantiae alietatem non faciunt, sed potius fiunt ab alia et ab alia substantia secundum formam et naturam.

Adhuc autem et per aliud manifestatur differentia talium differentiarum, quia *illae* quidem differentiae, *quae per se sunt* – ita quod sunt sumptae a substantialibus formis, quae diffinitionem substantialem perficiunt in eo in quo sunt – *non suscipiunt* per intensionem *magis et minus*. Cuius causa est, quia tales formae substantiales simplices sunt suis oppositis sive contrariis formis non permiscibiles, sicut rationale impermiscibile est irrationali, quia formae a quibus sumuntur illae differentiae, humanitas scilicet et asinitas, sunt impermiscibiles. Cum enim fiat intensio secundum accessum ad terminum sive ad veram nominis impositionem secundum maiorem vel minorem contrarii admixtionem, ut dicit ARISTOTELES, constat quod illae formae quae simplices sunt et nihil de contrario habent admixtum, semper in termino sunt, et ideo intendi non possunt. *Illae vero* differentiae *quae* sunt *per accidens*, ita quod a forma accidentali sumuntur, quamvis forte hoc accidens sit inseparabile, tamen *suscipiunt intensionem et remissionem.*

Habet tamen id quod dictum est dubitationem, quia risibile et rudibile vel aquilum esse vel simum sunt formae, quae miscibiles sibi invicem non sunt, et ideo secundum inductam rationem non recipiunt magis et minus. Quod falsum est, quia est simo simior et aquilo aquilior et risibili risibilior, et sic de aliis.

Contra quod tamen etiam quidam obiciunt dicentes, quod quaecumque aequaliter participant aliquod commune, aequaliter debent participare id quod est illud commune universaliter consequens. Participatur autem hoc commune, quod est homo, aequaliter ab unoquoque individuorum; videbitur ergo forte alicui, quod et risibile quod est universaliter consequens hominem, ab unoquoque aequaliter debeat participari.

Adhuc autem etiam illae quae sunt per se differentiae, suscipere videntur magis et minus. Videmus enim quod est unus alio rationalior, propterea in Ethicis quidam vocantur pecuales sive brutales homines, et quidam | longius ab usu rationis remoti vocantur homines arborei. Videtur igitur quod etiam differentiae substantiales magis et minus suscipiunt, et sic verum non esse videtur quod dictum est.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 75 *Ca* f.17va

6 depressum] depressus *F1 lp* | repandum] repansum *P1P2Pi* retorsus *F1* retorsum *Sh* retortum *V1* repansus *pavlp* 7 differentias] differentia *P1* differentiis *pavlp* 9–10 ad invicem *om. CaP1P2Pi pavlp* 10 et *om. Pi pavlp* 11 accipiuntur] accipiunt *CaP1P2 lp* 13 qua] est *add. V1* 14 incohat] incohatur *F1Pi pavlp* incohatum *V1* | in[1]] a *CaP1P2Pi pavlp* | res – in] est rei *F1* 14–15 in – esse *om. Pi pavlp* 16 accipiuntur] accipiunt *CaP1P2* 17 est – perfectiva] sunt formae substantiales et perfectivae *vlp* | forma] formalis *pa* materialis *add. Pi* | ipsius] esse substantialis *praem. Ca exp. Ca[1]* 18 faciunt] facit *P1P2V1Pi pa* 19 si unum] simum *P1P2* 20 necesse] est *add. F1V1Pi pavlp* 23 vero] autem *F1* 26 in] nisi *praem. V1* | rationem – diffinitivam] ratione diffinitiva *P1P2F1Pi pavlp* 31–32 conveniunt] conveniant *F1ShV1* 32–33 sed – eidem *hom. lp* 33 conveniunt] conveniant *F1* 34 quae] qui *F1Pi pavlp* 35 illam *om. pavlp* 36 secundum] quam *CaP1P2* 39 quia] qua *vlp* 40 quod] quae *CaP1P2* 41 diffinitionem] distinctionem *P1Pi* 42 intensionem] intentionem *P1P2F1 p* 44–45 permiscibiles – impermiscibile] permixtibiles sicut rationale impermixtibile *pavlp* 47 asinitas] asineitas *F1* asineitas vel *praem. pavlp* | impermiscibiles] incommixtibiles *pavlp* 48 accessum] ascensum *pavlp* | sive *om. lp* 50 contrarii] contrariis *Pi pavlp* 56 intensionem] intentionem *P2* 58 et] vel *ShPi pavlp* 59 miscibiles] permiscibiles *Sh* permixtibiles *V1 pavlp* 60 recipiunt] suscipiunt *Pi pavlp* 61 falsum] si non *CaP1P2* 63 tamen *om. pavlp* 68 ergo] etiam *Pi pavlp* | et *om. Pi lp* 70 unoquoque] homine *add. Pi pavlp* 73 alio rationalior] homo rationabilior alio *Pi lp* | propterea] propter quod *F1ShV1* praeterea *pavlp* 74 pecuales] peculiales *P1P2Pi* peculiares *lp* 76 Videtur] videntur *P1P2* | etiam] et *pavlp* 77 suscipiunt] suscipiant *F1Pi pavlp*

12–15 Circa diffinitionem cf. supra p. 11 v. 49–56. – 50 Cf. ex.gr. Arist., Phys. l. 5 c. 2 (226 b 2–6); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 199 v. 12–16.

Sed ad haec omnia respondet AVICENNA. Ad primum quidem dicens, quod duplex est intensio et duplex est intensionis causa: Una quidem per contrarii maiorem vel minorem admixtionem, ut DICTUM EST, et illa sunt in quibus motus est de uno ad alterum, sicut est in qualitatibus, quae dicuntur sensibiles qualitates, sive passiones vel passibiles qualitates inferentes vel illatae. Cum enim motus sit exitus de potentia ad actum, vel forma post formam fluens, ut dicit AVERROES, oportet quod in toto motu actus privationi permixtus sit; privatio autem est in contrario, et ideo unum in toto motu suo contrario permixtum est. Et ideo in talibus intensio est secundum contrarii separationem; per talem enim separationem continue accedit ad esse in termino, cui vere nomen impositum est. Hoc enim nomen 'album' verae albedini est impositum sive vere albo; vere enim album est, cuius albedo nihil contrarii habet admixtum. Hic ergo unus modus est intensionis, et hanc quae dicta est habens causam. Secundus autem modus est in his quae permiscibilia non sunt, sed causantur a subiectis in quibus sunt. Haec enim, quia sunt esse subiecti consequentia, necesse est accidentia esse, quia omne quod sequitur esse subiecti, in quo secundum naturam et intellectum est, est accidens, cum omne quod est substantiale alicuius, sit principium esse ipsius. Principium autem est ante id, cuius est principium, secundum naturam et intellectum. Taliter autem formae accidentales sunt ea quae dicuntur propria et ab habitudinibus principiorum essentialium causantur; et ideo illis habitudinibus magis et minus existentibus, necesse est etiam tales formas intendi vel remitti. Propter quod habilior ad admirandum risibilior est et minus ad admirandum habilis minus est risibilis, et nasus curvior est simior et minus curvus minus est simus, et sic est de aliis. Et in his formis non est motus, sed sunt suorum subiectorum motus quosdam consequentes, sicut motum quendam nasi consequitur simum esse vel aquilum, et sic est in aliis. Omnes enim sequuntur suorum subiectorum motus vel mutationes, et ex illis suscipiunt magis et minus, et non ex seipsis.

Ad hoc autem quod de differentiis essentialibus et substantialibus OBICITUR, solvit AVICENNA sic, quod forma substantialis, a qua sumitur differentia, tripliciter consideratur, scilicet ut forma esse conferens, et ut differentia, qua una species comparatur ad aliud alterius speciei, et ut actionis naturalis sive substantialis principium. Et primo quidem modo et secundo magis et minus non suscipit. Tertio autem modo consideratur actio, cuius ipsa est principium, dupliciter, scilicet ex parte formae, quae actionis est principium, et ex parte subiecti sive ex parte compositi, cuius est ipsa actio sicut agentis proprie. Et primo quidem modo magis et minus non suscipit; secundo autem modo aliquando habet in subiecto ea quae ad agendum promovent, aliquando autem quae ad agendum impediunt. Et hoc modo secundum actionem videntur magis et minus suscipere; et hoc est per accidens, et non per se, et ideo per se nec magis nec minus suscipiunt. Hoc autem per inductionem probatur, quia *neque genus* secundum *magis et minus praedicatur* de eo *cuius* est *genus*, cum tamen genus sit forma quae est notio eius, quod est in potentia. Non enim animal secundum magis praedicatur de homine et secundum minus de asino, sed aeque de utroque. *Neque differentiae generis*, quae dividunt genus et cum genere constituunt speciem, secundum magis et minus praedicantur de speciebus, quarum sunt differentiae, quia homo non est magis rationale et asinus minus irrationale, sed secundum aeque. *Illae enim* differentiae *sunt, quae uniuscuiusque* speciei *complent rationem* diffinitivam, et sunt actus complentes esse substantiale et notiones eius quod est in esse actus complentis esse ipsius. *Esse autem uniuscuiusque* substantiale – sive dicatur nomine generis, secundum quod est in potentia, sive significetur nomine differentiae, secundum quod est in actu – est *unum et idem*, non suscipiens magis et minus, secundum quod est effectus substantialium principiorum. Sic enim *neque intensionem neque remissionem suscipiens est.* Sed *aquilum esse vel | simum vel coloratum* esse *aliquo modo* intensionem et remissionem recipiunt, eo quod, sicut DICTUM EST, plures modi sunt intensionis et remissionis.

DECLARATUM est igitur quod *a superioribus rursus incohanti dicendum est, differentiarum alias quidem esse separabiles, alias* autem *inseparabiles; moveri enim et quiescere et sanum esse*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 76 *Ca* f.17vb

2 intensio] intentio *P1 p* 3 intensionis] intentionis *P1P2 p* 6–7 sive – qualitates *iterav. V1 om. Pi* 7 qualitates] passiones *pavlp* 8 exitus] actus *pavlp* 10 privationi] privari *V1* privationis *Pi* | sit; privatio] est philosopho *Ca corr. Ca*[1] 12 in *om. V1* 16 vere[2]] verum *pavlp* 17 habet] est *P1P2* 18 intensionis] intentionis *P1P2* 19 autem *om. pavlp* 20 permiscibilia] permixtibilia *V1 pavlp* 21 enim] igitur *pavlp* 22 est *om. CaP1P2* | sequitur] consequitur *F1* 23 quo] aliquo *V1* alio *Pi* 24 est[2] *om. CaP1P2ShV1Pi* 30 et] vel *V1* 32 risibilior – admirandum *hom. P2* 34 est[1] *om. Ca* | est[2] *om. F1V1 pavlp* 36 consequitur] sequitur *Pi pavlp* 38 sequuntur] consequuntur *F1V1* | subiectorum *om. CaP1P2* | vel] ad *pa* ac *vlp* 44 qua] quae *Pi* quia *pavlp* 46 et secundo *om. pavlp* 49 et] vel *F1* sive *V1* 49–50 subiecti] subiectionis *Ca corr. Ca*[1] 51 primo] postea *Ca* priori *F1ShV1* 54 quae – agendum *om. V1* 55 videntur] videtur *F1Pi pavlp* differentiae *praem. V1* 58 secundum] sed *CaP1P2* 60 eius] eiusdem *F1V1* 62 asino] equo *F1* 64 speciem] species *V1* 66 rationale] rationalis *F1* | irrationale] irrationalis *F1* 66–67 sed secundum] secundum quod *CaP1P2* sed *Pi pavlp* 68 speciei] rei *F1V1* 69–70 substantiale – esse *hom. Pi pavlp* 73 idem] ideo *F1V1* | non *om. pa* 75 intensionem] intentionem *P2 p* 77 et] vel *lp* 77–78 recipiunt] suscipiunt *pavlp* 81 est] esse *CaP1P2V1Pi pa* 82 autem] quidem *V1*

1 Avic., Logica pars 1 c.10 (Venetiis 1508 f.9rb). | Supra p.83 v.57–62. – 4 Supra p.83 v.47–50. – 9 Averr., Phys. l.3 comm.4 (Venetiis 1562 t.4 f.87C-D); l.5 comm.12 (f.217C-D). Cf. Avic., Suff. l.2 c.2 (Venetiis 1508 f.25ra); Alb., Phys. Ed. Colon. t.4 p.151 v.16.22, p.153 v.9–15 cum notis; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t.17,2 p.96 v.40–43. – 41 Supra p.83 v.71–78. | Non invenitur. – 78 Supra p.84 v.1–39. – 80 Supra p.82 v.20sqq.

et aegrum et omnia quae *his proxima sunt* et a talibus facile vel difficile mobilibus sumuntur accidentibus, *sunt* separabiles sive *separabilia* quaedam. *At vero aquilum vel simum esse vel rationale vel irrationale*, sive ab accidentibus inseparabilibus, sive a formis substantialibus sumpta, sunt quaedam *inseparabilia*. *Inseparabilium autem* differentiarum *aliae quidem sunt per se*, hoc est a formis substantialibus sumptae, *aliae vero per accidens*, hoc est ab accidentibus inseparabilibus sumptae. *Nam rationale per se*, hoc est per substantialem formam, *inest homini*, *et mortale et* per rationem *disciplinae esse perceptibile*. *Aquilum* autem *esse vel simum* vel risibile *secundum accidens* inest homini, *et non per se*. *Illae igitur* differentiae *quae per se* insunt, *in substantiae ratione* diffinitiva *accipiuntur et faciunt aliud* secundum substantiam ab eo a quo faciunt differre. *Illae vero quae sunt secundum accidens, nec* accipiuntur *in substantiae ratione* diffinitiva *nec* de se *faciunt aliud, sed alteratum* solum. *Et illae quidem quae per se sunt* et substantiales, *non suscipiunt magis et minus*. *Illae vero quae* sunt *per accidens*, quamvis *inseparabiles sint*, tamen aliquo modo *intensionem recipiunt et remissionem*. *Nam neque genus*, cum sit forma substantialis, secundum *magis et minus praedicatur* de eo, *cuius fuerit genus*; similiter *neque generis differentiae secundum quas dividitur* genus, *ipsae enim sunt quae uniuscuiusque rationem* diffinitivam *complent*, et non suscipiunt magis et minus. Cuius causa est, quia *esse*, quod est rei quiditas, *unicuique unum* est *et idem*, secundum quod a principiis essentialibus formaliter constituitur. Sic enim *nec intensionem nec remissionem suscipiens est*, quamvis, secundum quod est in subiecto, per diversas materiae praeparationes in actionibus magis et minus impeditum vel expeditum sit. *Aquilum autem esse vel simum vel coloratum aliquo modo*, sive per mixtionem contrarii vel per causam quam habent in subiecto, *intenduntur et remittuntur*.

Cap. 3. Qualiter differentiae substantiales sunt divisivae et qualiter constitutivae

Omnibus autem divisionibus et speciebus differentiarum sic determinatis illa sola differentia est unum de quinque universalibus, prout hic de universalibus intendimus, quae est per se et substantialis differentia. Hoc autem sic patet, quia cum *tres* modi specierum *differentiae*, ut PRAEDICTUM EST, *considerentur* – scilicet communis et propria et magis propria – adhuc autem cum quaedam *quidem sint separabiles*, quaedam autem *inseparabiles* propter rationem, quae in ANTEHABITIS dicta est, *et rursus cum inseparabilium* differentiarum quaedam *quidem sint per se*, quaedam autem *per accidens*, ut NUPER dictum est: patet quod, si eas quae sunt per se, consideremus per comparationem ad ea quorum sunt differentiae, inveniemus quod *per se differentiarum* quaedam *sunt, secundum quas dividimus genera in species* – potestatem et non essentiam generis dividentes: essentia enim generis in omnibus per divisionem acceptis integra manet et indivisa in quolibet, potestas autem partitur, et secundum aliquid eius est in uno dividentium et secundum aliquid manet in alio et in nullo secundum totum –, *aliae* autem earum differentiarum, quae per se et substantiales sunt, tales sunt, *secundum quas* ea quae per divisionem generum accepta sunt, *specificantur*.

Arist. Lat. 16,13–17,15 (Busse 9,24–10,21) Cum igitur tres species differentiae considerentur, et cum hae quidem sint separabiles illae vero inseparabiles, et rursus inseparabilium cum hae quidem sint per se illae vero per accidens, rursus earum quae sunt per se differentiarum aliae quidem sunt secundum quas dividimus genera in species, aliae vero secundum quas haec quae divisa sunt specificantur; ut, cum per se differentiae omnes huiusmodi sint animalis, animati et sensibilis, rationalis et inrationalis, mortalis et inmortalis, ea quidem quae est animati et sensibilis differentia, constitutiva est substantiae animalis (est enim animal substantia animata sensibilis), ea vero quae est mortalis et inmortalis differentia et rationalis et inrationalis, divisivae sunt animalis differentiae (per eas enim genera in species dividimus). Sed hae quidem quae divisivae sunt differentiae generum, completivae fiunt et constitutivae specierum. Dividitur enim animal rationali et inrationali differentia, et rursus mortali et inmortali differentia; sed ea quae est rationalis differentia et mortalis, constitutivae fiunt hominis, rationalis vero et inmortalis dei, illae vero quae sunt inrationalis et mortalis, inrationabilium animalium. Sic etiam et supremae substantiae cum divisiva sit animati et inanimati differentia, et sensibilis et insensibilis, animata et sensibilis congregatae ad substantiam animal perfecerunt.
Quoniam ergo eaedem aliquo modo quidem acceptae fiunt constitutivae, aliquo modo autem divisivae, specificae omnes vocantur; et his maxime opus est ad divisiones generum et definitiones, sed non his quae secundum accidens inseparabiles sunt nec magis his quae sunt separabiles.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

5 inseparabilibus] separabilibus *Pi pavlp* 11 per – perceptibile] perceptibile disciplinae *Pi pavlp* | Aquilum autem] at vero aquilum *vlp om. pa* 14 substantiae] subiecto *pavlp* 19 et] magis *add. Ca exp. Ca*[1] 21 recipiunt] suscipiunt *lp* 24 genus *om. F1V1* 25 et[1] *om. CaP1P2* ideo *add. F1* | et non] nec *V1* 26 rei *om. Ca* | unicuique] uniuscuiusque *V1 vlp* 27 est *om. CaP1P2* 30–31 actionibus] accidentibus *pavlp* 34 et] vel *P1P2Pi pavlp* 36 sunt] sint *V1* | qualiter] sunt *add. lp* 38 sola] solum *P2* 39 universalibus[1]] praedicabilibus *Pi pavlp* | hic *om. P1* 41 patet] probatur *pavlp* | quia] quod *F1 om. V1* | specierum *om. Pi pavlp* 43 et[1] *om. pavlp* | propria[1]] proprii *CaP1P2* | propria[1] – propria] propriae … propriae *Pi pavlp* 44 autem *om. V1* 47 autem] quidem *V1* vero *Pi om. P1P2 pavlp* 53–54 in quolibet *om. F1V1* 54 quolibet] autem *add. P1P2 exp. P2*[1]

62 haec] ea *Kö*

42 Supra p. 78 v. 22–p. 79 v. 48. – 45 Supra p. 82 v. 20–52. – 47 Supra p. 82 v. 53–p. 83 v. 15.

Haec autem divisio differentiarum per se non est nisi modi divisio; qui modus sumitur a proprio differentiae effectu. Si enim differentia in oppositione actuali accipitur ad id, a quo facit differre, pro certo hoc modo divisiva est et separativa. Oppositio enim dividit et separat, nec potest esse una et eadem potestas oppositorum secundum actum acceptorum. Si autem accipiatur differentia ut actus completivus potentiae generis et determinativus, sic differentia, generi ut potentiae adveniens, in speciem determinat genus et constituit speciem. Si autem forma, a qua sumitur differentia, in se secundum id quod est consideretur, eadem est differentia, quae genus dividit et speciem constituit; sed tamen secundum rationem prius est differentia dividens quam differentia constituens, quia oportet quod differentia prius per divisionem, quam facit, a genere exeat, antequam adveniens generi speciem constituat.

Hoc autem facilius scitur, si exempla subiciantur. Per se enim differentiae omnes sunt huiusmodi: 'animatum', 'inanimatum', per quae dividitur corpus; 'sensibile', 'insensibile', per quae dividitur vivum; | '*rationale*', '*irrationale*', per quae *dividitur animal*; '*mortale*', '*immortale*', per quae dividitur rationale animal. Et sic est de omnibus aliis, quae a formis substantialibus sumuntur et sunt notiones eius quod est secundum substantiam. Et illae eaedem sunt constitutivae, quia illa quae est animati sensibilis, ita quod animatum 'sensibili' determinetur ad actum essendi, erit differentia constitutiva animalis. Est enim animal per diffinitionem substantialem *substantia animata sensibilis*, planta autem substantia animata insensibilis, lapis autem substantia inanimata insensibilis. Ea vero differentia, quae est 'mortalis' et 'immortalis' et 'rationalis' et 'irrationalis', sunt differentiae divisivae quidem animalis, quia per eas genera animalium dividimus in species duabus sibi succedentibus divisionibus sic: Animalium aliud mortale, aliud immortale; et aliud rationale et aliud irrationale. Per has ergo animalium species per divisionem accipiuntur. Sed hae quidem eaedem differentiae, quae per sui oppositionem divisivae dicuntur generum, sunt et completivae et constitutivae specierum, quando una earum sumitur ut complementum potentiae generi adveniens. Tunc enim cum ex potentia et actu compositum completum sit et perfectum, species constituta sic completa est. Dividimus enim primo hoc genus, quod est animal, 'rationali' et 'irrationali' differentiis potentiam animalis in duo partientes. Et rursus rationale animal dividimus oppositis differentiis, 'mortali' scilicet et 'immortali', et eisdem differentiis constituimus species animalis, quia differentia, quae est 'rationalis', coniuncta cum ea quae est 'mortalis', constitutivae sunt hominis, cum genere coniunctae, quod est animal. Est enim homo secundum diffinitionem, quae dicit esse substantiale, animal rationale mortale. Opposita autem 'mortali' differentia, quae est 'immortale', coniuncta cum animali rationali *constitutiva est dei*, secundum quod de diis Stoici locuti sunt, quos etiam diffiniunt, quod dii sunt natura optimi, ut dixit Socrates, natura animales, ratione rationales, tempore autem aeterni. Illae vero quae sunt differentiae dictae 'irrationale' et 'mortale', cum genere coniunctae, constitutivae sunt specierum animalium irrationalium, ut asini et leonis et aliorum brutorum animalium.

Quamvis autem in infimis generibus subalternis magis sit perspicuum ad videndum, tamen et supremae et supremorum generum differentiae per eundem se habent modum, sicut differentiae per quas dividitur substantia, quae 'est generalissimum'. Sicut si dicimus illas esse differentias, quibus differunt animatae substantiae ab inanimatis, cum dicitur: substantia alia est animata, alia est inanimata; sive non proximas accipiendo dicamus, quod substantia alia est sensibilis, alia insensibilis; eaedem enim erunt inferiorum specierum constitutivae. Differentia enim 'animata' et 'sensibilis' ad substantiam sicut ad genus congregatae et adiunctae ut actus ad potentiam, animal perficiunt, quod est species substantiae. Est enim animal per diffinitionem *substantia animata sensibilis*. Substantia enim quamvis aliquando dividatur per corporeum et incorporeum, tamen non est propria divisio, quia corporeum proprie mathematicum est, quod proprie loquendo non est substantia, et ideo hic non tali utimur divisione.

Quod autem animatum et inanimatum dicimus differentias, quidam impugnant per id quod Aristoteles

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 21 *Ca* f.18ra

1 est *om. CaP1P2Sh* 8 completivus] actum *pa* actu *add. vlp* 9 ut] et *pavlp* 11 qua *om. P1P2* | sumitur] substantiatur *CaP1P2* 12 consideretur] consideratur *pavlp* | est[2]] enim *CaP1P2Pi pa* 14 prius] potius *P2 om. V1* 17 speciem *om. CaP1P2* 19 animatum] et *add. F1Sh* 20 sensibile] et *add. F1Sh* 21 rationale] et *add. CaF1* 22 mortale] et *add. F1 pavlp* 23 est *om. pavlp* 25 secundum] suam *add. F1V1* | Et] etiam *pavlp* 26–27 constitutivae – determinetur] continetur *V1* 26 quae *om. P1P2* | est] erit *pavlp* 27 sensibili] sensibile *F1Pi pavlp* | ad] per *Pi pavlp* 30 animata[2]] anima *Ca* 32 et[1] *om. pavlp* 33 et *om. pavlp* 34 eas] ea *V1 pavlp* | genera] communia *pa* 36 et *om. Pi pavlp* 37 et *om. CaPi pavlp* | animalium] animalis *Pi pavlp* 38 species] speciem *pa* | per *om. p* | accipiuntur] accipiunt *pavlp* 42 generi] generis *V1* 44 sic] sunt *Ca om. F1ShV1* sive *Sh*[1] 46 animalis] generis *F1ShV1* 50 rationalis] rationale *F1* | mortalis] mortale *F1* 52–53 Est – animal *hom. P1* 54 mortali *om. pavlp* 57 natura optimi] uoroptimi *CaP1P2Sh om. V1* | ut] sicut *pavlp* | dixit] dicit *F1 pavlp* 58 ratione] mente *F1V1Pi pavlp* 59 quae – dictae] duae differentiae *V1* 64 et[1] *om. Pi pavlp* 69 substantia] substantiarum *Pi pavlp* autem *add. V1* 70 non] ut *V1* | dicamus] dicimus *pavlp* 71 substantia] substantiarum *Pi pavlp* 74 potentiam] patientiam *Ca* potentiam patientiam *P1 exp. et* patientiam *corr. in marg. P1*[1] 81 Quod] corpus *pavlp*

56 Cf. supra p. 11 v. 60–p. 12 v. 1 cum nota p. 12 v. 1. – 57–58 Cf. Apuleius, De deo Socratis III,123 (ed. Thomas t.III p. 9 v. 3–9); Alb., Ethica l. 1 tr. 7 c. 17 (Ed. Paris. t. 7 p. 132b): 'propter quod et Socrates in Phaedone dixit moriens: «Ibo ad deos, ad illos optimos viros»'. – 66–67 Cf. supra p. 62 v. 15–18.

in libro DE ANIMA dicere videtur quod partes animalium quorundam anulosorum animatae sint et quod non convalescunt, causam esse, quia organa nutrimenti non habent in partibus, ut os et stomachum et universaliter ea per quae fit cibi ingestio, digestio et egestio; partes tamen illae non sunt animalia. Non igitur omne animatum sensibile animal esse videtur, quod est contra ea quae dicta sunt. Haec autem obiectio nihil valet penitus, et si valeret, naturalis esset, et nihil faceret ad propositam intentionem. Est enim animatum sensibile simpliciter, et est animatum sensibile secundum quid. Simpliciter quidem animatum est, cuius entelechia est anima, a qua fluunt virtutes sive potentiae partiales particulariter in membris vitam et motum et sensum operantes. Et omne sic animatum est animal. Animatum autem secundum quid est in quo sensus et motus est per spiritum influxum ab anima, qui cum exspirat, deficit sensus et motus. Causa autem exspirandi est, quia organa reficientia et restituentia spiritum non habent. Restituitur enim spiritus per nutrimentum in organis in nutrimento operantibus. Et haec, quia non nisi secundum quid animata sunt, ideo animalia non sunt. Animatum igitur quod simpliciter animatum est, nihil prohibet differentiam esse animalis constitutivam.

AVICENNA etiam hanc differentiam, quam 'mortale' DIXIMUS, impugnare videtur, dicens quod a | privatione non tantum secundum nomen sed etiam secundum rem nomen accepit; privatio autem non est forma. Cum igitur omnis differentia a forma aliqua sumpta sit, videtur 'mortale' differentia non esse. Ad haec autem ipsemet ipse videtur AVICENNA respondere quod ea quae pro differentiis hic assignantur, gratia exempli ponuntur, et non est vis de nomine, dummodo per nomina res quocumque modo designentur. Sed aliter dicendum est quod 'mortale' dicitur dupliciter: Uno quidem modo dicit actum in materia privationem eiusdem actus secundum potentiam concipientem; et sic 'mortale' est forma substantialis et notio eius quod potentiam habet ad moriendum. Et sic dictum 'mortale' nihil prohibet esse differentiam, quando per talem formam ad sui oppositum vel disparatum secundum eandem formam comparatur. Dicitur etiam 'mortale' simpliciter, in quo est privatio potentiae ad vitam perpetuam, et sic ab eo non sumitur differentia. Cum autem dicitur 'irrationale' et 'immortale' differentia, per privationes, quae importantur in nomine, positiones intelliguntur formarum oppositarum, a quibus sumuntur differentiae. Et quia horum nomina non habemus, ideo necesse est quod eas privatione suorum oppositorum significemus.

Ex omnibus his patet quod eaedem secundum id quod sunt differentiae, acceptae alio et alio modo et ad aliud comparatae, *sunt et constitutivae et divisivae*. Et *omnes* sive divisivae sive constitutivae *vocantur specificae*, quia cum suis generibus coniunctae faciunt species et subalternas et specialissimas. Et his differentiis, quia per se sunt et substantiales, maxime opus est ad divisiones generum, quae in suas potestates partiales dividuntur. Et hae etiam utiles sunt ad specierum diffinitiones, quae omnes tales a prima usque ad ultimam cum genere colligunt ad speciei plenam diffinitionem; quae diffinitio non esset, nisi a fine primo usque ad ultimum finem, in quo complementum est, omnia essentialia per debitum ordinem congregaret, secundum quod res a prima incohatione sui esse procedit usque ad ultimum complementum.

His autem differentiis *quae sunt secundum accidens inseparabile*, quia de esse rei non sunt, et *his quae sunt secundum* accidens *separabile*, quae longius sunt ab esse rei quam inseparabiles, non utimur ad divisiones generum et diffinitiones specierum. Et ideo non sunt de hac nostra intentione, nisi illae quae per se sunt et substantiales.

Ad haec tamen quidam obiciunt dicentes quod esse rei mortalis in materia est, quae propter contrariorum permixtionem in continua est passionum alteratione; omnis autem passio magis facta abicit a substantia, propter quod ARISTOTELES in V PHYSICORUM dicit quod non est eadem sanitas in mane et in vespere. Videtur ergo quod etiam esse rei intenditur et remittitur, et similiter rei essentialia et principia; et sic non videntur

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 26 *Ca* f.18rb

2 sint] sunt *F1V1Pi pavlp* 3 convalescunt] convalescant *pavlp* 5 ingestio *om. pavlp* 6 omne] esse *CaP1P2Pi pavlp* 13 a *om. pavlp* | partiales] particulares *pavlp* 14 sensum] sensus *F1* 15 omne] esse *CaP1P2ShV1Pi pavlp* | sic] sicut *P2 om. V1* 17 influxum] influssum *F1* alias fluxum *in marg. F1*[1] et fluxum *pavlp* 19 habent] habet *vlp* 19–20 Restituitur enim] restituuntur autem *pavlp* 20 per nutrimentum] et nutritur *V1* | nutrimentum] instrumentum *F1* 21 nisi] nihil *CaP1P2* 28 accepit] accipit *vlp* | est] a *add. V1 om. CaP1P2Sh* 29 aliqua *om. F1V1* 30 mortale] mortalem *V1* | differentia] differentiam *V1Pi pav* 31 ipse *om. F1Pi pavlp* 35 quidem modo] modo ut *V1* 37 mortale] mortalis *pavlp* 45 differentia] differentiae quae *vlp* quae *add. Pi pa* | quae *om. Pi pavlp* 50 eaedem] eadem *F1* eodem *V1* | id] idem *P1 om. lp* 53 quia] quae *Pi pavlp* 57 partiales] particulares *F1 pavlp* 58 utiles] perutiles *pavlp* partiales *praem. Pi* 59 colligunt] colliguntur *F1V1* 61 fine *om. Pi pavlp* 62 debitum] demonstratum *Pi* 64 procedit] producitur *Pi* 65–66 inseparabile] inseparabiles *F1 lp* 67 separabile] separabiles *F1 pavlp* 71 Ad haec] adhuc *F1V1* | haec] hoc *P1ShPi* 72 mortalis] mortale *F1* | in – materia] immaterialis *vlp* 73 permixtionem] commixtionem *pavlp* 76 in[1] – in] mane et *V1* | in[2] *om. pavlp* 77 intenditur – remittitur] intendatur et remittatur *F1ShV1* 77–78 similiter] etiam *add. V1* 78 et[1] *om. F1ShV1Pi pavlp*

1 Cf. Arist., De anima l. 2 c. 2 (413 b 19–22); transl. arab.-lat. cf. Averr., De anima l. 2 comm.20 (CCAA VI,1 p. 158 v. 5–7). Cf. Averr., De anima l. 2 comm.20 (CCAA VI,1 p. 158 v. 20–24); Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 74 v. 56–63; Alb., De animal. l. 4 tr. 1 c. 7 (ed. Stadler p. 387). – 25 Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.8vb-9ra), non tamen ad verbum. – 26 Supra p. 86 v. 22. – 31 Avic., ibid. (f.9ra). – 60–64 De recta diffinitione cf. supra p. 11 v. 49–p. 12 v. 3. – 75 Arist., Phys. l. 5 c. 4 (228 a 10); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 205 v. 4 sqq. Cf. Averr., Phys. l. 5 comm.37 (Venetiis 1562 t. 4 f.230D); Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 193 v. 40–42.

differentiae esse quae DICTAE sunt, quia non secundum aeque participantur ab his quorum sunt ut subiectorum. Adhuc ad idem inducunt quod, si esse rei staret secundum unum et idem penitus, tunc secundum esse non susciperet designationem praeteriti et futuri, sed praesentis tantum. Et hoc praesens esset 'nunc stans' et non movens sese; et sic dicere non possemus: 'homo fuit' et 'homo erit', sed tantum: 'homo est'.

Et ad hoc quidem dicendum est quod esse rei dupliciter consideratur, scilicet secundum comparationem ad id in quo est et cuius esse est, et secundum comparationem ad id a quo est, formaliter constituente ipsum. Et primo quidem modo esse mobilis mobile est et esse temporalis est temporale. Et hoc esse non est omnino idem mane et vespere ex parte eius in quo est; sic autem est et mobile et temporale, aliquid abiciens et aliquid suscipiens continue, secundum quod determinatur ad praeteritum et futurum. Secundo autem modo consideratum est essentiae simplex actus. Quae, inquam, essentia secundum se incorruptibilis est et ingenerabilis, nec generatur nec corrumpitur, nisi secundum accidens, et sic esse immobile est et intemporale. Differentiae autem cum ab actu differendi, quem faciunt, dicantur, sumuntur ab esse quod simul ambo haec habet, scilicet quod est actus essentiae in eo quod est, et ideo utroque modo designantur.

Hoc igitur est, quod antiqui sub compendio de differentia DIXERUNT, quod *cum tres species* sive modi *differentiae considerentur, et cum hae quidem sint separabiles, illae vero inseparabiles, et rursus cum inseparabilium quidem hae sint per se* sive substantiales, *illae vero per accidens* a formis accidentalibus sumptae; *rursus earum quae per se sunt differentiarum, aliae sunt secundum quas dividimus genera in species, aliae vero secundum quas ea quae divisa sunt* genera *specificamus*; *sicut, cum per se* | *differentiae omnes huiusmodi sunt* in praedicamento substantiae: animatum, inanimatum, sensibile, insensibile, rationale, irrationale, mortale et immortale, quae divisivae sunt generum. *Ea quidem quae est animati et sensibilis differentia* cum substantia congregata *constitutiva est animalis*, secundum quod animal est species subalterna. *Est enim animal* per diffinitionem *substantia animata sensibilis. Ea vero quae est mortalis et immortalis differentia, et rationalis et irrationalis, divisivae sunt animalis differentiae*, secundum quod animal genus est subalternum; *per eas enim dividimus genera*, quae sunt animal et rationale animal, quod est circumlocutio generis subalterni, quod sub animali continetur. Dividimus, inquam, *genera* illa *in species*, aut subalternas, aut specialissimas. *Sed hae quidem* eaedem differentiae, *quae generum* dicuntur esse *divisivae*, et *completivae et constitutivae* dicuntur esse *specierum. Dividimus enim animal* ut genus *rationali et irrationali differentia; et rursus* rationale animal dividimus *mortali et immortali differentia; sed ea* eadem, *quae est rationalis differentia et mortalis*, animalis quidem divisiva, coniuncta ad genus *constitutiva* efficitur *hominis* differentia. *Rationalis vero et immortalis*, cum genere coniuncta, constitutiva est *dei*, prout Socrates de diis loquitur, ut APULEIUS dicit in libro DE DEO SOCRATIS. *Illae vero* differentiae *quae sunt irrationalis et mortalis*, coniunctae cum genere, *animalium irrationalium* specierum sunt constitutivae. *Sic etiam* sunt *supremae substantiae* differentiae, sive sint vocatae *animati et inanimati*, sive *sensibilis et insensibilis*; tunc enim *animata et sensibilis*, *congregatae ad substantiam* quae est supremum genus, *animal perficiunt*, quod est species subalterna substantiae.

Quoniam ergo eaedem differentiae *aliquo modo acceptae sunt constitutivae, alio* vero *modo* acceptae sunt *divisivae, omnes* tamen dicuntur et *vocantur specificae*, quia potius a constitutione accipiunt nomen quam a divisione, quia divisio fit propter constitutionem. *Et his* differentiis *maxime opus est ad divisiones generum et* specierum *diffinitiones, sed non his quae secundum accidens* sumptae *sunt*, quamvis sint *inseparabiles. Magis* autem ad divisiones et diffinitiones non utimur differentiis, *quae sunt separabiles*, ab accidentibus separabilibus sumptae.

Cap. 4. Qualiter species differentia abundat a genere, et qualiter potestate genus habet differentias

Omnibus quae de multiplicitate differentiae dicenda videbantur, iam habitis, nunc intendendum est de

Arist. Lat. 17,15–18,2 (Busse 10,22–11,6) Quas etiam determinantes dicunt "differentia est qua abundat species a genere"; homo enim ab animali plus habet rationale et mortale. Animal enim neque ipsum nihil horum est (nam unde habebunt species differentias?);

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 33 *Ca* f.18va

1 secundum] esse *add. vlp* 3–4 secundum] esse *add. lp om. P1* 4 penitus] positus *CaP1* | esse] unam rem *F1V1* rem *Sh* 5 susciperet] susciperent *pavlp* 6 nunc] non *CaP1P2 om. Pi* 6–7 nunc – sese] instans et non movens se *pavlp* 11 id *om. CaP1* 13 mobilis mobile] mortalis mortale *F1* 15–16 et mobile] mortale *F1* 17 continue] eximie *CaP1P2* 18 et] ad *add. Pi pavlp* | modo *om. CaP1P2Sh* 19 simplex] simpliciter *pavlp* | inquam] numquam *F1* 20 incorruptibilis – ingenerabilis] corruptibilis est et generabilis *F1* 21 esse *om. V1* 21–22 esse – intemporale] est immortalis et intemporalis *F1* 23 dicantur] dicuntur *Sh pavlp* 24 simul] sic *pavlp* 25 quod] in quo *F1* 27 sive] tres *add. pavlp* 28 sint] sunt *P1P2* 29 sint] sunt *CaP1P2Sh* 30 sumptae] et *add. pavlp* 31 earum] eorum *CaP1P2* 32 dividimus – quas *hom. P1* | quas[2]] quam *Ca* 33 specificamus] specificamur *P1P2* specificantur *F1 pavlp* 34 sunt] sint *V1 vlp* 36 et *om. V1Pi* 37 animati] animata *P2* | cum] est *CaP1P2* 45 continetur] continent *Ca* | genera – in] igitur illam *F1V1* 50 ea *om. Pi pavlp* 52–53 Rationalis vero] ea vero quae est rationalis *V1* 54 ut] et *lp* 55–56 irrationalis – mortalis] irrationale et mortale *F1* 57 specierum *om. V1* | Sic] sicut *F1V1* 58 sive sint] quae sunt *Pi pavlp* | et inanimati *om. P1P2Pi pavlp* 59 et[1] – sensibilis *hom. Pi pavlp* 63 vero – acceptae] autem modo *Pi pavlp* 68 sumptae *om. F1V1* 70 sumptae] sumptis *pavlp* 71–72 differentia abundat] per differentiam abundet *lp*

1 Supra p. 81 v. 70–p. 82 v. 11. – 27 Supra p. 85 v. 37sqq. – 54–55 Cf. supra p. 62 v. 29–37 cum nota p. 62 v. 32.

differentia, secundum quod est unum de quinque universalibus et secundum quod de ea intenderunt philosophi, qui Peripatetici dicuntur. Hi enim differentiam determinantes sive describentes dicunt quod *differentia est qua abundat species a genere*. Quod exemplariter simul et inductive probant, quia *homo*, cum sit species tantum et non genus, *plus habet ab animali* – quod est genus hominis – *rationale et mortale*, quae sunt differentiae. *Animal enim*, secundum quod est genus, *neque ipsum* secundum se acceptum actu *nihil horum est*. Neque enim animal est rationale secundum seipsum, quia, si secundum seipsum esset rationale vel mortale, sequeretur quod omne animal esset rationale et omne animal esset mortale, quod falsum est secundum ea quae ANTE determinata sunt.

Cum autem dicimus quod *species differentia* vel differentiis *abundat a genere*, intelligimus quod id quod abundat in aliquo, habet illud intra se quo abundat et actu et intellectu, ita scilicet quod, posita specie, intra ipsius essentiam actu speciem constituens ponitur differentia et quod, intellecta specie, intelligitur differentia et est principium intelligendi speciem. Et sic differentia est intra speciem et actu et intellectu, quia ad hoc quod species actu sit, facit differentia actu proprio constituens eam, et hoc quod species intelligatur, facit differentia, prout est principium intelligendi speciem. Quorum neutrum facit genus. Si enim genus actu haberet differentiam in se ut iunctam sibi, procul dubio, posito genere, poneretur species, quia genus haberet in se omnia quae exiguntur ad speciei positionem. Et si differentia, prout est principium intelligendi speciem, esset in intellectu generis, non oporteret quod in diffinitione speciei, posito genere, poneretur etiam differentia, quia in nomine generis intelligeretur, et esset nugatio, quando in diffinitione cum genere poneretur. Igitur differentia nec actu nec intellectu est in genere. In specie | autem et actu est et intellectu. *Differentia* igitur *est qua abundat species a genere* sive supra genus et actu et intellectu. Abundat autem actu, ut species sit in actu sive in effectu; intellectu vero abundat, quia est de intellectu speciei differentia, nec intelligi potest in actu nisi per differentiam, sine qua non intelligitur nisi in potentia.

Tali autem assignatione describi non potest neque differentia communis neque differentia propria. Hae enim, sicut per ANTEDICTA manifestum est, non constituunt simpliciter sed secundum quid sive secundum esse formae accidentalis, et ideo non sunt actu constitutionis in esse specifico; non sunt in specie, sed sunt in ipsa sicut in subiecto, quod non constituitur ab accidente, sed potius in esse constituit accidens, quod est in eo. Et hoc est quod dicit AVICENNA quod subiectum est ens in se completum, quod est occasio alteri, hoc est accidenti, existendi in eo. Hae etiam differentiae, communis scilicet et propria, non sunt de intellectu speciei sicut principium intelligendi eam, quia accidens, ut docet ARISTOTELES in VII PRIMAE PHILOSOPHIAE, non diffinit subiectum, sed potius subiectum cadit in diffinitione proprii accidentis et est in diffinitione ipsius loco differentiae, et non e converso, sicut patet, cum diffinitur 'simum' et dicitur quod est nasi curvitas. 'Curvitas' enim, quod est formale ad simum, est ut genus ambiens et curvitatem in naso et in tibia; 'nasus' autem in diffinitione illa positus contrahit curvitatem ad simitatem. Cum igitur differentia in diffinitione sit contrahens genus et determinans ad speciem, patet quod subiectum est ut differentia, et curvitas, quae formale est in diffinitione, est ut genus. Et hoc est ideo, quia accidens essentiatur a subiecto et non essentiatur ab eo quod formale est in ipso, eo quod essentialitatem propriam a seipso non habet, nec est ens proprie loquendo, sed in hoc habet entitatem, quia est entis vel mensura vel dispositio vel aliqua alia passio ipsius. Planum igitur est, quod haec assignatio nec convenit communi neque propriae differentiae, sed tantum ei quae est magis propria et per se et per essentiam differentia.

neque autem omnes oppositas habent (nam in eodem simul habebunt opposita); sed, quemadmodum probant, potestate quidem omnes habent sub se differentias, actu vero nullam, ac sic neque ex his quae non sunt aliquid fit, neque opposita circa idem sunt.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 35 *Ca* f.18vb

7 hominis] nec ipsum per se ipsum *add. V1* 8 rationale – mortale] rationali et mortali *CaP1P2Sh* 9 genus] hominis *add. V1* 10 nihil] aliquid *vlp* 11 quia – seipsum *hom. P1P2 corr. P1*[1] | seipsum[2]] se *vlp* 13 rationale – esset *hom. Pi lp* 17 in *om. pavlp* 21–25 Et – speciem *hom. Pi pavlp* 27–28 in – se *om. pavlp* 27 iunctam] nunc tam *P2* adiunctam *F1V1Pi* 29 positionem] productionem *Pi* haberet *add. pavlp* 32 etiam *om. pavlp* 34 Igitur differentia] differentia differentia ergo *P1* | differentia] genus *Ca* 36 est[1] *om. pavlp* 37 supra] superat *lp* 37–38 Abundat *iterav. F1* 40 nec] vero *CaP1P2* | intelligi] species *add. F1* 42 describi] diffiniri *Pi pavlp om. P1P2* 44 sicut] ut *Pi pavlp* 46 non sunt *om. F1V1* | actu] in *praem. lp* 47 non] quando *Pi pavlp* | in specie] speciei *F1* | ipsa] ipso *CaP1P2Pi pav* 52 existendi] existenti *P1P2Pi pavlp* essendi *F1* 53 sicut] sed *pavlp* 56 proprii] propria *V1* 56–57 proprii – diffinitione *hom. pavlp* 62 contrahit] trahit *V1* 66 quia] quod *CaP1P2F1Sh* | essentiatur] essentialiter *F1V1* causetur *P1P2Pi* causatur *pavlp* 67 essentiatur] essentialiter *P1P2F1V1Pi pavlp* | formale] formaliter *Pi pavlp* 69 nec] etiam *add. Pi pavlp* 71 haec *om. lp* 73 tantum] convenit *P2* 74 differentia] differentiae *pavlp*

14 Supra p. 86 v. 18–62. – 44 Supra p. 79 v. 63sqq.; p. 83 v. 23–37. – 50 Avic., Phil. prima tr. 2 c. 1 (ed. Van Riet [I-IV] p. 67 v. 41–43); cf. Alb., Quaest. De quiditate et esse. Ed. Colon. t. 25,2 p. 271 v. 50–p. 272 v. 5 cum nota 50: 'Isaac'. – 54–55 Arist., Metaph. l. 7 c. 1.4–5 (1028 a 34–b 2, 1029 b 22–1031 a 14); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 124 v. 2–7, p. 127 v. 12–p. 130 v. 21. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 319 v. 57–83, p. 320 v. 16–28, p. 327 v. 84–91.94–98, p. 328 v. 8–p. 338 v. 26; Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 18 v. 46–51 cum nota 51. – 62–64 Cf. supra ex.gr. p. 44 v. 30–32.

Si autem quaeritur quod cum proprium sit qualitas speciei, accidens autem qualitas individui, sicut differentia est qualitas generis, quare differentia, quae est unum quinque universalium, potius sumitur a qualitate generis quam a qualitate speciei vel individui, maxime cum unum possit comparari ad alterum per qualitatem speciei et individui sicut per qualitatem generis: Dicendum quod differentia in vero actu et effectu differentiae sumi non potest nisi ab eo quod vere facit differre; vere autem non facit differre, nisi id quod facit aliud secundum substantiam formae, quia ea quae differunt per materiam, non differunt per verum esse, cum, sicut dicit Boethius, species sit 'totum esse individuorum'. Cum igitur communis et propria differentia non faciant aliud, non potest ab eis sumi verum praedicabile quod est differentia, quae est unum de quinque universalibus, sed remanent simpliciter propria vel accidentia et secundum quid facientia differre ea quae secundum ipsa comparantur ad invicem. Differentia autem per se et substantialis secundum respectum, quem habet ad subiectum, est forma determinans materiam, et secundum hoc non est praedicabile, sed potius secundum respectum quem habet ad genus, quod dividit et determinat, habet deducere ad speciem. Et sic divisio secundum intellectum prior est in ea quam constitutio, quia dividendo determinat ad speciem et constituit eam. Et ideo per actum dividendi, qui prior est in ea, nomen accipit differentiae, quae est unum de quinque praedicabilibus, ut dictum est. Sic igitur patet quod assignatio conveniens est, qua dicitur quod '*differentia est, qua abundat species a genere*'.

Sed his sic determinatis, quaestio est, *unde species habebunt differentias*, quibus sic abundant a genere. Aut enim habebunt a seipsis, aut a nihilo, aut a genere. Et siquidem habent eas a seipsis, tunc idem est constituens seipsum seipso; et sic idem erit faciens et factum, et formans et formatum, eo quod differentia est faciens et constituens et formans speciem. Si enim species a seipsa habet differentiam, tunc oportet quod differentia secundum seipsam sit species et species secundum seipsam sit differentia, quia aliter species a seipsa et secundum seipsam non haberet differentiam. Secundum seipsum enim habere et essentialiter habere idem est.

Si autem a nihilo | haberet differentiam, tunc sequeretur aliquid fieri perfectum in esse ex nihilo, quod omnes negaverunt philosophi. Sequeretur etiam quod differentia esset ens primum creatum, quod solum fit ex nihilo; fit enim non supposito quodam alio per intellectum. Hoc autem falsum est, quia differentia supposita quiddam aliud supponitur secundum intellectum, sicut patet in hoc quod est rationale; supposito enim rationali supponitur vivum et substantia et ens. Patet igitur quod non habet ex nihilo.

Si autem habet eas ex genere, tunc cum non sit differentia nisi per oppositionem, eo quod 'oppositio causa est differendi', sequitur quod haec opposita sint in genere. Non est enim ratio, quod una unius speciei differentia sit in genere et non alia sibi opposita. Adhuc autem 'opposita nata sunt fieri circa idem'. Si autem sic est, tunc sequitur quod opposita sunt simul in eodem, quod est impossibile.

Solvunt autem ad haec Peripatetici antiqui dicentes quod *potestate omnes differentiae* oppositae sunt in eodem genere, et a potestate generis fiunt in specie, sed *actu non* sunt simul in ipso genere. Nec est inconveniens, ut dicunt, in eodem potestate esse opposita. Et sic dicentes dicunt quod ex hoc non sequitur quod ex nihilo aliquid fiat; fit enim ex aliquo quod est in potentia aliquid quod est in actu. Nec etiam sequitur quod opposita secundum actum simul sint in eodem.

Haec autem determinatio Peripateticorum multas habere videtur difficultates. Videtur enim genus actu habere differentias oppositas simul. Istae enim actu simul verae sunt: 'animal est rationale' et 'animal est irrationale', sicut istae actu simul verae sunt: 'homo est albus' et 'homo est niger'. Nec essent simul verae, nisi actu animal esset rationale et actu esset animal irrationale. Videtur ergo quod in hoc genere, quod est animal, simul actu sint differentiae oppositae, quae sunt rationale et irrationale.

Sed adhuc quaeritur – etiam concesso quod potestate, et non actu, oppositae differentiae sint in uno et eodem genere – qualis sit illa potestas: aut enim materialis

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 43 *Ca* f.19ra

1 quod *om. pavlp* 2 accidens *iterav. Ca* 6 possit] posset *pavlp* 9 potest] posset *pavlp* 10 facit[2]] vere differre *add. V1* 16 quae] quod *CaP1P2ShV1Pi pavlp* | de – universalibus] quinque universalium *Pi pavlp* 21 materiam *om. V1* 23 determinat] et *add. lp* 24 deducere] reducere *Pi* 28 praedicabilibus] universalibus *V1* 31–32 habebunt] habeant *V1* habent *Pi pavlp* 33 habebunt] habent *V1* 35 seipsum] et *add. CaShV1* ex *add. F1* | seipso *om. Pi* 35–36 et formans *om. lp* 36 formans] formam *V1* | formatum] et constituens et constitutum *add. F1* 38–39 tunc – seipsam *om. V1* 40 species *om. F1ShV1 corr. Sh[2]* 41 haberet] habent *CaP1P2* | seipsum] seipsam *F1V1 pavlp* se *Pi* 43–44 haberet – nihilo *hom. F1* 44 in] et *V1 om. P2* 48–49 quiddam] quoddam *Pi pavlp* 49 patet *om. V1* 53 habet] habeat *F1* haberet *pavlp* | eas] ens *CaP1P2* 55 haec – in] hic sint opposita in *V1* habet opposita sine *pa* habet oppositas in *lp* | sint] sicut *Ca* 60 ad haec] hoc *pavlp* | haec] hoc *P1* | antiqui] philosophi *add. Pi pavlp* 61 oppositae sunt] positae sunt sub genere *pavlp* 62 fiunt] sunt *Pi pavlp* 63 ipso] eodem *Pi* 64 dicentes *om. lp* 71 simul[2] *om. Pi pavlp* 72–73 animal[1] – sunt *hom. P2V1* 72 et *om. ShPi pavlp* 73 et *om. Pi pavlp* 76 sint] duae *add. F1* 78 quaeritur] quaeruntur *CaP1* | etiam *om. Pi pavlp* 80 enim *om. Pi pavlp*

12–13 Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l.3 c.12 (CSEL 48 p.237 v.1–3). – 29 Supra p.86 v.17. – 46 Circa esse sive ens primum cf. Liber de causis c.4 § 37 (ed. Pattin p.54 v.37–38); supra p.36 v.12–14 cum nota p.36 v.14. – 54–55 Cf. supra p.86 v.5. – 57–58 Cf. Arist., Cat. c.5 (4 a 10–11); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p.12 v.4–5; Auctor. Arist. 31,15 (ed. Hamesse p.302). – 80–p.91 v.1 Cf. Arist., Metaph. l.1 c.3 (983 a 26–32); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.12 v.6–13; Auctor. Arist. 1,119 (ed. Hamesse p.124).

est, aut activa, aut formalis, aut finalis. Oportet enim quod secundum aliquam sit alicuius causae potestatem.

Si enim materialis est, tunc oporteret quod per motum vel per mutationem educeretur de illa, quia, sicut dicit ARISTOTELES in PRIMA PHILOSOPHIA libro V, potentia passiva sive materialis est principium transmutandi ex alio, secundum quod est aliud; et tunc oporteret assignare, quid esset movens in educendo huiusmodi potestatem ad actum, eo quod, sicut vult ARISTOTELES in IX PHILOSOPHIAE PRIMAE et AVERROES in COMMENTO ibidem, nihil est in potentia in alio, nisi quod uno motore educitur de illo ad actum. Quid autem sit movens ad hoc quod potestas generis materialis in actum exeat, a Peripateticis non est assignatum.

Praeterea, quod est in potestate materiali, est sicut in imperfecto; imperfectum autem causa perfecti esse non potest; differentia autem causa est perfectionis speciei. Et sic differentia non potest esse in specie a potestate generis, ut videtur, etiam si dicatur potestate esse in genere.

Adhuc autem Peripatetici dicunt quod differentiae in genere sunt potestate et quod genus *differentias habet potestate*. Quaeratur igitur, utrum idem sit habere differentias potestate et habere differentias potentia. Si enim hoc dicatur esse idem, tunc videtur quod differentiae sint in genere, sicut formae sunt in materia. Materia autem nullo modo causa est, quod forma sit vel quod actu sit. Et sic videtur quod genus nullo modo sit causa, quod differentia sit vel quod actu sit.

Adhuc autem quaeratur, an differentia sit in genere per hoc quod genus potestate habet differentias. Si enim in genere sit differentia, cum idem sit esse in genere quod esse sub genere, tunc differentia erit generi supposita. Suppositum autem generi species est. Videbitur ergo differentia esse species, quod omnino est falsum.

Adhuc autem, si differentia esset in genere, esset ut genus participans secundum essentiam et intellectum; quod omnino absurdum est, quia tunc differentia esset composita ex genere et quodam alio contrahente genus; quod contrahens non posset esse nisi differentia, et sic differentiae esset differentia; et tunc idem sequeretur de illa differentiae differentia, et abiret hoc in infinitum.

Si autem non est in genere, tunc videtur falsum quod in ANTEHABITIS | determinatum est quod 'decem genera sunt sicut prima decem rerum principia'; non enim primum principium in ordine rerum esse potest, ad quod omnes res illius ordinis reduci non possunt. Differentiae enim substantiae substantiae sunt, quia substantiam perficiunt, et tamen ad substantiam ut ad genus primum reduci non possunt, ut videtur per inductam rationem.

Si forte aliquis dicat, quod sunt in genere potestate secundum potestatem causae formalis, tunc sequitur quod genus sit forma ad differentiam; quod penitus falsum est, cum PORPHYRIUS dicat quod genus est sicut materia, et differentia ut forma, species autem sicut constitutum ex materia et forma. Adhuc autem si genus esset sicut forma, esset genus ut qualitas essentialis. Praedicaretur ergo in quale, et non in quid, quod est contra ea quae de genere PRAEDETERMINATA sunt.

Quod autem non sint in genere differentiae sicut in potestate causae finalis, ex eodem probatur, quia in naturis rerum idem est forma et finis secundum rem, quamvis differant secundum rationem suae causalitatis, quia finis est secundum quod quiescit in ea motus moventis; forma autem, secundum quod dat ei esse, quod est secundum formam.

Quaeratur ergo, si sunt in genere secundum potestatem causae efficientis. Hoc enim videntur dicere quidam, quia quaestio haec quam fecerunt Peripatetici, unde habeat species differentias, nihil videtur quaerere nisi de causa efficiente. Si enim detur quod in genere sint potestate materiali differentiae, adhuc restat quaerere, unde sive quo movente et educente differentiam de genere ad actum species habeat differentiam; et sic videtur differentia esse in genere secundum potestatem causae efficientis. Si autem hoc concedatur, videbitur accidere inconveniens, quia potestas efficientis per hoc

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 43 *Ca* f.19rb

3–4 motum] movens *F1* 4 per *om. F1ShV1* 5 prima – V] V Primae Philosophiae *V1* 8 quid] quod *pavlp* 9 sicut – Aristoteles] sint multarum *CaP1P2* 11 est *om. CaP1P2Sh* | alio] aliquo *lp* 13 potestas] potentia *V1* | materialis *om. V1* 15 Praeterea] prima *P1* postea *pavlp* | in[2] *om. P1* 18 sic] si sic est *V1* 21–22 et – potestate *hom. P1Pi pavlp corr. P1*[1] 21 differentias habet] habet differentias in *F1V1* 22 Quaeratur] quaeritur *pavlp* 22–23 differentias] in *add. F1ShV1* 23 differentias] in *add. F1ShV1* 29 quaeratur] quaeritur *pavlp* 30 differentias] differentiam *F1V1* 32 quod] et *Pi pavlp* 35 si] sic *Sh* | esset[2]] tunc *praem. F1 om. CaP1P2Sh* 38 genus *om. Pi pavlp* 42 est] esset *F1V1* | videtur] videretur *F1* 43 quod] quia *Pi pavlp* 45 esse] non *add. CaP1P2Sh exp. P1*[2] | quod] non *add. CaP1P2ShPi pavlp* 46 non *om. Pi pavlp* | Differentiae] sicut *Pi* 47 substantiae[1]] specie *V1* | sunt] non *praem. F1* 48 tamen] causam *P1* | primum] principium *praem. V1* 50 forte] autem *F1 praem. V1* 51 causae] esse *P1* | sequitur] sequetur *lp* 52 ad differentiam] differentiae *Pi pavlp* 54–55 constitutum] constitutiva *CaP1P2* constituta *Pi vlp* constitutae *pa* 59 differentiae *om. Pi pavlp* 61 rerum] eorum *pavlp* 64 esse] ei *CaP1P2* 67 videntur] videtur *pavlp* 69 habeat] habeant *pavlp* | nihil] vel *Ca* non *F1ShV1* 70 quod] sint *add. Pi pavlp* 71 sint] sicut in *P1P2Pi pavlp* | materiali] dictae *add. F1* 72 educente] deducente *F1* 73–74 ad – genere *hom. P1* 73 differentiam] differentias *pavlp*

5 Arist., Metaph. l.9 c.1 (1046 a 11–13); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.168 v.21–p.169 v.1. Cf. Auctor. Arist. 1,220 (ed. Hamesse p.133). – 9–10 Arist., Metaph. l.9 c.3 (1046 b 32sqq.); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.170 v.26sqq. – 10–11 Averr., Metaph. l.9 comm.7 et 20 (ed. Bürke p.37 v.29sqq. et p.69 v.48sqq.). – 33 De suppositione speciei sub genere cf. supra ex.gr. p.44 v.18sqq. – 43 Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p.12 v.1–2); supra p.69 v.29–66. – 53 Porph., Isag. c. De propriis generis et differentiae (Arist. Lat. I,6–7 p.23 v.15–16); infra p.123 v.62–63, p.125 v.8–12. – 58 Supra p.45 v.56sqq.

est completa ad agendum, quod agit ad speciem et formam, qua ipsum agens est actu. Genus igitur sic agens ad actum differentiae est in actu differentiae; et sic genus ut genus habet actu differentias. Et sequitur inconveniens SUPRA dictum, quod scilicet in eodem essent actu opposita, quod absurdum est. Videtur ergo quod nullo modo potestatis differentiae potestate sint in genere.

Si forte aliquis dicere velit quod sunt in genere sicut in semine sive in causa seminativa vel causa seminali – dicit enim ARISTOTELES in II PHYSICORUM quod semen per virtutem formativam, quae in ipso est in spiritu naturali seminis praeter substantiam sicci et humidi, quae in ipso sunt sicut materia, est causa movens sive unde motus sive efficiens; et quod genus haec duo in se habeat, scilicet subiectum, quod quid est et formabile per differentiam, et virtutem formativam differentiae, qua ipsum genus formetur ad speciem –: Quaeratur de ipsa formativa virtute, unde sit in genere. Non enim genus habet eam a seipso, secundum quod ipsum primum subiectum est; secundum quod enim est subiectum, non est formativum, sed formabile. Nec de facili videri potest aliud aliquid in genere, a quo concipiat huiusmodi virtutem.

Adhuc autem concesso quod talis virtus formativa est in genere, quaeratur ex quo format differentiam, quam producit in specie. Non enim format eam de formabili ipso, quod est generis substantia, quia sic formabile et formans essent idem, quod esse non potest. Si autem format ex alio, quaeratur, quid sit illud et qualiter sit in genere. Hoc enim et huiusmodi valde difficile est invenire, et ab antiquis videntur esse non tacta per determinationem sufficientem.

Ad omnia autem haec determinanda praenotandum est quod, ut dicit AVERROES in COMMENTO PRIMAE PHILOSOPHIAE, genus non est materia, sed 'forma generalis' et confusa et indistincta et diffusa in materia non determinata per formam; quam diffusam formam et confusam quidam vocant formae incohationem. Propter quam incohationem formae in materia diffusam etiam ipsa materia a quibusdam antiquis locus formae dicebatur, in quo forma latet, et ideo latentiam formarum principium fecerunt, ut dictum est in PHYSICIS. Et erat hoc dictum ANAXAGORAE, propter quod etiam ipse ARISTOTELES et omnes PERIPATETICI dixerunt educi de materia omnes formas et non esse eas a datore extrinseco. Cum autem iam ANTE probatum sit quod forma non praedicatur, secundum quod est forma materiae nec etiam secundum quod est forma totius, sed praedicatur, prout ipsa est notio totius esse, vel in potentia existentis vel existentis in actu, sequitur necessario quod genus est forma totius existentis in potentia et quod nomen | generis et res praedicatur, secundum quod genus per abstractionem intellectus dicit notionem totius existentis in potentia. Differentia autem dicit notionem totius, secundum quod determinatur actu, et dicit notionem actus totum esse determinantis, secundum quod est actu in determinato, quia aliter praedicari non posset de specie. Species autem dicit notionem totius sic determinati et distincti, et ideo, quia quid distinctum dicit et determinatum, in quid et non in quale praedicatur. Similiter autem et genus, quia quid distinguibile dicit, in quid et non in quale habet praedicari. Differentia autem, quia actu distinguens dicit, et non distinctum secundum potentiam, ideo in quale et non in quid praedicatur. Si autem esset notio differentiae nomen, quod diceret 'distinguere potens' et 'non actu distinguens', praedicaretur in abstracto et non in concreto, ut diceretur quod homo esset rationalitas, et non rationalis, quod absurdum est.

Dicamus ergo quod differentiam habet species a genere, et 'differentia est in generis potestate' sicut distinctum in indistincto confuso, sicut color secundum esse formale est in lumine indistincto et confuso diaphani sive perspicui, qui distinguitur – non alio quodam distinguente – ad esse formale ipsius eiusdem luminis diffusione terminata ad superficiem terminati corporis. Propter quod dicitur quod ipsum lumen et ex se et de se

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 51 *Ca* f.19va

1 completa] completiva *V1* 2 sic] si sit *V1Pi* similiter *pavlp* 7 sint] sunt *pavlp* 8 Si] Sed *F1* 11 formativam] informativam *Pi* seminativam *pavlp* 13 unde *om. P2* 14 motus *om. pavlp* | haec] hic *V1* 15 quid – et] quidem est *F1Pi vlp* quidem *pa* 17 formetur] formatur *F1ShV1Pi pavlp* | Quaeratur] tunc *add. F1* 18 formativa] specie *add. V1* 24 est] sit *Pi pavlp* 27 ipso] specie *pavlp* in *praem. F1V1* | quia – formabile *iterav. Ca* | et *om. CaP1P2* 28 formans] formatum *V1* formatum et *praem. F1* 31 ab *om. P1P2* | videntur] videntur *F1* 33 praenotandum] notandum *F1ShV1* 34–35 commento – philosophiae] V Primae Philosophiae in commento *F1ShV1* I Metaph. com. 17 *l* 35 genus] quod *praem. CaP1P2ShV1Pi pav* 36 et[3]] ut *V1* 39 etiam *om. Pi pavlp* 41 forma latet] latent formae *Pi pavlp* 43 Anaxagorae *om. P1P2* | ipse *om. Pi pavlp* 49 est *om. CaP1P2Sh* 54–55 totius – notionem *hom. P2Pi pavlp* 56 est] in *add. P2* 56–57 in determinato] indeterminato *vlp* 59 quid] quod *lp* 60 praedicatur] habet determinatum praedicatum *V1* 62 habet praedicari] praedicatur *Pi pavlp* 63–64 distinctum – potentiam] distinguibile secundum potentiam nec distinctum secundum actum *Pi pavlp* 64 praedicatur] habet praedicari *Pi pavlp* 65 differentiae] in abstracto *add. Ca exp. Ca*[1] | diceret] diceretur *pavlp* 65–66 distinguere] distinguibile *F1* 66 potens] potentia *Pi pavlp* 67 ut] et *lp* 69 Dicamus] dicimus *V1* dicemus *pavlp* 70–71 distinctum] distinctivum *P2* distinctio *pavlp* 71 in *om. P2* 72 lumine] et *add. P1P2* 73 quodam] modo *CaP1P2* 74 ad] sed *pavlp* | ipsius] sed *add. V1Pi* 75 terminata – terminati] determinata ad superiorem determinati *pavlp*

5 Supra p. 90 v. 69–77. – 10 Arist., Phys. l. 2 c. 8 (199 b 7–9); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 88 v. 9–10; cf. Averr., Phys. l. 2 comm. 83 (ed. Venetiis 1562 t. 4 f. 80D-F). – 34–35 Averr., Metaph. l. 1 comm. 17 (Venetiis 1560 t. 8 f. 31D); cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 42 v. 11. – 42 Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 68 v. 72–p. 69 v. 21, p. 231 v. 16–19. – 43–44 Cf. Alb., De nat. et orig. an. Ed. Colon. t. 12 p. 5 v. 41–59 cum nota 57; Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37,1 p. 15 v. 45–48 cum nota 47; Averr., Metaph. l. 7 comm. 31 (Venetiis 1560 t. 8 f. 219A). – 46 Cf. supra p. 60 v. 60–66. – 70 Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 369 v. 32.

format colores secundum esse formale quod est in ipsis. Et haec est AVICENNAE determinatio, sicut colligi potest in PRIMA PHILOSOPHIA ipsius. Propter quod dicitur genus potestate habere differentias potius quam potentia, quia potentia ad esse et non esse indifferens est, potestas autem est potentia stans per actus incohationem. Et haec est causa, quare inter genus et differentiam, cum in una et eadem diffinitione colliguntur, non est naturarum diversarum congregatio, quia si hoc esset, diffinitio esset multa et non unum. Non tamen hoc dicere intendimus quod genus et differentia non sint diversae naturae, sed intendimus quod non sunt naturae diversorum generum, sicut sunt substantia et accidens et quantitas et qualitas; sunt enim eiusdem naturae generis ordinabilia ad unum idem sicut potentia et actus. Nec posset aliquis dicere quod actus huius potentiae esset actus, et non alterius, nisi per aliquid actus esset incohatus in potentia; nec haec potentia desideraret hunc actum, nisi aliquid simile actui esset incohatum in potentia.

Sic ergo et tali potestate genus habet potestate differentias. Et non est inconveniens sic habere simul oppositas, quia opposita sibi non repugnant nisi distincta; confusa autem, cum omnium oppositorum sit radix una ex qua oriuntur, non est inconveniens ea sic simul esse in eodem. Propter quod generaliter verum est 'unum esse genus oppositorum', sicut in PHAEDONE dicit Socrates unum esse caput cornuum oppositorum. Et sicut dixit EMPEDOCLES multorum capita germanorum in prima confusione fuisse sine cervice; cervix enim distinguit capita germana, ita quod unum est unius et alterum alterius. Hoc igitur modo differentiae sunt in generis potestate.

Quod autem QUAERITUR, secundum quam causam sit illa potestas, dicendum in veritate, sicut et AVERROES dicit, quod est causae formalis confusae in materiae confusione, quae tamen similis est potestati materiae, quia materia non est materia per hoc quod est nudum subiectum formae ab omni forma denudatum, sed potius materia in potentia ad formam per incohationem formae in ipsa. Et ideo dicitur in fine I PHYSICORUM quod 'materia desiderat formam sicut femina masculum', non in quantum est femina, sed in quantum est imperfecta. Nec imperfectum est impossibile ad perfectionem, sed potens perfici dicitur imperfectum. Nec perfici potest, in quo nihil est aptitudinis ad perfectionem; aptitudo autem illa necessario aliquid est perfectionis, quia aliter non aptaret ad perfectionem. Per hoc autem quod est simplex subiectum non est in potentia ad formam, sed in composito est alterum componentium. Genus ergo quod est notio sic existentis in potentia, secundum totum esse formale ipso suo nomine significat, sicut DICTUM EST, potestate in se habere differentias.

Et quod OBICITUR de potestate finis, patet iam esse solutum, quia sicut idem est forma et finis, sic etiam una est potestas formae et causae finalis. Et ideo forma finis est desiderii quod materia habet, quando desiderat formam, non ut imperfectionis causam, sed prout distinguens et determinans est causa perfecti.

Quod autem de potestate causae | efficientis OBICITUR et de causa seminali, valde est conveniens, quia per incohationem confusam differentiae quasi seminaliter sunt in genere. Et ideo, ut DICTUM EST, ad idem secundum naturam pertinent cum genere et non ad diversum. Virtus autem, quae ex generante effectivo est in semine et 'formativa' vocatur in physicis, aliquid simile etiam habet in genere; et hoc est lumen intelligentiae agentis, quod agit omnes formas. Virtute enim illius luminis – quod expansione spirituali, non corporali, confusum perducit ad distinctum per distinguens et determinans – actualiter differentiam educit de genere in ipso esse speciei, et hoc modo genus habet in se aliquid de virtute efficientis. Propter quod etiam SUPRA in tractatu DE GENERE genus ipsum patri est assimilatum. Sic igitur intelligitur, quod genus habet omnes differentias potestate.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 57 *Ca* f.19vb

3 quod] magis *add. F1* 4 potius *om. F1* 11–12 quod – intendimus *hom. P1* 11 differentia] differentiae *Pi pavlp* 13 et[2] *om. Pi pavlp* | quantitas] qualitas *Ca* 14 ordinabilia] ordinabiles *vlp* 18 desideraret] consideraret *F1Pi pa* inchoaret *vlp* 21–22 oppositas] opposita *F1* 23 confusa autem] non confusa aut *vlp* | cum] eis *CaP1P2* 27 cornuum] corvinum *P1P2* omnium *F1V1Pi pavlp* | sicut dixit] sic dicit *pavlp* 28 capita] copiam *F1* capite *lp* 31 differentiae sunt] desunt *V1* | generis] genere *F1V1* in *add. Ca* 32 Quod] cum *F1* 33 veritate] est *add. Pi pavlp* | sicut et] secundum quod *F1* 34 causae – in] esse formale confusae *F1* 35 quia] quae *pavlp* 37 materia] est *add. F1* | materia – potentia] in materia *pavlp* 41 est[2]] ut *praem. V1* supple quod est *add. Pi pavlp* 42 dicitur] potius *praem. F1 om. pavlp* 43 potest] id *add. F1* | nihil] nec *CaP1P2* non *Pi pavlp* | aptitudinis] aptitudo *Pi pavlp* 45 aptaret] optaret *F1Pi* appeteret *pavlp* 46 est[2] *om. pavlp* 48 sic *om. Pi pavlp* 48–49 totum – formale] esse formale totum *P1P2* 51 obicitur] dicitur *F1V1* 52–53 sic – finis *hom. CaP1P2* 53 causae] esse *pavlp* 55 causam] tantum *pavlp om. CaP1P2* 63 et] quae *add. V1 om. P2* 66 expansione] ex passione *CaP1P2F1ShV1Pi corr. Sh[1]* | spirituali, non] spiritualium *CaP1P2* 66–67 confusum] est *add. F1* 67 per] et *F1* 71 patri] pater *Ca* 72 quod – omnes] genus habere *pavlp*

2–3 Avic., De anima pars 3 c. 1 (ed. Van Riet [I-III] p. 169 v. 4–p. 177 v. 5); cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 108 v. 39–p. 109 v. 76, spec. p. 108 v. 47–50 cum nota 48. – 9–10 Cf. Arist., Metaph. l. 7 c. 12 (1037 b 13–14); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 145 v. 25–26; supra p. 12 v. 26–27. – 22–25 Cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37,1 p. 256 v. 62–65. – 25–26 Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 408 v. 38–39. – 26 Non invenitur. – 27–28 Cf. Arist., De anima l. 3 c. 6 (430 a 28–30); Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 207 v. 42–48 cum textu Aristotelis; Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 33 v. 67–77; p. 61 v. 26–29; p. 514 v. 75–82. – 32 Supra p. 90 v. 78–p. 91 v. 2. – 33 Averr., Metaph. l. 7 comm. 28. 31 (Venetiis 1560 t. 8 f. 216B-C et f. 219C); cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37,1 p. 15 v. 45–48 cum nota 47. – 39 Arist., Phys. l. 1 c. 9 (192 a 22–23); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 40 v. 4. Cf. supra p. 54 v. 43–45. – 49 Supra p. 44 v. 21–27, p. 90 v. 60–64. – 51 Supra p. 91 v. 59–65. – 57 Supra p. 91 v. 66–p. 92 v. 32. – 60 Supra p. 93 v. 3–15. – 64–65 Circa productionem intelligentiae in natura, cf. supra p. 36 v. 41–45. – 70 Supra p. 41 v. 46–p. 42 v. 13.

Et quod quaeritur, an differentia sit in genere, iam plane solutum est. Cum enim 'genera sint prima rerum principia', oportet quod differentiae sint in genere, sed non sunt in genere sicut genera vel species vel individua, et generaliter dicendo non sunt in genere sicut ipsum genus per essentiam et intellectum participantes, sed sunt in genere sicut in principio confuso suae incohationis. Multipliciter enim aliqua sunt in genere: quaedam enim sunt in genere sicut coordinata sub genere per modum participantis et participati; et hoc modo sunt in genere genera et species et individua. Quaedam sunt in genere sicut via ad rem generis; et sic motus et mutatio sunt in genere. Quaedam vero sunt in genere sicut principia rei generis illius, sicut forma et materia dicuntur esse in substantia sicut in genere. Quaedam tandem sunt in genere sicut in principio suae incohationis; et haec secundum potestatem sunt in genere, et non secundum actum participantia genus; et sic differentiae cuiuslibet generis sunt in genere. Quaedam etiam sunt in genere sicut principia, unde fluunt naturae generum secundum imaginationem, sicut punctus et unitas sunt in genere quantitatis.

Per ea quae dicta sunt, patet quod differentia simplex actus est constituens speciem cum genere, et qualiter potestate differentia est in genere, et qualiter species habet differentiam ut formantem, genus autem est in specie ut imperfectum formabile vel formatum. Et sic facile est solvere ad omnia quae sunt quaesita vel dubitata.

Cap. 5. Qualiter diffinitur differentia secundum quod est universale de specie praedicabile

Habito qualiter 'differentia species abundat a genere' et qualiter differentia sub genere est et qualiter species differentiam acquirit a genere, restat dicere, qualiter ut universale praedicabile de specie diffinitur. Sic autem considerata diffinitur hoc modo: *Differentia est* universale, *quod* essentialiter *de pluribus et specie differentibus in eo quod quale est praedicatur*. Cum enim dicitur quod est universale, dicit Avicenna quod hoc in hac diffinitione ponitur ut genus. Cum enim quodlibet istorum quinque universale sit, universale haec quinque continet ut genus, et hoc primum in diffinitione est ponendum cuiuslibet istorum quinque. Quod tamen antiquiores Peripatetici non fecerunt, quia cum ponerent 'quod de pluribus praedicatur', per hoc dixerunt intelligi genus quod sit universale, quia nihil praedicatur de pluribus nisi universale, quia universale est quod est 'in multis et de multis'. Et ideo cum ponerent 'praedicatur de pluribus', intellexerunt quod esset universale, et quod universale non oporteret in diffinitione explicite poni.

Per hoc autem quod dicitur 'essentialiter', ponitur, ut dicit Avicenna, ad exclusionem accidentis quod, secundum quod universale est, praedicatur de pluribus specie differentibus, et praedicatur in quale, sed non est essentiale praedicatum, quod sit per se in subiecto et actu et intellectu, sicut differentia. Quod autem dicitur 'quod de pluribus specie differentibus', ponitur ad speciei exclusionem, quae non praedicatur nisi de pluribus numero differentibus, eo quod non comparatur communitas eius nisi ad individua. Primus autem respectus comparationis differentiae non est ad individua, sed ad species, et ideo oportuit quod non diffiniretur ad individua, sed ad species. Ad genus enim ut genus est, ut universale est diffiniri non poterat, quia prout universale est, non continet genus, nec continetur a genere nisi potestate tantum, et ideo praedicari de genere non potest. Cum igitur specialem modum praedicandi habere debeat, oportuit quod ut praedicabile ad speciem haberet respectum. Non autem potuit praedicabile | esse de uno, quia sic esset individuum; oportuit ergo quod esset praedicabile de pluribus specie differentibus.

Arist. Lat. 18,3–15 (Busse 11,7–17) Definiunt autem eam et hoc modo: "differentia est quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quale sit praedicatur"; rationale enim et mortale, de homine praedicatum in eo quod quale quiddam est homo dicitur, sed non in eo quod quid est; 'quid est' enim 'homo' interrogatis nobis conveniens est dicere 'animal'; quale autem animal inquisiti, quoniam rationale et mortale est convenienter adsignabimus. Rebus enim ex materia et forma constantibus vel ad similitudinem materiae specieique constitutionem habentibus (quemadmodum statua ex materia est aeris, forma autem figura), sic et homo communis et specialis ex materia quidem similiter consistit genere, ex forma autem differentia, totum autem hoc animal rationale mortale homo est quemadmodum illic statua.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 69 *Ca* f.20ra

3 sed] si *pavlp* 9 quaedam] aliqua *lp* | quaedam – genere *hom. pav* 10–11 hoc modo] haec *Ca* modo *P1Sh* sic *V1* 15 genere] re vere *P1* 16 sicut] ut *pavlp* 20 sunt in] sunt *Ca om. P1P2* 23 Per ea] pro eis *pavlp* et *praem. ShV1* 24 qualiter] in *add. P2* 25 potestate – qualiter *hom. P1* 27 vel] et *V1* 28 ad *om. Pi pavlp* 29 differentia] universale *CaP1* 30 est universale] universale et *V1* 33 sub] in *lp* 39 hoc *om. ShV1* 45 per hoc *om. Pi pavlp* | sit] est *F1ShV1Pi* 51 Per *om. vlp* 56 Quod – dicitur] Aristoteles autem dicit *pavlp* | quod *om. F1V1* 58 nisi *om. CaP1P2 corr. P2*^{2} 63–64 est – est] est universale *F1* 70 esset] est *V1*

75 similitudinem] proportionemque *add. KöC*^{bv} 76 similiter] proportionaliterque *add. KöC*^{bv}

2–3 Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 12 v. 1–2); supra p. 69 v. 29–70, p. 91 v. 42–44. – 32 Porph., Isag. c. De differentia (Arist. Lat. I,6–7 p. 17 v. 16); supra p. 88 v. 74sqq. – 33–34 Cf. supra p. 90 v. 31sqq.; p. 92 v. 69sqq. – 39 Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.8vb). – 47–48 Cf. supra p. 17 v. 42–43. – 52 Avic., Logica pars 1 c. 5 (Venetiis 1508 f.4va-b).

Adhuc autem non potuit diffiniri ut praedicatum convertibile cum specie in quale, quia sic esset proprium; nec ut praedicatum convertibile in quid, quia sic esset diffinitio vel synonymum. Relinquebatur ergo, quod diffiniretur ut non convertibile, et sic diffinitur ut 'praedicatum de pluribus differentibus specie'. Quia vero et genus praedicatur de pluribus differentibus specie, ideo additur quod 'praedicatur in quale'. Genus enim 'de pluribus specie differentibus praedicatur in eo quod quid est'. Haec fuit necessitas, propter quam antiqui sic differentiam diffinierunt.

Et ut hoc melius intelligatur, sciendum quod 'quale' in hoc differt a qualitate, quod qualitas est accidens, secundum quod aliquid dicitur quale; 'quale' autem dicit subiectum qualitate formatum. Unde praedicatum in quale dicit id quod praedicatur in subiecto, quia aliter de subiecto praedicari non posset. Nihil enim praedicari potest de subiecto, nisi quod est in subiecto, et nisi sit acceptum et significatum, prout est in subiecto, de subiecto non praedicatur nec praedicari potest. Unde rationalitas vel animalitas vel humanitas vel risibilitas vel albedo non praedicantur, sed rationale et animal et homo et risibile et album sunt praedicata de suis subiectis.

Unde logice loquendo tria qualia sunt composita: Species cum differentia est quale essentiale, et dicitur quale secundum differentiam et non secundum se, et quale ipsum differentia in subiecto existens. Secundum autem quale est proprium, quod quale dicitur secundum qualitatem proprietatis. Tertium est quale accidentis, quod quale dicitur secundum qualitatem accidentis. Talis igitur est huius diffinitionis explanatio.

Hoc autem adhuc melius manifestatur in exemplis, quia *rationale et mortale* – quae sunt differentiae hominis a qualitatibus, quae sunt rationalitas et mortalitas, sumptae – *praedicantur de homine non in eo quod quid est*, cum nullum dicant quid formatum talibus formis, sed potius dicant formas id quod quid est formantes et distinguentes. Forma enim subiective et formabilitate non est quid, sed quale vel qualitas formans, nullo modo formabilis, quia actus est et ideo formari non potest; sola enim potentia formabilis est per actum. Propter quod etiam species aptitudine quasi potentiali formatur per proprium, ut in SEQUENTIBUS habebitur; et subiectum, prout est in se perfectum et occasio alterius existendi in eo, per ipsum quod occasio est alteri, potentialiter se habet ad ipsum et formatur accidente secundum quod est huiusmodi.

Haec igitur vera causa est secundum philosophos, quare differentia non in quid, sed in quale praedicari potest. Cuius adhuc ulterior manifestatio est, quia – *interrogatis nobis* ab aliquo quaerente de natura et substantia hominis et dicente: '*quid est homo?*' – *conveniens est* nobis dicere ad hanc quaestionem respondendo, quia homo est *animal*. Animal enim proximum substantiale subiectum est non formans, sed formabile forma hominis in hominem. Et ideo homo in animali est sicut in potentia formabili ad hominem, et cum de hac potentia movetur ad formam, prius est animal quam homo, ut in XVI DE ANIMALIBUS dicit ARISTOTELES. Si autem ulterius procedat quaerens dicens '*quale animal* sit homo?', *convenienter* respondemus ad hanc quaestionem, quod homo est animal *rationale mortale*, significantes quod potentia distincta per hunc actum – qui est 'rationale mortale' – et formata est homo; designantes quod homo in rationali et mortali non est sicut in quid potentiae et subiecti formabilis, sed est in eo sicut in actu formante et distinguente secundum esse actuale et formatum et distinctum.

Quod adhuc in simili potest manifestari. Quia enim 'ars imitatur naturam', ideo quae in arte sunt, secundum aliquid similia sunt his quae sunt in natura. *Rebus* igitur *ex materia constantibus*, in his quae habent materiam, vel constantibus ex talibus suae compositionis principiis, quae sunt in eis *ad similitudinem et proportionem materiae* – sicut in his quae non habent materiam, sed componuntur ex duabus naturis formalibus, quarum una proportionatur materiae et altera formae, sicut genus et differentia componunt speciem – ostenditur nobis hoc quod iam dictum est, sicut est videre in statua sive imagine vel idolo. In statua enim idoli aes, de quo fit, est sicut materia formabilis, et est in aere idolum in potentia

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

3 convertibile] cum specie *add. V1* 4 Relinquebatur] relinquitur *Pi pavlp* | quod] ut *F1V1* 4–5 diffiniretur] diffinitur *l* diffinietur *pavlp* 6–7 Quia – specie *hom. P1* 6 et] ut *Ca* 10 est *om. Pi pavlp* | Haec] igitur *add. Pi pavlp* | propter quam] proprii *V1* 12 hoc – intelligatur] haec melius intelligantur *pavlp* 14 aliquid] aliud *pavlp* 14–15 dicit] dicitur *lp* 15 formatum] informatum *F1ShV1* 16 dicit] dicitur *lp* | in] ut est *praem. V1Pi pavlp* 19 significatum] signatum *P1 pavlp* 20 non] autem ut *P2* 27 differentia] dicitur *F1V1* 29 qualitatem proprietatis] proprietatem qualitatis *F1Sh* qualitatem proprietatem qualitatis *V1* | proprietatis] id est proprii *add. Pi pavlp* 31 huius] huiusmodi *pavlp* 34–35 sumptae] sumpta *CaP1P2Pi pavlp* 36 nullum] nullio *Ca* nullo modo *P1P2Pi pavlp* | dicant] dicunt *V1* 38 Forma] formae *P1P2* 44 est] ens *add. V1* 49 differentia] differentiae *Pi pavlp* 50 potest] oportet *Pi* competit *pavlp* 51–52 substantia] subiecto *Pi pavlp* 53 quia] quod *F1V1Pi pavlp* 56 hominem] homine *Pi pavlp* 63 rationale] et *add. F1Pi* 65–66 subiecti formabilis] sibi formalis *F1* 67 secundum *om. F1* 68 potest] poterit *Pi pavlp* 71 igitur] enim *F1Sh* 75 ex] a *CaP1P2 pavlp* 78 est videre] enim videtur *F1* 80 formabilis] formalis *Pi pa* | idolum] idoli *vlp*

8–10 Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p. 7 v. 1–2); supra p. 45 v. 56–60. – 24 Circa diversa qualia vide supra p. 50 v. 56–72. – 43 Infra p. 108 v. 4sqq. – 58–59 Arist., De gen. animal. l. 2 c. 3 (736 a 35–736 b 2, b 12–14); transl. Guillelmi Arist. Lat. XVII,2.v p. 53 v. 5–11.20–24. Cf. Alb., De animal. l. 16 tr. 1 c. 10,11,12 (ed. Stadler p. 1091 v. 9–10.17–18, p. 1093 v. 24–25, p. 1094 v. 8–10, p. 1095 v. 12–13); Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 67 v. 52 cum nota. – 69 Cf. supra p. 2 v. 27 cum nota.

forma, quae dat aeri esse idolum vel statuam; | quae statua dicitur, quia statuit imaginem quam intendimus. Ipsa, inquam, *forma* hoc faciens et perficiens *est figura* inducta per artificem: sic est in his quae non habent materiam, sicut est *homo communis* ut communis acceptus in specie, non acceptus ut hic et ille, quia hic et ille sunt ex materia. *Communis* autem *homo*, qui est in pluribus et est *specialis* sive in communitate speciei acceptus, consistit in sua compositione secundum quandam *similitudinem* et secundum quandam *proportionem*, quamvis secundum veritatem non sit compositus ex materia et forma, sed totus sit in esse formali sumptus, quia aliter non esset communis nec praedicabilis de aliqua re secundum veram praedicabilis rationem. Secundum quandam enim *similitudinem* et secundum quandam *ad materiam proportionem* est in eo genus ut primum subiectum potentialiter formabile et distinguibile ad hominem, et est in eo differentia ut formans et distinguens ad speciem hominis; *totum* essentiale sic perfectum et constitutum, quod est *animal rationale mortale*, est homo secundum speciem proportionaliter, *quemadmodum illic* in artificialibus totum constitutum ex aere et figura fuit *statua* secundum imaginem, cuius similitudinem statuit ante oculos intuentium eam.

Haec igitur est antiquorum Peripateticorum de differentia data diffinitio et, ut dictum est, declaranda et intelligenda. Et ideo quaestio nulla est, quam quidam quaerunt, utrum scilicet sit in materia, quae genus dicitur, sic dispositio ad formam et necessitas, sicut est in materia naturali ad formam et in materia artificiali. Hoc enim quaeri posset, si genus vere esset materia. Nunc autem hoc non dicitur, sed tantum quod secundum quandam *similitudinem* et secundum quandam *proportionem* sit *materiae* comparatum, in eo quod homo in potentia incohationis est in animali et sicut in subiecto, quod secundum id quod est, formabile est ad actum hominis. Dispositio enim et necessitas non sunt nisi in materia, quae mutationi subiecta per agentia procedit ad esse generati. Talis igitur quaestio nulla est.

Nec dicitur species componi ex genere et differentia tamquam ex duobus divisis, quorum utrumque sit pars compositi, quia sic diffinitio, in qua ponuntur genus et differentia, non esset unum sed multa; et si sic, esset neutrum per se praedicabile de specie, sed totum simul compositum tantum de specie praedicaretur. Genus enim dicit totum esse speciei, sed in potentia, ut in ANTEHABITIS dictum est; et nomen generis notio est totius esse speciei in potentia, et aliter non posset de specie praedicari. Et differentia, ut quale et non ut qualitas sumpta, dicit totum esse speciei, sed in actu et secundum quod est notio totius esse in actu, sic praedicatur de specie. Et diffinitio dicit totum esse in potentia et actu, et ideo praedicatur convertibiliter. 'Differentia' autem, ut dicit ARISTOTELES, 'cum sit generalis', ad praedicationem generis non convertibilem habet reduci, sicut probabitur in SEQUENTIBUS.

Hoc igitur quod antiqui de differentia, prout de specie praedicabilis est, dixerunt. Quod quidem sub compendio dici potest, quod antiqui differentias determinantes sive describentes DICUNT quod *differentia est qua abundat species a genere*, habens differentiam in se et actu et intellectu, quam non habet genus nisi potestate. *Homo enim ab animali plus habet rationale et mortale*, quae coniunctim posita differentiam hominis constitutivam perficiunt. *Animal enim* genus *ipsum* secundum seipsum *nihil horum est* actu et intellectu. Quod ex hoc patet: *Nam* quaeritur, *unde habeat species differentias*. A genere non habet, ita quod actu sint in genere; neque enim genus oppositas habet differentias. Non enim *in eodem* sunt *simul* actu *opposita*. *Sed* de hoc est, *quemadmodum probant* philosophi PERIPATETICI, quod genus *potestate quidem sub se habet omnes differentias, actu vero nullam*. Ac sic nihil contingit inconveniens, quia sic non sequitur, quod *aliquid fit ex his quae non sunt*, si diceretur quod a nihilo haberet differentias. *Neque* sequitur quod *opposita sint* in eodem vel *circa idem*, sed fit id quod fit ex his quae in genere sunt potestate.

Diffiniunt eam PERIPATETICI *hoc modo* propter ea quae dicta sunt: *differentia est* universale *quod de pluribus et*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 1 *Ca* f.20rb

1 aeri] rei *V1* 4 est] enim *CaP1P2Sh pa* 5 ut communis *om. Pi pavlp* 6 et[1]] vel *F1V1* | quia – ille] qui *Pi pavlp* | sunt] fiunt *F1* 7 materia] quia hic et ille *add. P1* | in] de *F1V1* 8 specialis sive] semper *F1* 10–11 secundum veritatem] in veritate *V1* 11 et] ex *add. Ca* 13 nec] naturae *V1* 15 quandam] quam *P2* 19 totum] et *praem. F1* 21 illic *om. Pi pavlp* 27 quam] qua *P2* 28 sit] sic *vlp* 29 sic] sit *P2V1Pi pavlp om. F1* 30 naturali *om. Ca corr. Ca*[1] | materia[2] *om. F1V1* 31 Hoc] haec *Sh* | enim] est *Pi* tamen *lp* 32 quod] quia *pavlp* 33 quandam[2]] quam *P2* 34 sit] sic *Ca* 35 animali] et sicut incohationis est in animali *add. CaP1P2* | sicut] sic *V1* 36 formabile] formale *P1Pi* | ad actum] actum *pa* actu *vlp* 39 generati] generabile *F1* alias generum *in marg. F1*[1] 41 divisis] diversis *Pi pavlp* 43 si *om. F1V1* 44 se] esset *add. ShPi pavlp* 45 compositum *om. F1* | tantum *om. V1* 46–47 in antehabitis *om. Pi pavlp* 48 et] quia *F1Pi pavlp* | aliter] alteri *Ca* 49 et *om. Pi pavlp* 52 et] in *add. V1* 54 autem] cum *add. V1* | cum *om. V1* | sit *om. Ca* 56 probabitur] probatur *Pi pavlp* 57 Hoc – quod] haec igitur quae *F1* | igitur] est *add. V1Pi pavlp* 58 Quod *om. F1* 59 potest] possunt *F1* | differentias] differentia *F1V1* 61 actu – intellectu] actum et intellectum *CaP1P2* 63 rationale – mortale] rationali et mortali *CaP1P2* 66 quaeritur] quaeratur *F1* quaeretur *V1* 68 neque] nullum *F1* 72 sic] si *palp* 73 fit] sit *P2Pi* | non[2] *om. CaP1P2* 75 id] ad *CaP1P2* aliquid *F1* 77 eam] enim *P2Pi pav* etiam *lp om. P1* | propter] praeter *F1V1* per *Pi* 78 et *om. pavlp*

43 Diffinitio est unum cf. Arist., Metaph. l.7 c.12 (1037 b 13–14); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.145 v.25–26; cf. supra p.12 v.26–27. – 46–47 Supra p.44 v.18sqq., p.45 v.56sqq. – 54 Arist., Top. l.1 c.3 (101 b 18–19); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.8 v.11–12. – 56 Infra p.100 v.27sqq. – 60 Porph., Isag. c. De differentia (Arist. Lat. I,6–7 p.17 v.15–p.18 v.2); cf. supra p.88 v.74sqq. – 77 Cf. supra p.94 v.32sqq.

differentibus specie in eo quod quale est praedicatur. Rationale enim et mortale de homine praedicantur, *non in eo quod quid est*, sed *in eo quod quale est. 'Quid enim est homo' interrogatis nobis* ab aliquo, *conveniens est dicere* sive respondere '*animal*'. '*Quale autem animal* sit homo' *inquisiti* ab aliquo, *quod rationale et mortale* sit animal, respondemus *convenienter*, quia sic | formam assignamus, quae dat speciem. *Rebus enim ex materia et forma constantibus* in natura vel arte, *vel* constantibus rebus *ad similitudinem proportionemque materiae* et formae in logicis *constitutionem habentibus, quemadmodum statua ex materia est aeris* et *forma figura, sic et homo communis et specialis*, qui in multis est, *ex materia quidem similiter proportionaliterque consistit, genere* scilicet, et *ex forma differentia*. Quae tamen ut partes divisae non componunt, sed dicuntur partes essentiales, quia duobus modis divisis esse significant speciei, scilicet in potentia et in actu. *Totum autem hoc* quod est *animal rationale mortale homo, est* species, *quemadmodum illic* in arte totum constitutum ex aere et figura est *statua*.

Cap. 6. De dubitationibus et erroribus circa ea quae dicta sunt

Haec sunt quae de differentia, prout est universale de specie praedicabile, antiqui tradiderunt Peripatetici, et sunt circa ea multae dubitationes et errores.

Aristoteles in vii primae philosophiae et ibidem Averroes in commento expresse dicunt et probant, quod ultima differentia cuiuslibet speciei constitutiva convertibilis est cum ea, ita quod non convenit eam nisi de illa specie praedicari. Differentia ergo illa non nisi de una specie praedicatur. Non ergo 'praedicatur de pluribus differentibus specie', ut videtur.

Hoc autem idem dicit Boethius in libro divisionum dicens quod, si non esset penuria nominum, in qualibet diffinitione non nisi duobus terminis uteremur, nomine scilicet generis et nomine differentiae ultimae, quae ad speciem genus restringit et coarctat. Si ergo tunc illa diffinitio convertibilis esset cum specie, huius convertibilitatis causa non posset esse genus, relinquitur ergo quod talis differentia causa esset convertibilitatis. Sequitur ergo necessario, quod ipsa sit convertibilis. Non ergo praedicabilis est de pluribus specie differentibus.

Hoc autem etiam dicit Averroes, dicens quod omnia intermedia inter genus et ultimam differentiam circumlocutio sunt proximi generis, qua circumlocutione opus non esset, si nomina proximorum generum haberemus.

Adhuc autem hoc etiam ratione inevitabiliter probatur sic: Aut enim ultima differentia convertibilis est et soli illi speciei conveniens, aut communis illi speciei et alii. Si est convertibilis, habetur propositum. Si autem illi et alii communis, ergo in illa differentia species ab alia specie non differt, sed convenit. Quod autem convenientiae principium est, non est principium differentiae; ergo illa ultima differentia differentia non fuit. Si autem dicatur quod illa differentia habet aliam differentiam per quam differt, tunc quaero iterum de illa differentia, utrum sit communis vel propria. Et sequitur idem quod prius, et abibit hoc in infinitum. Vel oportet dicere, quod ultima propria est et illi soli speciei conveniens, quam constituit. Non ergo differentia omnis praedicatur de pluribus specie differentibus, et sic diffinitio inducta vitiosa esse videtur.

Adhuc autem, si omne quod differt, differentia differt, ut dicunt, quaeratur, quo differentia differt a differentia. Si enim illa differt alia differentia, tunc hoc ibit in infinitum, quia de illa differentia quaeritur sicut de prima.

Ad haec autem quidam respondere videntur, quod in divisione generum per differentias et specierum constitutione sub generibus sic se habet, quod quanto species sunt inferiores, tanto sunt certiores, ita quod certissimae species sunt, quae specialissimae dicuntur. Et quanto differentiae, per quas fit divisio, sunt superiores, tanto sunt certiores; et ideo notiores sunt primae dividentes generalissimum quam dividentes genus subalternum, ita quod tandem differentiae specierum in paucis sunt notae et nominatae, quamvis illae notissimae sint et certae. Et quia primae generales differentiae notae et certae de

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 7 *Ca* f.20va

3 est[1] *om. pavlp* 5 autem – sit] est animal si *P2* 6 et *om. Pi pavlp* | animal *om. V1* 11 statua *om. CaP1P2Pi* 12–13 proportionaliterque] proportionaliter quia *pa* proportionaliter *vlp* 14 componunt] compositi *CaP1P2* compositi sunt *Pi pa* compositae sunt *vlp* 20–21 et – sunt] contra diffinitionem differentiae et erroribus male solventium et de vera omnium solutione *lp* 20 erroribus] quae sunt *add. V1* qui sunt *add. Sh* 22 Haec] quidem *add. V1* 28 ea] specie *V1 om. Ca* | non *om. P1* | eam] eum *CaP1P2* 29 non] si *CaP1P2 praem. pav* 30 una] illa *Pi pavlp* 32 Hoc autem] adhuc autem hoc *F1* 36 tunc *om. V1* 37 diffinitio] differentia *pavlp* 37–38 huius – posset] huiusmodi convertibilitatis causa cum non possit *pavlp* 40 quod ipsa] quia illa *pavlp* 42 etiam] est *Ca om. P1P2Pi pavlp* 46 etiam *om. P1P2Pi pavlp* 49 alii] aliis *pavlp* 50 alii] aliis *P1P2Pi pavlp* alteri *V1* | in *om. P1P2* | in – differentia] illa *Pi pavlp* 53 differentia[2] *om. F1Pi pavlp* 55 quaero] quaestio erit *F1V1* 55–56 differentia *om. P2* 57 abibit hoc] ibit hoc usque *Pi pavlp* 58 ultima] differentia *add. F1* 62 omne] omnino *pavlp* 63 ut dicunt *om. vlp* | dicunt] differunt *pa* | quo] qua *P1P2* quae *Pi* qua differentia *pavlp* 65 illa] secunda *add. F1* | quaeritur] quaeremus *F1* quaerimus *V1* quaereretur *Pi pavlp* | de[2]] in *Ca* 67 haec] hoc *pavlp* | autem] etiam *Pi pavlp* | quod] species *add. V1* 69 sub generibus] generibus *Pi pa om. vlp* 70 sunt[2] *om. V1* | ita] id est *Pi pavlp* 73 dividentes] genus *add. pavlp* 75 specierum] specialissimarum *add. F1* 76 sint] sunt *pavlp* 77 Et – certae *hom. V1* | differentiae] dicuntur *F1* | de] et *praem. F1*

25 Arist., Metaph. l.7 c.12 (1038 a 19–20); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.147 v.4–5; cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.370 v.50–51. – 26 Averr., Metaph. l.7 comm.43 (Venetiis 1560 t.8 f.235B). – 30–31 Porph., Isag. c. De differentia (Arist. Lat. I,6–7 p.18 v.3–5); supra p.94 v.32sqq. – 32 Boeth., De divis. (ed. Magee p.26 v.8–12). – 42 Averr., In Porph. Isag. c.2 (Venetiis 1560 t.1 f.4B-F).

pluribus differentibus specie praedicantur, ideo de omnibus dictum est logica probabilitate, cui sufficit, quod in pluribus verum sit quod differentia de pluribus et differentibus specie praedicatur.

Sed haec responsio in philosophia valde ridenda est, quod hoc generaliter per diffinitionem determinetur, cuius contradictorium convincitur esse verum. Concluditur enim de necessitate, quod differentia quaedam non praedicatur de pluribus differentibus | specie. Scitur enim et notum est omni philosopho, quod diffinitio convenire debet omni et soli. Si ergo differentia diffinitur per 'praedicari de pluribus differentibus specie', hoc debet omni differentiae convenire et soli, quae magis propria est differentia. Et ideo ridiculosa est ista solutio.

Propter quod alii dicunt quod est differentia simplex et differentia composita. Et simplicem dicunt illam quae in una sola differentia consistit, sicut generalissimi differentiae quae sunt 'corporeum' et 'incorporeum', vel corporis differentiae quae sunt 'animatum' et 'inanimatum', vel animati differentiae quae sunt 'sensibile' et 'insensibile'. Sed differentiae ultimae specierum constitutivae dicunt quod non sunt nisi duarum vel plurium congregatione sufficientes ad constitutionem. 'Rationale' enim solum speciem non facit, nisi addatur 'mortale' vel 'immortale'; et hoc non fuit in superioribus differentiis, quarum una sola coniuncta generi facit et sufficit facere speciem subalternam. Dicunt ergo quod illae differentiae, quae simplices sunt per se solas cum genere speciem constituere, praedicantur de pluribus differentibus specie. Quae autem nec per se sunt sufficientes nec constituunt speciem, nisi una alteri coniungatur, non sunt differentiae solum, sed aliquid simile diffinitioni. Et ideo illae non de pluribus differentibus specie praedicantur, sicut 'rationale mortale' simul sumpta non praedicantur nisi de homine.

Haec autem solutio adhuc magis ridenda est quam prior, quia 'rationale mortale' dicta de homine circumlocutio sunt unius simplicis differentiae, quae est unicus et simplex actus, cuius est unicum esse, quod perficit. Et quamvis illius aliquando nomen non habeatur, tamen in talibus licet nomina fingere. Dicamus igitur quod illa differentia vocetur A. Tunc A differentia praedicabitur de una sola specie, et non de pluribus specie differentibus, et tunc sequitur diffinitionem vitiosam esse sicut prius.

Propter hoc dicunt alii quod, cum DICITUR quod universale est quod praedicatur de pluribus sibi subiectis, hoc dictum est, non quod actu praedicetur de multis, sed quod aptitudinem habeat ut sit in multis, quamvis actu non sit nisi in uno solo, ut sol est universale. Unde, cum species subiectum sit, de quo praedicari habet hoc universale 'differentia', dicunt quod aptitudine praedicatur de pluribus, quamvis aliqua differentia actu non sit nisi in una sola specie.

Et hanc opinionem recitat AVICENNA et est omnino nulla. Quod statim patet, quia una species certa non est certa, nisi quia unica differentia est constituta, quae nullo modo habet aptitudinem quod sit in alia specie. Falsum ergo est, quod aptitudinem habeat ad hoc quod praedicetur de pluribus specie differentibus.

Dicit autem iterum AVICENNA quod quidam diffinitionem inductam sic intelligunt, quod sit sensus, quod differentia praedicatur de pluribus, quae quidem plura differunt specie, quia ex differentia constitutiva non habent, quod differant numero, sed specie tantum. Et tunc sensus est quod differentia praedicatur de hoc quod in pluralitate est, quorum quodlibet differt specie ab altero, et non quod differentia praedicetur de pluribus speciebus semper. Et DAT exemplum, sicut quando dicitur, quod omnis homo percutit gladio; non enim sensus est, quod quilibet homo singulariter gladio aliquo percutiat, sed quicumque percutit, non nisi gladio percutit. Ita dicunt quod omnis differentia praedicatur de pluribus differentibus specie: non quod omne, de quo praedicatur differentia, sit plura secundum speciem, sed quod omne, de quo praedicatur differentia, differt aliqua specie a suis oppositis vel disparatis.

Hanc autem expositionem AVICENNA dicit extortam et non contineri intellectu huius orationis, qua dicitur quod 'differentia praedicatur de pluribus differentibus specie'. Diffinitio autem, cum 'detur causa innotescendi', ut dicit ARISTOTELES, plane debet notificare diffinitum. Adhuc autem cum de genere DICTUM EST quod

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 9 *Ca* f.20vb

5 ridenda] irridenda *Pi lp* videnda *pav* 9 pluribus] et *add. P2* 10 enim] etiam *F1V1* 11 differentia *iterav. P2* 12 per] ipsum *add. F1V1* 15 quod[1]] et *add. P1P2Pi* 17 differentia *om. Pi pavlp* | generalissimi] generalissimae *Pi pavlp om. F1* 19 et *om. CaP1P2* 22 nisi *om. V1* 28–29 cum – constituere] specierum cum genere constitutivae *pavlp* 28 cum genere *om. F1* 30 sunt *om. CaP1P2F1ShPi* | sufficientes] simplices *V1* 31 constituunt] restituunt *CaP1P2* 32–33 diffinitioni] differentiae *pavlp* 36 ridenda] evidenda *pa* deridenda *vlp* 37 rationale] et *add. V1* 39 unicum] unum *Pi pavlp* 40 nomen *om. CaP1P2* 44 vitiosam] morosam *Ca* 45 hoc] quod *F1ShV1* | quod[2] *om. P1P2Pi pavlp* 46 sibi] generi *V1* 48 habeat ut] habet quod *V1Pi pavlp* 49 universale] unum *add. P1P2Pi pavlp* 50 quo] hac *F1V1* hoc *Sh* quae *pa om. CaP1P2* 51 dicunt] ergo *add. F1* 52 pluribus] speciebus differentia *add. F1* 53 in una] unica *V1* 54 est *om. Ca* 55 una *om. P1P2Pi pavlp* 60 quidam] dictam *add. Pi pavlp* 62 praedicatur] praedicetur *Pi pavlp* 66 pluralitate] pluritate *P2* 67 praedicetur] sed dicetur *pa* dicatur *vlp* 68 Et dat] dant *Pi pavlp* 68–69 dicitur *om. V1* 70 aliquo *om. V1* 71 non nisi *om. V1* 74 differentia] differt aliqua *add. Ca exp. Ca*[1] 75 differt] differat *V1* 78 contineri] in *add. F1 pavlp* 80 autem] enim *Pi pavlp* 81 plane] plura *Pi* plene *pavlp*

45 Cf. supra p. 10 v. 9–10. – 54 Non invenitur. – 60 Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.8vb). – 68 Cf. Avicenna, ibid. – 77 Cf. Avicenna, ibid. – 81 Arist., Top. l. 6 c. 1 (139 b 15–16); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 115 v. 9–10. – 82 Porph., Isag. c. De genere (Arist. Lat. I,6–7 p. 7 v. 1–2); supra p. 45 v. 56sqq.

'praedicatur de pluribus differentibus specie', sic intellectum fuit quod praedicatur de pluribus speciebus. Cum ergo dicat ARISTOTELES quod 'differentia, cum sit generalis, cum genere collocanda est', videtur quod eundem modum praedicandi cum genere retineat. Et sic praedicari de pluribus differentibus specie, idem est quod praedicari de pluribus speciebus. Et sic | redit idem inconveniens quod SUPRA inductum est.

Omnibus autem his erroribus abiectis, dicendum cum AVICENNA quod differentia tria habet in se, scilicet quod est simpliciter divisiva, et per hoc est differentia; et quod est simpliciter constitutiva, et hoc habet ab eo quod est divisiva; habet et tertio quod est ad speciem certam determinativa, et hoc non habet ex hoc quod est divisiva, nec ex hoc quod est differentia, nec ex hoc quod est constitutiva, sed ex hoc quod est certa rei specialis natura et forma propria et essentialis. Quod autem ex hoc quod est divisiva, habeat quod sit differentia, probatur ex hoc quod divisio separatio est; separatio autem causa est differentiae separatorum. Et quod ex hoc quod est divisiva, sit constitutiva, ex hoc probatur, quod divisio per hoc quod separat, separata contrahit et coarctat ab ambitu generis divisi. Et hoc est constituere sub genere et generis communitate. Quod autem certificat et appropriat, ex nullo habere potest. Et ideo est quod 'generalissimum non habet differentias nisi divisivas', et specialissimum non habet nisi 'constitutivas'. Et quod proprium efficitur, habet a propria natura, per quam ex consequenti differt ab aliis per hoc quod illa natura in aliis non invenitur et illa propria natura in se continet quasi virtutem termini diffinitivi, quia sic est in talibus, quod semper prior differentia est in sequenti, sicut corporeum in animato et animatum in sensibili et sensibile in rationali, sicut trigonum in tetragono. Et ideo id quod proprium est unius naturae, non vero nomine est differentia, nec est simplicis virtutis, quia quamvis sit simplex essentia et simplex actus, tamen non est unius simplicis virtutis, sed virtutes omnium aliorum sunt in eo, ex quibus fluit secundum ordinem sicut ex causis primariis.

Quod ergo DICITUR, quod 'differentia praedicatur de pluribus differentibus speciebus', intelligendum est de his quae verae sunt differentiae simplicis virtutis, quae simpliciter dividunt et dividendo sub genere constituunt, et de his est verum. Quae autem certificant et determinant, non verae differentiae sunt, sed naturae, quibus aliquid alteri comparatum potest differre. Nec sunt virtutis simplicis differentiae, sed sunt virtutis multiplicis, ut terminus diffinitivus. Et haec est sententia tam Avicennae quam Alfarabii, et est sententia Averrois.

Et hoc est quod dicit ARISTOTELES: 'Differentia cum sit generalis, cum genere ordinanda est'. Generalis enim non est, quae ad certam naturam determinat. – Quod autem QUAERITUR, quo differt differentia a differentia, dicendum quod seipsa, et ideo non ibitur in infinitum. Prima enim omnia differunt seipsis. Et per hoc patet solutio omnium inductorum. – Nec potest dici generalis, ut quidam dicunt, quia sit pars essentialis speciei sicut genus. Ex hoc enim cum genere in modo praedicandi in problematibus ordinanda non esset, sed potius in modo diffiniendi cum genere esset ordinanda.

Ex hoc iterum patet illud quod in POSTERIORIBUS dicit ARISTOTELES, quod scilicet partes in diffinitione sunt in plus, totum autem in aeque. IBI enim docet venari diffinitionem per divisionem. Verae autem differentiae sunt, quae sunt divisivae, ut DICTUM EST. Differentia enim divisiva, eo quod generis est divisiva, pars est esse rei in potentia et non in actu. Esse enim in potentia pars est esse, et non totum; et ideo quaelibet talis est in plus. Totum autem dupliciter est, scilicet explicite totum esse et in potentia et in actu colligens, et sic diffinitio dicit totum esse. Dicitur etiam totum, quod in se virtute habet esse totum, quia praecedentia omnia sunt virtute in ipso, sicut in causis formalibus ultimum continet omnia quae praecedunt, ex quibus fluit, sicut vita habet esse, et sentire in se habet vivere et esse, et rationale habet in se

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 7 *Ca* f.21ra

1–2 intellectum] intellectus *P1* intelligendum *V1* 5 praedicandi *om. F1* | retineat] obtineat *F1V1* contineat *Pi* 7 Et *om. pavlp* 8 inductum] dictum *F1* dictum est vel *praem. P1P2Pi pavlp* 11 simpliciter] simplex *pavlp* 15 nec[1] – differentia *om. Pi pavlp* 16 sed] hoc habet *add. Pi pavlp* 19 hoc] eo *Pi pavlp* 21 est *om. lp* 22 per] ex *pav* est ex *lp* 23 divisi] potestatem *add. F1* 24 sub] in *V1* 25 appropriat] ad propriat *P2 praem. CaP1* appropriatur *Pi* 29 aliis] et *add. pavlp* 30 et] in *add. F1V1* | propria natura] natura *pavlp om. Pi* 31 est *om. CaP1P2F1ShPi* 32 sequenti] consequenti *Pi pavlp* 35 id *om. Pi pavlp* | naturae *om. P2* 37 essentia – simplex *hom. lp* 38 virtutes] virtus *pavlp* 39 aliorum] illorum *Sh* | sunt – eo] sunt *pa* est *vlp* 46 naturae] verae *pavlp* 48–49 multiplicis] simplicis *pavlp* 49 haec *om. pavlp* 50 est] ex *P2* 52 ordinanda] collocanda *F1* 54 quo] quomodo *V1Pi pavlp* 55 ideo *om. V1 pavlp* 56 Prima] principia *pavlp* 57 dici] quod *add. Pi pavlp* 58 essentialis] vel *add. pavlp* 59 cum genere] genere *pav om. F1* | in[1] – praedicandi *om. V1* | in[2] *om. pav* 61 diffiniendi] differendi *lp* 62 iterum] autem *pavlp* 64 venari] inchoare *F1ShV1* 68 potentia[1]] potest *Ca* | pars est] per se *P2* 70 dupliciter] duplex *pavlp* 71 et[1] *om. V1* 73 sunt] sive *CaP1P2* 76 habet[1]] esse et *add. pav* | rationale] esse *praem. lp*

3 Arist., Top. l.1 c.3 (101 b 18–19); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.8 v.11–12. – 8 Supra p.98 v.45sqq. – 10 Avic., Logica pars 1 c.10 (Venetiis 1508 f.8vb). – 25–27 Avic., Logica pars 1 c.10 (Venetiis 1508 f.8vb). – 41 Supra p.98 v.77–80 cum nota p.98 v.77. – 42–45 De differentia divisiva cf. supra p.99 v.10–11. – 45–46 De differentia determinativa cf. supra p.99 v.13–14. – 51 Arist., Top. l.1 c.3 (101 b 18–19); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.8 v.11–12; supra p.99 v.3–4 cum nota. – 54 Supra p.97 v.62–66. – 62–63 Arist., Anal. post. l.2 c.13 (96 a 33–34); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.92 v.10–12. Cf. Alb., Anal. post. tr.4 c.1 (Ed. Paris. t.2 p.208b); Alb., Metaph. Ed. Colon. t.16 p.370 v.50sqq.; Alb., De anima. Ed. Colon. t.7,1 p.6 v.46–48. – 64 Arist., Anal. post. l.2 c.13 (96 a 20sqq.); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p.91 v.20sqq. Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t.7,1 p.6 v.46–48; supra p.12 v.21–22 cum nota. – 66 Supra p.99 v.10–24.

et esse et vivere et sentire, sicut nuper ANTE dictum est. Et ideo hoc etiam totum est, quod est in aeque cum eo quod constituit; quamvis enim sit actus purus et simplex secundum essentiam, tamen omnia praecedentia virtute et causalitate sunt in potentia et in eo influunt super causatum, sicut causae primariae influunt in causa secundaria, sicut dicitur in prima propositione LIBRI CAUSARUM.

Ex omnibus quae dicta sunt, patet quod differentia duos habet respectus immediatos: unum scilicet ad genus quod dividit, et secundum hunc cum disiunctione | praedicatur de genere, sic quod animal est aut rationale aut irrationale; dividentis enim est praedicari sub disiunctione de eo quod dividit. Alterum habet ad speciem quam constituit, et de illa praedicatur absolute, sic: 'homo est rationale'. Et hi sunt respectus eius immediati. Tertium habet respectum mediatum ad particulare, ad quod non respicit nisi per speciem, quam ipsum particulare participat, sicut cum dicimus: 'hic homo est rationale'. Et ideo non habet particulare proprium quod sibi respondeat immediate, sicut habet genus et species. Et hoc est ideo, quia a forma sumitur, quae secundum se est speciei et communis et per speciem est particularis speciem participantis.

Cap. 7. De descriptione differentiae secundum respectum, quem habet ad genus, dividendo ipsum

Propter multas comparationes differentiae, quae habet comparari tum ad genus, tum ad speciem, multas habet a philosophis descriptiones, et quamvis diffinitionem propriam non habeat, eo quod omnis diffinitio est ex genere et differentia, et si differentia diffinitionem haberet, oporteret quod illa constaret ex genere et differentia, et sic differentiae esset differentia et abibit hoc in infinitum. Adhuc autem cum nihil diffiniri possit proprie nisi species, si differentia diffinitionem in vera ratione diffinitionis haberet, oporteret quod differentia esset species, quod esse non potest. Potest tamen habere descriptiones ex fine vel ex posteriori vel ex effectu vel ex comparatione ad ea ad quae comparatur. Quamvis ergo descripta sit iam ex comparatione ad speciem quam constituit, cum DICEBATUR quod 'differentia est qua abundat species a genere'; et quamvis descripta ex eo quod universalis habet rationem, cum DICEBATUR quod 'differentia est id quod praedicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quale est', tamen adhuc Peripatetici describunt huiusmodi differentiam per respectum, quem habet ad genus, hoc modo: *differentia est quod aptum natum est dividere ea quae sunt sub eodem genere*. Illa enim, ut DICTUM EST, est quae 'praedicatur de pluribus differentibus specie'. Proprius enim effectus differentiae divisio generis, quia ab hac divisione differentiae nomen accepit.

Hanc autem differentiae descriptionem Peripatetici introductionis modo per exempla manifestant, quia *rationale et irrationale*, quae oppositae differentiae sunt, *hominem et equum* a se invicem *dividunt, quae sub eodem sunt genere quod est animal*. Quamvis enim una sola forma sive differentia, quae a forma sumitur, praesentia et absentia sua possit facere divisionem – sicut et in physicis una sola forma praesentia et absentia facit mutationem ab esse ad non esse vel a non esse ad esse, sicut et animal est aut rationale aut non rationale –, et sic quando fit per contradictionem divisio, sufficiat una differentia per affirmationem et negationem accepta: tamen quia disparata sunt quae sunt sub eodem genere, ut unumquodque dividentium in sua differentia et forma accipiatur, oportet quod fiat divisio per differentias oppositas sic: Animalium aliud rationale, aliud irrationale. His enim differentiis a se invicem differunt, quae sunt sub eodem genere. Quamvis enim, sicut dicunt AVICENNA et ALFARABIUS, 'irrationale' et

Arist. Lat. 18,16–19 (Busse 11,18–20) Describunt autem huiusmodi differentiam et hoc modo: "differentia est quod aptum natum est dividere quae sub eodem sunt genere"; rationale enim et inrationale hominem et equum, quae sub eodem sunt genere quod est animal, dividunt.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 10 *Ca* f.21rb

1 sicut] ut *Pi pavlp om. CaP1P2* 5 influunt] fluunt *F1* 6 influunt] fluunt *F1V1* | causa – secundaria] causas secundarias *vlp* 7 dicitur] docetur *F1ShV1 om. pavlp* 10 hunc – disiunctione] hoc cum divisione *pavlp* 12–13 disiunctione] divisione *pavlp* 13 habet] autem *Pi pavlp* 14 sic] et *praem. F1 om. Sh* 15–16 eius – mediatum] mediati eius *Pi pavlp* 18–19 rationale] rationalis *pavlp* 25–26 secundum – ipsum] prout respicit genus *p* 25 secundum – quem] quam *CaP1* 27 quae] qua *CaP1Sh* quam *P2* quibus *Pi pavlp* 29 et *om. lp* 30 habeat] habet *Pi pavlp* 31 et[2]] ideo *add. Pi pavlp* 33 et[1]] si differentia diffinitionem *add. P1P2* | sic differentiae] si differentiae diffinitio *Pi* | esset differentia] diffinitio esset ex differentia *pavlp* | abibit] abiret *F1ShV1 pavlp* 35–36 in – ratione] vel rationem *V1* 39 comparatione] compositione *V1* operatione *Pi* 40 iam *om. F1V1Pi pavlp* 42–44 qua – est *hom. Pi lp* 47 quod] quae *P1P2Pi pavlp* 48 aptum natum] apta nata *Pi pavlp* | sunt *om. Ca* 49 quae] causa est ut *F1* 50 Proprius enim] et proprius est *F1* | differentiae] est *add. V1Pi pav* 50–51 divisio – differentiae *hom. lp* 51 accepit] accipit *pavlp* 55 a] ad *V1Pi* | quae] quia *pa* qui *vlp* 56 enim *om. Pi pavlp* 58 sua] sui *ShV1* 58–59 sua – absentia *hom. P1P2Pi pavlp* 61 non rationale] irrationale *Pi pavlp* 62 sufficiat] fiat *P1Pi corr. P1*[1] fit *pavlp* 63 et] alia per *add. F1 pavlp* 64 quae sunt *om. F1V1* | ut] et *pavlp* 65 accipiatur] accipitur *pavlp* 67 enim] autem *F1V1* 69 dicunt Avicenna] Avicenna dicit *Pi pav inv. CaP1ShV1* | irrationale] rationale et *praem. F1V1*

1 Supra p. 99 v. 27–40. – 7 Liber de causis c. 1 §§ 1–18 (ed. Pattin pp.46–50). – 30–31 Cf. Porph., Isag. c. De differentia (Arist. Lat. I,6–7 p. 15 v. 13–14); supra p. 78 v. 59–60, p. 80 v. 48–50, p. 82 v. 6–7, p. 18 v. 62–63 cum nota. – 41 Porph., Isag. c. De differentia (Arist. Lat. I,6–7 p. 17 v. 16); supra p. 88 v. 76sqq. – 43 Porph., ibid. (Arist. Lat. I,6–7 p. 18 v. 3–5); supra p. 94 v. 72sqq. – 49 Supra p. 99 v. 41–45. – 69 Avicenna et Alfarabius: Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.8vb-9ra).

alia similia privative vel negative accepta non dicant vero nomine differentias, eo quod differentia non nisi positive potest significari, tamen quia propria nomina differentiarum non habemus, unam notam nobis differentiam ponimus et aliam per privationem eiusdem significamus, quae est speciei subalternae quae ponitur sub genere.

Sed valde notandum, quod et ANTE diximus, quod quando dividitur genus, non dividitur nisi secundum potestatem et non secundum essentiam. Essentia enim generis cum simplex sit, tota simul est et potest esse in omnibus dividentibus ipsum. Unde tota est in homine, et tota extra hominem in equo. Et hoc est ideo, quia neque hoc aliquid est neque hic neque nunc, sed ipsa est quodlibet et ubique et semper, sicut iam dudum de universali DIXIMUS. Non enim est hoc aliquid per materiam, neque hic per loci circumscriptionem, neque nunc est per temporis vel temporalis differentiae determinationem. Et ideo tota est in quolibet et tota est extra quodlibet | secundum se accepta; quod proprium est naturae simplicis. Et quamvis tota sit comprehensa a rationali, quando 'rationale' coniungitur ad constitutionem speciei, et simul cum hoc tota comprehensa ab irrationali, quando 'irrationale' coniungitur eidem ad alterius speciei constitutionem, cum partem et partem in essentia non habeat, tamen secundum quod comprehensa est a rationali, non est comprehensa ab irrationali. Et ideo non sequitur, quod eadem animalitas sit secundum esse in rationali et in irrationali. Sic enim rationale transmutaretur in irrationale, quod negat ARISTOTELES fieri posse in libro TOPICORUM. Hoc autem ideo est, quia animalitas una incohatio est et rationalis et irrationalis, et unum et idem incohationis principium in essentia. Quod tamen, ut comprehensum est ab uno, tractum est ad esse principiati, et ideo secundum hoc non potest esse comprehensum ab alio, propter quod secundum partem suae potestatis est in uno et secundum aliam partem suae potestatis est in alio.

Et si quis obiciat quod potestas sive virtus radicatur in essentia, et ideo videtur sequi quod in quo genus est per totam suam essentiam, in eodem etiam sit per totam suam virtutem et potestatem, dicimus quod hoc non sequitur. Essentia enim generis simplex est natura; potestas autem non radicatur in eo prout unicum est et indivisibilis essentia, sed potius in ambitu suae communitatis, et ideo nihil prohibet quod, diviso ambitu communitatis, essentia simplex maneat indivisa.

Attendendum etiam est quod, quamvis differentiae in genere sint potestate, tamen secundum quod dividunt genus, oportet quod actu sint acceptae per intellectum dividentem. Non enim intellectus divideret, nisi actu acciperet id quo dividit. Quo autem dividit, est differentia, et sic oportet differentiam actu esse, et genus secundum ambitum suae communitatis esse in potentia divisibile. Secundum autem quod genus est principium incohationis differentiarum, sunt in genere differentiae potestate; sed ex illa potestate ad actuale esse per intellectum educuntur, quando per ipsas dividitur generis potestas.

Sic ergo intelligitur quod Peripatetici dicunt, quod *differentia est quod aptum natum est dividere ea quae sunt sub eodem genere*. Diximus enim in ANTEHABITIS quod differentia per hoc quod dividit, contrahit genus, et id quod per divisionem acceptum est, ponit sub genere, et sic constituit speciem, secundum quod species est id quod 'sub assignato ponitur genere'. Et ideo et ea quae sunt sub genere per differentiarum divisionem dividuntur, et ipsum genus dividitur alio et alio modo. Genus enim dividitur, quia potestas partitur. Ea autem quae sub genere sunt, dividuntur, quia per differentiarum divisionem, quam faciunt, ab invicem separantur. Sed genus dividitur quantitate communitatis suae; ea autem quae sub genere sunt, dividuntur separatione suae oppositionis ab invicem.

Hoc est ergo quod dicunt philosophi, quando hoc modo describunt differentiam, quod *differentia est quod aptum natum* est per suam oppositionem *dividere* sive seiungere ea *quae sub eodem sunt genere*. Et hoc manifestum faciunt tali exemplo, quod *rationale et irrationale hominem et equum, quae sub eodem sunt genere quod est animal, dividunt* sive seiungunt; utentes privatione rationis, quae per irrationale significatur, loco

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 19 *Ca* f.21va

1 vel] et *F1V1* 4 nobis *om. P1P2Pi pavlp* 7 notandum] est *add. F1ShV1Pi pavlp* | et] etiam *P1P2Pi pavlp* | quod[2]] quia *Pi pavlp om. V1* 8 dividitur[1]] dividimus *F1V1* | dividitur[2]] dividimus *F1* 10 est et] et *pa om. vlp* 12 et – hominem *om. V1* | tota] est *add. Pi pavlp* | hoc – ideo] haec (hoc *pa*) est in equo *pavlp* 15 hoc] hic *CaP1P2* 16 circumscriptionem] descriptionem *F1V1* 17–18 determinationem] descriptionem *Pi* 18 tota[1]] totum *V1* | tota est] tunc *CaP1P2* 19 accepta] acceptum *CaP1P2ShPi pavlp* 21 rationale] rationali *F1* | coniungitur ad *om. P1P2* 21–22 constitutionem] coniunctionem *pavlp* 23–27 quando – irrationali *hom. V1* 23 coniungitur] iungitur *F1* adiungitur *Pi* 26 est[1] *om. pavlp* | est – comprehensa *hom. P1P2* 27–28 Et – irrationali *hom. Pi* 27 eadem – sit] animalitas cum rationali comprehensa eadem est animalitas *pavlp* 28 in[2] *om. pavlp* 30 topicorum] Ethicorum *Pi pavlp* 33 ut] secundum quod *F1ShV1 om. P2* | ab] in *F1V1* 34 tractum] contractum *F1* tractatum *pa* 35–37 propter – potestatis] quod secundum partem suae potestatis *Pi pavlp* 36–37 est – potestatis *hom. P2* 37 suae potestatis *om. V1* 38 quod – sive] sic *F1* sua *V1* 39 per] secundum *Pi pavlp* 43 eo] ea *Pi pavlp* 43–44 prout – essentia] per unicam et indivisibilem essentiam *F1* 43 unicum] unica *V1Pi pavlp* 44 ambitu] in eo prout unica *add. V1* 45–46 et – communitatis *hom. P1P2 corr. P1*[1] 50 Non enim] non *CaP1P2Sh* nec *F1* cum non *Pi pavlp* | divideret] dividat *CaP1P2Pi pavlp* 56–57 educuntur] adducuntur *Pi pavlp* 60–61 per – quod] hoc *P2* 61 quod[1] *om. CaP1* 61–63 per – quod *hom. P2* 72 est] autem *pa* | ergo] genus *Pi* | quando] qui *vlp om. pa* 76 quae] qui *lp* | sunt *om. CaP1P2Sh* 78 significatur] designatur *V1* signatur *lp*

7 Cf. supra p. 44 v. 9–12, p. 45 v. 56sqq. – 15 Supra p. 31 v. 22–30, p. 32 v. 65–73. – 29–30 Arist., Top. l. 5 c. 1 (129 a 10–16); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 87 v. 20–25. – 60 Cf. supra p. 99 v. 17–24. – 63–64 Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 8 v. 19–20); supra p. 55 v. 21sqq.

communis differentiae, quam nos brutalitatem nominare consuevimus. Et hoc patet, quia, si non esset aliquod animal nisi homo et equus, et hinnibile esset differentia equi constitutiva, divideremus sic: 'animalium aliud rationale, aliud hinnibile', et privatione differentiam non significaremus.

Cap. 8. De descriptione differentiae secundum respectum, quem habet ad ea, inter quae ponit differentiam

Adhuc autem eandem differentiam antiqui Peripatetici describunt et assignant per respectum, per quem unum differentium refertur ad alterum secundum differentiam, qua differunt ab invicem, diffinientes eam sic: *Differentia est qua differunt a se singula*. Ea enim quae differunt, differentiis suis a se invicem differunt. Suas autem et proprias habent singula differentias, quibus differunt ab omnibus aliis, in quibus sunt oppositae suis differentiis. Probant autem hanc assignationem hoc modo: Quia ea quae oppositis differentiis differunt, quae ab uno et eodem oriuntur genere, *non differunt secundum* genus, sed potius in genere conveniunt, cum aequaliter actu et intellectu genus participant, quia genere | non differunt, nisi quae in diversis generibus vel generalissimis vel proximis sunt. Et secundum hoc quod genere differunt, sic genus est quod facit differentiam inter ea; et haec sunt, quorum una natura non est in communi primo quod est primum subiectum formabile et determinabile ad esse per proprias differentias et communes. Sed ea quae per unam et eandem divisionem divisivarum differentiarum ab uno et eodem genere exeunt, illa non differunt secundum genus. Et hoc per exempla manifestatur. *Sumus enim animalia et nos* homines *et etiam irrationalia* sunt animalia; et sic genere non differimus ab eis. Sed *appositum* nobis hominibus '*rationale*' pro differentia *disiunxit nos ab illis*, ita quod essentialem habemus ad ea differentiam, quamvis in genere conveniamus cum illis. Ab altera parte secundum quod convenimus cum diis in hoc genere quod est rationale animal, eo quod nos et dii sumus rationalia animalia, *appositum* nobis '*mortale*' pro differentia essentialiter separat *nos ab ipsis*, quia ipsi secundum STOICOS sunt immortalia animalia, nos autem mortalia.

Cum autem sic dicunt antiqui quod *differentia est qua differunt a se singula*, diffiniunt vel describunt differentiam per proprium effectum ipsius; et est aliqua nominis manifestatio, quamvis non sit vera diffinitio. Nec etiam antiqui has assignationes pro veris induxerunt diffinitionibus.

Secundum vero ANTECEDENTIA, quae dicta sunt de figura arboris descendentis a generalissimo usque ad specialissima, duo genera sunt animal rationale et animal mortale, quorum unum est sub alio. Talia autem unam aeque immediatam speciem non deberent habere, sed potius unum deberet esse species alterius et id quod inferius est, sub se speciem specialissimam continere. Contrarium autem fieri videtur, quando dicitur quod homo est animal rationale mortale. Et dicendum ad hoc quod revera secundum opinionem antiquorum STOICORUM sic est, ut procedit obiectio. Et cum dicitur quod homo est animal rationale, ponitur hoc totum complexum pro circumlocutione proximi generis, et 'mortale' additum est differentia ultima determinans ad speciem specialissimam. Et hoc non est inconveniens, quinimmo necessarium, quod differentia superioris generis cum differentia inferioris et proximi generis in eadem specie coniungantur in diffinitione speciei. Sed differentiae diversorum generum non sub-

Arist. Lat. 18,19–19,4 (Busse 11,21–12,1) Adsignant autem etiam hoc modo: "differentia est qua differunt a se singula"; nam secundum genus non differunt; sumus enim mortalia animalia et nos et inrationabilia, sed additum rationabile separavit nos ab illis; rationabiles sumus et nos et dii, sed mortale adpositum disiunxit nos ab illis.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 22 *Ca* f.21vb

1 communis *om. F1* | quam – brutalitatem] secundum quam nos bruta *F1* 6 significaremus] satisfaceremus *pa* faceremus *vlp* 7–9 De – differentiam] Descriptio differentiae prout ponit differentiam *lp* 17 sunt] differentiae *praem. V1Pi* 17–18 oppositae – differentiis] differentiae *pavlp* 18–19 hoc modo] per hoc quod manifestum est *F1* 19 Quia] quae *V1* | quae[2]] et *F1 praem. Pi pavlp* 20–23 secundum – differunt *iterav. V1* 22 participant] participent *ShV1Pi pavlp* 24 sunt *om. CaP1P2F1Sh* 27 primo] proximo *Pi pavlp* 28 per] secundum *F1* | et *om. Pi pavlp* 29 Sed] secundum *P1P2 pavlp* 29–30 divisivarum] diversarum *F1V1Pi pavlp* 30 exeunt] ex tunc *CaP1P2* 31 non] vero *pavlp* 35 disiunxit] disiungit *P1P2F1V1Pi pavlp* | ita quod] et ita *Pi pavlp* 37 altera] alia autem *pavlp* 40 pro differentia *om. Pi pavlp* 44 a – singula *om. CaP1P2ShPi pavlp* 45 per] et *Pi pavlp* | effectum] effectu *l* 47–48 diffinitionibus] assignationibus *F1Sh corr. Sh*[1] distinctionibus *pa* 49 Secundum] si *P1P2V1Pi pavlp* | vero] obiciatur quod secundum *add. V1Pi pavlp* 50 descendentis] describentis *pavlp* 51 genera *om. pavlp* 52 mortale *om. V1* 53 deberent] dicunt *pav* dicuntur *lp* 54 deberet] debet *V1 pavlp* 55 est] habere *add. vlp* 56 continere *om. P2 pavlp* | fieri] similiter *pavlp* 57 Et] est *V1 add. F1* 58 revera] in rei natura *pavlp* 59 procedit] probat *F1* 62 additum] addens *CaP1P2* | ultima] ulterius *pavlp* 63 non] est in *Ca om. P1P2* 66 coniungantur] coniungatur *F1 pavlp* 67 generum] et *add. F1ShV1*

69 separavit] disiunxit *KbC*[v]

2–6 Cf. Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.9ra). – 41 Cf. Supra p. 11 v. 60–p. 12 v. 1 cum nota p. 12 v. 1. – 49 Supra p. 61 v. 3sqq., p. 65 v. 33sqq., p. 66 v. 40–44. – 59 Cf. supra p. 62 v. 29–37 cum nota p. 62 v. 32.

alternatim positorum sunt oppositae, et illae non conveniunt in eandem eiusdem speciei diffinitionem.

Attendendum etiam, cum dicitur *qua differunt a se singula*, quod singula quidem ab aliis differunt suis propriis, quae illis et non aliis conveniunt. Sed tamen, sicut in ANTEHABITIS dictum est, propria – cum sint accidentalia et non dividant substantiam – non primam faciunt alietatem, sed per alteritatem ostendunt alietatem quasi iam ante propriam factam per propriam differentiam substantialem, quae propria est speciei, quia sic convenit uni quod non alii. Et ideo differentia essentialis est, qua primo et per se 'differunt singula', aut per formam, aut per materiam, aut per proprium esse formae in hac materia vel illa.

Si autem quaeritur, cum dicitur quod 'differentia est qua differunt a se singula', utrum differant per unam aut per plures differentias, dicendum quod per unam differunt ab omnibus differentiam illam secum non communicantibus, sicut per 'rationale' differt homo ab omnibus rationem secum non communicantibus, et per 'mortale' differt ab omnibus mortale secum non communicantibus; sed ab his quae secum communicant in una, differt in alia.

Si autem quis obiciat dicens, quod singula numero sunt infinita, ad minus quoad nos, et sic videntur singula differre ab infinitis, dicendum quod hoc nihil est inconveniens.

Si autem ulterius arguat quod qui novit diffinite unum contrariorum, diffinite novit et alterum; novit autem homo suam, qua a singulis differt, differentiam; ergo videtur quod diffinite novit infinitas singulorum differentias, quibus ab ipso differunt, et sic uno noto novit quasi omnia: Dicendum, quod non sequitur quod noscat omnia illa, nisi in quantum cum ipso non conveniunt. Et hoc est nosse in universali et in potentia, et non proprie et secundum naturam uniuscuiusque. Et hoc non est inconveniens quod, uno noto, aliquo modo universali et potentiali noscantur multa vel infinita.

De exemplo autem, quod antiqui INDUXERUNT de 'mortali', quod sit differentia, cum differentia sit pars esse rei, et 'mortale' casum ab esse dicere videatur, dicendum quod si | 'mortale' dicat viventis passionem, pro certo tunc dicit casum ab esse, et non est differentia constitutiva alicuius viventis. Si autem dicit compositi viventis formam, quae est notio tali vita viventis, pro certo est differentia constitutiva; et hoc modo est essentia incorruptibilis, sicut et aliae differentiae.

Quod autem DICUNT 'rationale' esse formam, in qua communicant homines et dii, pro certo secundum opinionem quorundam STOICORUM dictum est, qui dicebant univoce et nos et deos esse rationalia animalia. Sed animal non dicebant per denominationem ab anima, sed per hoc quod est forma animati corporis et moti motu voluntario, cui postea ex inferiori genere – quod est compositum ex corpore commixto ex contrariis et anima – advenit sensus. Et ideo non sequitur, si deus est animal, quod deus sit substantia animata sensibilis, eo modo quo deos animalia Stoici esse dicebant. Hoc autem Stoici dicebant, sicut SUPERIUS iam expositum est et in libro DE NATURA DEORUM invenitur.

Assignant ergo Peripatetici differentiam etiam hoc modo DICENTES quod *differentia est qua differunt a se singula*; *nam secundum genus non differunt*, quae ab eodem genere per eandem accipiuntur divisionem. Cuius exemplum est quod *sumus et nos* homines *animalia, et irrationalia* per eandem rationem sunt animalia sicut et nos; *sed additum* generi, quod est animal, *rationale* pro differentia hominis constitutiva et dei, *disiunxit nos* et deos *ab illis* quae sunt irrationalia. Adhuc *nos et dii rationales sumus*, in genere quod est animal rationale non differentes, *sed mortale* pro differentia constitutiva *appositum* ad animal rationale, quod est genus, separat nos homines a diis immortalibus.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 42 *Ca* f.22ra

2 eandem – diffinitionem] eadem speciei diffinitione *Pi pavlp* 3 etiam] est *F1 pavlp praem. V1 add. Sh* | a se *om. CaP1P2Pi pavlp* 5 sicut *om. CaP1P2Pi pavlp* 6 est] quod *add. vlp* | accidentalia] accidentia *P1 pavlp corr. P1*[1] 7 primam] propriam *Pi pavlp* 7–8 alietatem] alienitatem *P1*[1] 8 alteritatem] alterationem *F1* | alietatem] alienitatem *P1*[1] 9 iam *om. Pi pav* | ante] non *P1P2Pi pav* | propriam[1]] propria *F1ShV1 lp* | propriam[2]] primam *Pi* 12 differunt] a se *add. F1V1* 15 quaeritur *om. CaP1P2* 16 differant] differunt *CaP1P2* 20–22 et – communicantibus *hom. P1F1Pi pavlp corr. P1*[1] 21 mortale[2]] in mortali *V1* 23 differt] differunt *vlp* | in] ab *Ca corr. Ca*[1] 24 autem] iam *CaP1P2* | quis] aliquis *P2* | singula] singularia *Pi pavlp* 25–26 singula *om. CaP1P2Pi pavlp* 26 hoc *om. lp* 28 autem *om. Pi pavlp* | arguat] arguet *CaP1P2 pavlp* arguit *Pi* quis *praem. V1* | diffinite] diffinire *P1P2Pi* 29 diffinite] diffinitive *P2* diffinire *Pi* 30 differentiam] differentiarum *lp* 31 singulorum] singularum *P1P2Pi* singularium *pavlp* 32 uno noto] momento *pavlp* 33 non *om. vlp* 34 nisi *om. Pi pavlp* | cum ipso] secum *V1* | non *om. F1* 35 in[2] *om. F1V1* 36 et *om. pavlp* 37 uno noto] uno *ShV1* momento *pavlp* 38 noscantur] noscant *CaP1P2Pi pa* noscat *vlp* 39 exemplo] eo *F1* 40 sit[1]] habet quod *pa* habent pro *vlp* 41 casum – esse] causam abesse *pavlp* | esse[2]] rei *add. F1* 43 casum – esse] causam abesse *pavlp* 51 Sed] et *Pi pavlp* 52 animal] simul *CaP1P2 om. Pi pav* | anima] sensibili *add. F1* 53 forma *om. P2* 54 voluntario] voluntatis *pavlp* 55 contrariis] differentiis *Sh* advenit *add. pav* 57 sit] est *P2* 58 Hoc] haec *Sh* 58–59 Hoc – dicebant *hom. Pi pavlp* | autem] modo *add. V1* 61 ergo] etiam *P1P2 pavlp* autem *ShV1* et *Pi* 61–62 differentiam – modo] hoc modo videlicet *pavlp* 61 etiam *om. V1* 63 nam] natura *pa* namque *vlp* 65 homines] et *add. CaP1P2* 66 animalia] et irrationalia *add. Ca exp. Ca*[1] 68 disiunxit] disiungit *V1 pavlp* distinguit *Pi* 69 irrationalia] irrationabilia *pavlp*

6 Cf. supra p. 79 v. 10sqq., p. 79 v. 63sqq. – 28–29 Cf. Arist., Metaph. l. 9 c. 2 (1046 b 10–11); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 170 v. 6–7; Arist., De anima l. 3 c. 3 (427 b 5–6); transl. vetus cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 170 v. 83. – 39 Cf. supra p. 102 v. 37–42. – 42–47 De duplici acceptione 'mortalis' cf. supra p. 87 v. 35–44. – 48 Cf. supra p. 102 v. 37–42. – 50 Cf. supra p. 102 v. 57–63. – 59 Supra p. 86 v. 53–62. – 60 Cf. Alb., De nat. et orig. an. Ed. Colon. t. 12 p. 41 v. 42 cum nota. Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 92 v. 15–17 cum nota 17, ubi Albertus duorum operum intitulatorum De natura deorum mentionem facit, cum dicit: 'Ita quod Aristoteles in libro de natura deorum in multis videatur cum eis consentire, sicut narrat Tullius in libro de natura deorum'. – 62 Cf. supra p. 102 v. 68sqq.

Cap. 9. De hoc quod differentia ad esse conducit et quod eius quod est esse rei pars est

Subtiliorem autem adhuc omnibus praeinductis assignationibus inducunt Peripatetici differentiae diffinitionem, quantum ad intrinseca et essentialia sibi *perscrutantes* eam *et speculantes* eam per ea quae non conveniunt nisi differentiae quae DICITUR differentia magis propria, et nullo modo nec per se neque ex consequenti conveniunt differentiae quae dicitur propria, neque etiam ei quae dicitur differentia communis. Propriae enim ex consequenti ad minus convenire potest quod 'ipsa species abundet a genere'. Et etiam hoc quod DICITUR 'praedicari de pluribus differentibus specie in eo quod quale est', potest ex consequenti convenire communi differentiae. Et similiter id quod DICITUR quod 'aptum natum est dividere ea quae sunt sub eodem genere', propriae differentiae potest convenire. Et similiter illud quod 'differentia est qua differunt a se singula'. Propriis enim differunt a se singula. Et ideo nulla talium assignationum per intrinseca differentiae data esse videtur. Sed *interius perscrutantes* eam et subtiliter per essentialia *speculantes*, quae soli magis proprie dictae differentiae conveniunt, *dicunt* quod *non quodlibet eorum quae sunt sub eodem genere* et dividunt ea quae sub illo genere sunt, quocumque modo divisionis, est differentia magis proprie differentia dicta; sed dicunt hoc solum esse differentiam magis proprie differentiam dictam, *quod ad esse conducit et quod eius quod est esse rei pars est.*

Quod autem hoc differentia sit, probant, quia propria sunt de his quae 'sunt sub eodem genere' dividentia ea quae sub genere sunt. Dicimus enim dividentes ea 'quae sub eodem genere sunt', quod animalium aliud *aptum natum est* arte nautica *navigare* et aliud non, cum tamen 'aptum natum arte nautica navigare' sit hominis proprium, et non de esse vel de essentia ipsius. Talibus enim propriis differentiis saepe utimur genus dividentes, cum tamen talia sint propria consequentia esse speciei. Quae autem sunt esse consequentia, non possunt esse completiva esse ipsius, neque perfectiva substantiae, neque pars essentialis esse ipsius substantialis, quamvis compleant in esse quodam quod non est esse simpliciter, sed est aptitudo quaedam esse subtantiale consequens. Et ideo talis differentia propria non est, quales sunt differentiae magis propriae, quae specificae dicuntur differentiae, quia sunt specierum in esse specifico constitutivae. Erunt ergo specificae illae solae, quaecumque essentiali qualitate alteram et aliam faciunt speciem et quaecumque in eo quod quale quid est de specie constituta praedicantur. Differentiae enim, sicut SAEPIUS dictum est, et ad genus et ad speciem comparantur et ad utrumque illorum habent respectum. Ad genus quidem, prout sunt divisivae; ad speciem autem, prout sunt constitutivae. Et ideo sunt sub genere et genus consequentes; | et sunt species sub ipsis, et species antecedentes sunt ipsae differentiae, quia sunt actu et intellectu in speciebus sicut constituentes easdem.

Cum autem consequentes sint esse generum, prout genera sunt, et omne quod sequitur esse alicuius, sit de genere accidentium, ut dicit AVICENNA, videbitur forte alicui, quod sint accidentia generis, sicut propria sunt accidentia speciei, eo quod propria sunt de consequentibus esse specierum. Sed ad hoc dicendum quod non est similis habitudo generis ad differentiam et speciei ad proprium. Species enim se habet ad proprium ut ens perfectum, quod est de ratione proprii, sicut subiectum

Arist. Lat. 19,5–17 (Busse 12,1–11) Interius autem perscrutantes et speculantes differentiam, dicunt non quodlibet eorum quae sub eodem sunt genere dividentium esse differentiam, sed quod ad esse conducit et quod eius quod est esse rei pars est; neque enim quod aptum natum est navigare erit hominis differentia, etsi proprium sit hominis; dicimus enim "animalium haec quidem apta nata sunt ad navigandum, illa vero minime" dividentes ab aliis, sed aptum natum esse ad navigandum non erat completivum substantiae nec eius pars sed aptitudo quaedam eius est (idcirco quoniam non est talis quales sunt quae specificae dicuntur differentiae). Erunt igitur specificae differentiae quaecumque alteram faciunt speciem et quaecumque in eo quod quale est accipiuntur.
Et de differentiis quidem ista sufficiunt.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 54 *Ca* f.22rb

1–2 hoc – est] diffinitione quae soli differentiae magis propriae convenit *lp* 2 conducit] advenit *P1* 4 inducunt *om. pavlp* 6 eam[1]] sunt *pavlp* 10 enim *om. V1* 11 ipsa] ista *F1* per ipsam *lp* 12 abundet] abundat *F1V1* 18–19 Propriis – singula *hom. CaP1P2F1* 19 enim] differentiis *add. Pi pavlp* 21 Sed] et ideo hic *F1* 22 speculantes] antiqui peripatetici *add. F1* | soli] proprie *add. CaP1P2* | proprie] propriae *lp* 23 dicunt] enim *add. CaP1P2Sh* 24 quae] sunt *add. Pi pavlp* | illo] eodem *V1Pi pavlp* 24–25 sunt, quocumque] quo oportet *pav* duo oportet *lp* 26 differentia *om. V1 vlp* | sed] et *Pi pavlp* | hoc] hic *pa* 27 differentiam *om. P1P2Pi pavlp* | quod] quae *pa* 28 conducit *om. CaP1P2Sh* | esse] ratio *pavlp* | rei *iterav. CaP1P2* 29 autem] alia *P2* | hoc] haec *Pi* 31 Dicimus] dicamus *pavlp* 31–32 dividentes – eodem] dividendo ea quae sub *Pi pavlp* 32 quod] quia *P2 om. pavlp* 33–34 et – navigare *hom. P2F1* 33 cum] causa *Ca* 34 natum] esse *pavlp add. Pi* | sit] et sic hoc est *F1* 35 vel de] materiae *CaP1P2* nec *Pi* et *pavlp* 36 propriis *om. Pi pavlp* 41 compleant] compleatur *pavlp* | quodam] quoddam *F1* 45 specierum] species *Pi pa* speciei *vlp* 47 alteram et] alia *lp* 48 quid est *om. pavlp* 49–50 saepius] superius *Pi pavlp* 52 speciem] species *V1* 53–54 consequentes] contrahentes *lp* 55 ipsae differentiae] ista differentia *F1* 56 in] ipsis *add. pavlp* | easdem] in eisdem *pavlp* 57 sint] in *add. pavlp* 58 genera] gratia *Ca corr. Ca*[1] | sequitur] consequitur *ShV1* 61 sunt *om. CaP1P2Sh* 64 ut] ad *P1P2*

7 Circa triplicem differentiae acceptionem cf. supra p. 78 v. 22 – p. 79 v. 48. – 11–12 Cf. supra p. 89 v. 3sqq. – 12 Cf. supra p. 94 v. 35sqq. – 15 Cf. supra p. 100 v. 45sqq. – 18 Cf. supra p. 102 v. 10sqq. – 44–46 Circa differentias specificas cf. supra p. 79 v. 36–48. – 49–50 Cf. supra ex.gr. p. 86 v. 17, p. 100 v. 27sqq. – 59 Cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37,1 p. 314 v. 53–54.

est de ratione passionis, nihil existens de essentia ipsius, sed tantum subsistere faciens proprium in seipso. Genus autem se habet ad differentiam ut potentia et ut ens imperfectum perficiendum per differentiam, sicut materia per formam; et differentia est ut eductum de potestate ipsius, sicut forma educitur de materia. Et quia nihil perficit substantiam ad esse substantiae nisi substantia, ideo – genus autem perficitur ad esse speciei per differentiam, species vero est substantia – oportet quod differentia sic respiciens genus et speciem sit substantia et substantialis forma.

Et quod DICITUR quod est consequens esse generis, dicendum quod esse generis, ut genus est, est esse imperfecti. Et ideo quod sequitur ipsum, sic est, sicut actus consequitur potentiam, propter quod oportet quod sit substantia. Si autem generis esse perfecti esset esse, de necessitate sequeretur quod differentia esset accidens generis; et tunc non posset esse substantia speciei, quia quod est uni accidens, nulli potest esse substantia, ut dicit ARISTOTELES.

Si tamen consideraretur genus non ut genus, sed ut universale praedicatum de pluribus, quod propria habet individua, sicut animal praedicatur de hoc animali et illo – sicut in tractatu GENERIS est determinatum –, dicunt quidam, quod sic consideratur ut ens perfectum in esse proprio. Et si sic comparatur ad ipsum differentia ut consequens ipsum, dicunt quidam quod, sic considerando, differentia est accidens generis. Sed revera non est accidens secundum naturam accidentis, sed in hac consideratione modum habet accidentis et non naturam. Quod patet in praedicatione, qua differentia praedicatur de genere, vel sola, ut cum dicitur 'animal est rationale', vel sub disiunctione ad oppositam differentiam, ut cum dicitur 'animal est rationale vel irrationale'. Utraque enim istarum propositionum est in secundo modo dicendi per se, in quo subiectum est de ratione praedicati. Et in illo modo subiectum quidem est causa esse praedicati, et tamen nihil est de essentia ipsius. Et hoc est ideo, quia, sicut vult ARISTOTELES in VII PRIMAE PHILOSOPHIAE, accidens potius est esse quam essentia. Sic tamen aliter se habet subiectum ad rationem praedicati quam in ea, in qua praedicatur vere accidens. Cum enim dicitur 'animal est rationale', non potest intelligi sic subiectum in ratione praedicati ut penitus absoluta natura a re praedicati, cum potestate progrediente in actum, et in qua iam incohatio est differentiae, praedicatum sit in subiecto. Sed quando proprium praedicatur de specie, species quidem est de ratione proprii, ita quod proprium non est in specie ut in potentia, sed in specie iam completum esse habente, per solam naturae aptitudinem ad quaedam, quae nihil naturae sunt, inest proprium; sicut patet, cum dicitur quod homo est risibilis. In hoc enim quod homo est animae intellectivae, quae nata est suspendi et admirari ea quae apprehensioni eius obiciuntur, efficitur risibilis ad cognita laetificantia et flebilis ad cognita contristantia, cum tamen admiratio talis nihil sit naturalium, hoc est, eorum quae sunt de constituentibus essentiam hominis. Sic autem non se habet genus ad differentiam, quando de ipso praedicatur differentia, et ideo quamvis praedicatio illa reducatur ad secundum modum eius quod est per se, tamen aliquid etiam habet de primo; sed quoad hoc est inordinata praedicatio, quia secundum rem ipsam potius subiectum debet esse praedicatum quam e contra.

Sic igitur differentia ad genus se habet. Ad speciem autem habet se sicut substantia formalis et perfectiva et determinativa potentiae generis, sicut in ANTEHABITIS determinatum est in tractatu DE SPECIE.

Secundum ea vero quae DICTA SUNT, patet quod genus est primum principium et differentiae et speciei, et per consequens etiam proprii et accidentis, quia etiam species quod est subiectum habet a genere, quod primum est subiectum in natura, | a quo habet species

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 74 *Ca* f.22va

1 nihil] vel *pa* non *vlp* 2 proprium *om. pavlp* | seipso] seipsum *F1* 3 ut[1] – et] ut ponitur *pav* et ponitur *lp* 4 per differentiam] a differentia *Pi* 4–9 sicut – differentiam *iterav. V1* 5 differentia – est *om. CaP1P2ShV1Pi pavlp* | ut] ad *add. vlp* 7 substantiae] substantiale *F1V1* 8 autem] aut *P2* ante *F1Sh* quando *V1 om. Pi pavlp* 9 oportet] et *praem. F1* ergo *add. Pi pavlp* 10 sic] sit *P2F1* | respiciens] recipiens *F1* 12 quod[1]] secundum *Ca* sic *P1P2* si *V1 om. F1* | quod[2]] differentia *add. F1* 13 dicendum – generis *hom. F1* | est[2] *om. Pi pavlp* 14–16 Et – perfecti *hom. V1* 14 sequitur] consequitur *P1P2F1Pi pavlp* | actus] qui *add. Pi pavlp* 15 quod[2]] differentia *add. F1* 18 speciei *om. F1V1* 21 consideraretur] consideretur *F1V1Pi pavlp* 22 propria] plura *V1* | habet] habent *Ca* 24 generis] de genere *Pi pavlp* 25 consideratur] genus *add. F1* 26 si *om. vlp* | sic comparatur] comparata sit *F1* 27 dicunt quidam] et dicunt *Pi pavlp* 27–28 considerando] consideranda *CaP1P2* considerata *Pi pavlp* 31 in *om. V1* 32 vel *om. pavlp* | sola] solo *p* 34 rationale] essentiale *CaP1P2* 36 quo] qua *F1ShV1* 38 esse *om. F1ShV1* | tamen *om. Pi pavlp* 40 accidens] accidentis *F1* alias accidens *in marg. F1*[1] 41 Sic] hic *F1V1 add. Pi* | tamen] enim cum *pa* enim *vlp* | aliter *om. CaP1P2* 42 qua] quo *P2* 44–45 penitus] positus *pav* positum *lp* 45 cum] sed *praem. lp* | potestate] praedicatum *add. CaP1P2F1Sh* 46–47 differentiae] ut *add. lp* 47 sit] sic *CaP1P2* sicut *Pi* 51 quaedam] autem *add. Pi* 52 inest – quod] in esse sicut patet cum dicitur *pavlp* 55 apprehensioni] apprehensione *lp* 57 talis] ad *add. CaP1P2ShPi* 58 essentiam] naturam *Pi pavlp* 60 differentia *om. Pi pavlp* | ideo *om. F1V1* 65 e contra] e converso *P1P2F1ShV1Pi pavlp* 70 vero] igitur *Pi pavlp* 71 primum *om. P2* | et[1] *om. Pi pavlp* 72 etiam[1]] est *F1V1* 73–74 species – subiectum] genus primum subiectum est *Pi pavlp* 74 species] specie *P1P2*

12 Cf. supra p. 104 v. 57–59. – 20 Arist., Phys. l. 1 c. 3 (186 a 35 sqq.); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p. 15 v. 5 sqq. – 24 Supra p. 49 v. 22 sqq. – 39–40 Arist., Metaph. l. 7 c. 4 (1030 a 18 sqq.); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 128 v. 14 sqq.; cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 180 v. 72–73. – 68 Supra p. 88 v. 74 sqq. – 70 Supra p. 44 v. 18 – p. 45 v. 35.

quod subiectum est, et etiam individuum. Sicut enim SAEPIUS dictum est, primum formabile et determinabile in natura omni primum est subiectum in illa natura, sicut materia, primum formabile, est primum subiectum in physicis. Est autem et species subiectum secundum quid formabile a proprio, et individuum est subiectum secundum quid formabile ab accidente. Et cum subiectum esse sic inveniatur in pluribus per unam rationem communem existens in illis, oportet quod sit in uno primo quod est causa, quare conveniat omnibus aliis, sicut docet ARISTOTELES in principio II PRIMAE PHILOSOPHIAE. Et hoc modo ad genus substantiae reducuntur et species et individua et differentiae et propria et accidentia. Hoc enim modo genus omnium principium est.

Eo autem modo, quo genus principium est eorum quae in una sunt coordinatione praedicabilium, sic genus principium est differentiae et speciei et individui, et ideo tota coordinatio illa reducitur ad genus et non ad differentiam. Quamvis enim differentia sit formalis respectu generis, et in hoc videatur dignior esse quam genus, tamen, quia principiatur a genere et non est principium generis, reducitur ad genus ut ad principium; et cum summa in praedicabilibus et prima sint prima eorum principia, ut in ANTEHABITIS determinatum est, oportet quod prima, ad quae reducuntur omnia alia, sint prima genera et non primae differentiae.

Est tamen etiam in differentiis ordo, qui est superiorum ad inferiores – qui est ordo superioris et inferioris – in quo differentiae inferiores per additionem ad genera fiunt compositiores et minoris communitatis, sicut est ordo in causis formalibus primariis et secundariis; in quo ordine primariae causae virtus est in secundaria et remanet virtus superioris in causato, etiam quando secundaria subtrahit a causato suam causalitatem. Et etiam in hoc ordine quicquid causalitatis habet secunda, totum habet a prima. Sed iste ordo non est ad primum recurrens principium, quia primum omnium principium est genus. Et haec est vera causa, quare differentia non potest esse primum vel generalissimum, sed oportet quod primum et generalissimum esse generi attribuatur.

Hoc est ergo quod Peripatetici de differentia tradiderunt dicentes quod, *interius perscrutantes et speculantes differentiam, non quodlibet eorum quae sunt sub eodem genere dividentium esse differentiam, sed quod conducit ad esse et quod eius quod est esse rei pars est.* Et dant exemplum: *neque enim quod aptum natum est navigare* per scientiam nauticam, *erit differentia hominis*, quamvis soli conveniat homini et sic *proprium sit hominis. Dicimus enim* animal dividentes: '*animalium haec quidem apta nata sunt ad navigandum, illa vero minime*', proprio animal dividentes ab his quae non sunt apta nata ad navigandum. Sed hoc proprium quod est '*aptum natum esse ad navigandum*' non erit essentiale principium *completivum substantiae*, *neque eius pars* essentialis, *sed aptitudo quaedam eius*. Et *idcirco* proprium *non est talis* aptitudo, *quales sunt quae specificae* et substantiales *dicuntur differentiae.*

Ex his igitur quae DICTA sunt, patet quod erunt specificae differentiae, quaecumque alteratione qualitatis essentialis alteram faciunt speciem et cum hoc in eo quod quale quid est praedicantur. Quale enim quid non est simpliciter quale, sed est quale essentiale quid substantiae perficiens. Propter quod manifestum est quod differentia est *quod ad esse* speciem *conducit* et *quod est pars esse* illius *rei*, quae simpliciter et perfectum esse habet. Conducit enim ad speciem quae est 'totum esse individuorum', et est pars esse illius formalis, et conducit ad esse rei quae est individuum, cuius totum esse est species; et conducit ad esse speciei, et est pars esse rei, hoc est, diffinitionis quae est dicens esse rei diffinitae; quia diffinitio constat 'ex genere et differentia' sicut ex partibus, quarum tamen utraque est designatio totius, sed dicuntur partes, quia una dicit totum in potentia et

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 et – individuum] individuum *Pi* individui *pavlp* 2 saepius] ante *add. P1P2* | primum] principium *pavlp* 3 omni] cum *CaP1P2* 4 primum[1]] prima *praem. F1* est *add. P1P2* | est] et *add. F1* 6 quid] aliquid *pavlp* 6–7 a – formabile *hom. F1* 7 quid] aliquid *CaP1P2Pi pavlp* 7–8 Et – esse] etenim subiectum cum *pavlp* 8 pluribus] non *add. F1* 9 existens] existentem *Pi pavlp* 10 conveniat] veniat *P2* 12 species] specie *P1P2* 13 differentiae] differentia *P1P2* | et[4] *om. P1P2* 15 Eo] eodem *F1ShV1* 17 speciei] alias proprii *in marg. F1*[1] | et individui *om. pavlp* 23 sint] sicut *pa add. vlp* 23–24 prima *om. F1V1* 24 eorum] rerum *F1ShV1 om. Pi pavlp* 26 sint] sicut *CaP1* | primae] propriae *lp* 28 inferiores] inferiora *Pi* | et inferioris] ad inferius *F1V1* 29 in *om. vlp* 33 etiam] et *Pi om. pavlp* 34 Et *om. Pi pavlp* 35–36 secunda – habet *hom. P1* secundum ad totum habet *P1*[1] 39 vel] et *pavlp* 40 et] vel *Pi pavlp* | attribuatur] attribuat *pavlp* 42 interius – speculantes] intellectus perscrutans et speculans *pavlp* 44 esse[1]] facit *add. pavlp* 45 dant] dat *pav* 47 sic *om. pavlp* 49 haec quidem] quaedam *pavlp* 49–51 illa – navigandum *hom. V1* 50 proprio] proprie *Pi pavlp* 51–52 sed – navigandum *hom. P1P2 corr. P1*[1] 53 substantiae *om. pavlp* | eius] enim *F1 pavlp* 54–55 quaedam – aptitudo *hom. V1* 55 quales] quale *CaP1* quae *P2* 58 quaecumque] quae *pavlp* 59 alteram] aliam *pavlp* 60 quid[1]] quidem *CaP1P2 om. Pi pavlp* 60–61 quid[1] – quale *hom. V1* 63 differentia – quod *om. F1* | est[1]] id *add. pavlp* | est quod *om. V1* | speciem conducit] speciei adducit *pavlp* 65 totum esse] esse *F1 om. CaP1P2Sh* 67–68 species] esse speciei *V1* 68 hoc] haec *V1* 69 est[2]] esse *Ca corr. Ca*[1] | diffinitae] diffinitive *CaP1P2* diffinitionem *Pi* 70 constat] consistit *F1* 71 tamen *om. Pi pavlp* | designatio] assignatio *pavlp* 72 una dicit] modicum *CaP1P2* 72–p. 107 v. 1 et altera] altera vero dicit *Pi* altera dicit *pavlp*

2 Cf. supra ex.gr. p. 54 v. 37–45. – 11 Arist., Metaph. l. 2 c. 1 (993 b 23–27), l. 2 c. 2 (994 a 10); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 37 v. 3 sqq., p. 37 v. 19–20. – 24 Porph., Isag. c. De specie (Arist. Lat. I,6–7 p. 12 v. 1–2); cf. p. 66 v. 56–60, p. 70 v. 69–74; cf. etiam p. 69 v. 29–66, p. 61 v. 5–14. – 31–36 Cf. Liber de causis c. 1 §§ 1–18 (ed. Pattin pp. 46–50). – 57 Supra p. 104 v. 43–56. – 65–66 Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 3 c. 12 (CSEL 48 p. 237 v. 1–3). – 70–71 Cf. Porph., Isag. c. De differentia (Arist. Lat. I,6–7 p. 15 v. 13–14); supra p. 78 v. 59–60, p. 80 v. 48–50.

altera totum in actu, cum totum consistat ex potentia et actu sicut essentialibus partibus. Non est enim inconveniens, quod totum essentiale sit in qualibet sua parte secundum esse diversum. Et secundum hoc diffinitio totum dicens esse constat ex genere et differentia, quia, quamvis | differentia sit ut forma totum dicens esse in actu, tamen non sola potest diffinire sine genere propter duas causas: Quarum prima est quod differentia sine generis positione caderet a ratione differentiae, non enim differentia est aliquorum nisi in genere conveni-entium. Et si non poneretur genus, non haberet differentia differentiae rationem et actum, quia nesciretur inter quae poneret differentiam. Secunda autem causa est, quia tunc diffinitio non respiceret nec in se haberet primum esse ipsius principium, quod genus est, sicut DIXIMUS, et non differentia. Et sic non esset diffinitio, quia a fine uno usque ad alium esse rei non explicaret. Est enim unus finis, a quo incipit, genus quod est finis secundum potentiam; alius autem finis est, in quo terminatur esse secundum actum, quod est differentia. Et ideo diffinitio dicitur diffinitio, quia a fine uno usque ad alterum totum esse finite complectitur.

Et de differentiis communibus et propriis et magis propriis, quantum ad intentionem logicam spectant, *ista* quae dicta sunt *sufficiunt*. Alia enim quae dicenda sunt, spectant ad primum philosophum.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 6 *Ca* f.22vb

2 est enim] erit autem *F1* enim erit *V1* 8 est *om. CaP1P2ShPi* | quod] qua *pa* quia *vlp* 11 poneretur] pateretur *CaP1P2* 12 rationem] nomen *add. V1* 14 diffinitio] diffinitione *Ca corr. Ca*[1] 15 ipsius] et *add. lp* 18 enim *om. CaP1P2Sh* | quo] non *add. Ca* 21 usque] tamen *Pi om. pavlp* 22 alterum] finem *praem. V1* et *add. lp* | finite] finita *vlp* 23 Et] sic *add. Pi pavlp* 24 spectant] spectat *ShV1Pi pavlp* 25 dicenda *om. pavlp*

16 Supra p. 106 v. 15–26. – 16–17 Cf. supra p. 11 v. 49–56.

TRACTATUS DE PROPRIO

Cap. 1. De intentione proprii, scilicet quid de ipso intendit logicus

Post tractatum de differentia, quae perficit speciem ad esse speciei, intendendum est de proprio, quod, ut dicit Boethius, manat de essentialibus speciei iam per differentiam praeconstitutae per intellectum. Non enim manat de genere, secundum quod est genus, quia tunc esset non discretivum. Nec manat de differentia, secundum quod est huiusmodi, quia ultima differentia est una, et sic proprium non esset nisi uno modo, quod falsum est; et si sequeretur naturam aliarum differentiarum, tunc multiplicaretur secundum habitudines illarum differentiarum, et hoc iterum est falsum. Est ergo proprium, quod manat de substantia speciei iam constitutae per differentiam coniunctam generi in speciei constitutione.

Huius autem substantiae, quae est species diffinitum habens esse ex genere et differentia, duplex est consideratio: consideratur enim, prout est substantia absoluta et species; et consideratur, prout habet esse per inclinationem ad materiam in qua est. Et primo quidem modo non consequitur speciem aliqua aptitudo, ex qua manet aliquid aliud quam species, nisi solum illud accidens, quod est specialitas et universalitas et huiusmodi, quae non sunt propria hoc modo, quo logicus intendit de proprio et secundum quod proprium est unum de quinque universalibus. In secunda autem consideratione, qua consideratur per inclinationem sive per respectum ad materiam in qua est secundum naturam, multas habet habitudines, ex quibus oriuntur multa consequentia propria: sicut ex parte quidem materiae hominis hominem esse carnis nitidae, equum autem et asinum esse carnis durae, et hominem esse latorum unguium, rapacia autem, ut leones, esse rotundorum unguium et acutorum, et huiusmodi; et ex parte formae hominem esse disciplinae perceptibile propter subtilitatem sanguinis et spiritus claritatem, quaedam autem animalia esse indisciplinabilia et quaedam esse media, et huiusmodi, quae sequuntur formam complexionis; et ex parte quidem animae intellectualis, hominem esse animal admirativum de auditis et visis et generaliter sensu apprehensis, et quaedam animalia non esse huiusmodi; et hominem esse animal risibile vel flebile, quaedam autem non. Et multa talia sunt quae ipsam speciem per respectum inclinationis ad materiam tali speciei debitam consequuntur, et non sequuntur individuum, secundum quod est individuum hoc vel illud; et si conveniunt individuo, hoc est per hoc quod individuum illud speciem participat. Propter quod etiam proprium de specie sola immediate praedicatur, et non habet proprium individuum, sed praedicatur de individuo speciei per speciei participationem.

Iam ergo manifestum in parte, quod proprium – de quo intendit logicus et quod est unum de quinque universalibus et quartum inter ea – est accidens communem naturam speciei consequens in materia speciei debita secundum naturam; et secundum quod illa natura communis variatur in materia speciei debita, sic multiplicantur propria. Non ergo proprium logicum est solum quod vocatur proprie proprium, quod convenit *omni et soli et semper*, sed etiam hoc est proprium logicum, quod convenit *omni et non soli, sicut esse bipedem*, et id quod convenit *soli speciei, etsi non omni* individuo eiusdem

Arist. Lat. 19,18–20,6 (Busse 12,12–22) de proprio. – Proprium vero quadrifariam dividunt. Nam et id quod soli alicui speciei accidit, etsi non omni (ut homini medicum esse vel geometrem), et quod omni accidit, etsi non soli (quemadmodum homini esse bipedem), et quod soli et omni et aliquando (ut homini in senectute canescere), quartum vero in quo concurrit et soli et omni et semper (quemadmodum homini esse risibile; nam, etsi non ridet, tamen risibile dicitur, non quod iam rideat, sed quod aptus natus sit; hoc autem ei semper est naturale; et equo hinnibile). Haec autem proprie propria perhibent, quoniam etiam convertuntur; quicquid enim equus, et hinnibile, et quicquid hinnibile, equus.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 tractatus] primus *add. F1* VI *add. lp* 2 scilicet *om. F1V1* 2–3 scilicet quid] secundum quod *Ca* quae *Sh* secundum quam *lp* 3 intendit] intendat *F1* 9 non discretivum] non discretum *V1* indistinctum *Pi lp* 14 hoc iterum] haec *V1* 16 speciei] speciem *V1* 18 diffinitum] diffinitiva *Ca* diffiniti naturae (natura *P2*) *P1P2* diffinitivum *pavlp* 20 enim *om. CaP1P2* | est *om. pavlp* 21 et[2]] etiam *P1P2* 23 consequitur] sequitur *Pi pavlp* | aptitudo] habitudo *vlp* 24 manet] manat *P1P2Sh pavlp* | nisi] ubi *P1* non *pav* aut non *lp* 25–26 et huiusmodi *iterav. Ca corr. Ca*[1] 26–27 logicus intendit] loqui intendimus *F1* logicus intendit *in marg. F1*[1] 31–32 consequentia] communia et *F1* communia *ShV1 corr. Sh*[1] 37 perceptibile] perceptibilem *pavlp* 39 indisciplinabilia] indisciplinalia *CaP1P2* 40 sequuntur] consequuntur *Pi pavlp* 42 sensu] de *praem. Pi pavlp* 43 et[1] *om. pavlp* 44 animal – flebile] risibilem vel flebilem *Pi pavlp* 45 ipsam *om. Pi pavlp* 46 tali] talem et *pavlp* 47 consequuntur] naturam *add. lp* | sequuntur] consequuntur *ShPi pavlp* 48 conveniunt] in *add. pavlp* 49 per – quod] quia *Pi pavlp* 53 participationem] praedicationem *F1* 54 manifestum] est *add. F1V1* 55 et quod *om. lp* 55–56 de – universalibus] quinque universalium *pavlp* 56 ea – est] eadem *P2* quod est *add. lp* 56–57 communem] commune *P2Pi* 57–58 debita] determinata *pavlp* 59 communis *om. pavlp* 62 et[1] *om. Pi pavlp*

6 Non invenitur.

speciei – *ut esse medicum* vel agricolam vel navigatorem per artem medicinae vel | agriculturae vel navigatoriae disciplinae –, et etiam quod convenit *omni et soli, sed aliquando et non semper, sicut* hominem *in senectute canescere* vel albescere, gruem autem in processu aetatis nigrescere, et equum in ultimo aetatis albissimos dentes habere, et huiusmodi multa inveniuntur. Propter quod ARISTOTELES triplex assignat proprium: 'Proprium scilicet quando' et 'proprium ad aliquid' et 'proprium simpliciter'; quia 'proprium ad aliquid' duo comprehendit, scilicet quod convenit *omni* sed *non soli*, et quod convenit *soli* sed *non omni*. Et secundum hanc intentionem proprii proprium, quod est unum de quinque universalibus, est praedicatum de specie non essentiale, quod respondetur ad quaestionem factam per quale, non de genere, sed de specie. Interrogatis enim nobis, quid sit Socrates, convenienter respondemus, quia est homo. Rursus autem interrogatis nobis, qualis homo sit Socrates, vel qualis species animalis, convenienter respondemus, quod est risibile, vel bipes, vel medicus, vel canus.

Attende autem quod proprium, prout est universale praedicabile, nullo modo cadit in modum praedicandi accidentis, quia accidens praedicatur ut commune; quia ex communibus causatur uni speciei et alii et ex communibus uni individuo et alii et non causatur ex principiis adaequatis uni speciei. Proprium autem semper causatur ex principiis adaequatis speciei secundum naturam illius speciei, quam habet in propria materia.

Illa enim principia aut sunt omnino adaequata principiis proprii, aut sunt excessa a principiis proprii, vel excedentia principia proprii. Si sunt adaequata: aut sunt intransmutabilia, propter hoc quod tenent se ex parte speciei, aut transmutabilia, propter hoc quod magis tenent se ex parte materiae. Et siquidem sunt adaequata principiis proprii et intransmutabilia, tunc manat ex illis 'proprie proprium', quod convenit *omni et soli et semper* et convertibiliter praedicatur de specie, sicut *risibile* de homine. Si autem transmutabiliter sunt adaequata, tunc transmutatio aut est per necessitatem naturae, aut est per voluntatem vel appetitum animae: Et si est per necessitatem naturae, tunc est 'proprium quando', quod convenit *soli, non omni* et *non semper*; si autem est non per necessitatem sed per appetitum animae, tunc est 'proprium ad aliquid' et non simpliciter, illud scilicet quod convenit *soli*, sed *non omni*, et est proprium ad illa eiusdem speciei quibus convenit, et non ad alia eiusdem speciei quibus non convenit.

Si autem principia speciei excedentia sunt principia intrinseca proprii, tunc convenit iterum *soli et non omni*. Si vero econverso principia speciei excedantur a principiis essentialibus proprii, tunc erit proprium quod convenit *omni*, sed *non soli*, ut esse bipidem convenit homini.

Oportet enim scire quod principia speciei substantiae sunt, quia species est substantia, quae fit ex principiis speciei. Non autem fit substantia ex non substantiis, et ideo principia speciei necessario sunt substantiae. Cum autem proprium sit de natura accidentis, quod non est pars esse substantialis, relinquitur quod principia suae essentiae essentialiter ipsum constituentia sint accidentia; haec tamen principia proprio essentialia causantur ab illis principiis, quae sunt speciei substantialia. Cuius exemplum dat AVICENNA satis conveniens: ex hoc enim quod homo est animal rationale vel intellectuale, per principia homini essentialia consequitur quod sit admirativum de visis et auditis, et quod vehementis sit caloris et spiritus ad faciem, ubi sunt sensus perceptivi protensivum. Protensos autem calore et spiritu ad faciem sequitur faciei et membrorum in facie positorum dilatatio. Est igitur *aptus natus* ad ridendum, etiam si actu non *rideat*. Econtra, autem si non desiderata sed contraria percipiat, sequitur ad cor caloris et spiritus retractio et cordis constrictio, cuius constrictionem sequitur faciei constrictio et cerebri, quo constricto et per panniculos cerebri compresso sequitur humidi lacrimalis expressio, quod distillat per poros cerebro continuatos per venas et nervos, et tunc fluit per oculos et nasum et os; quod

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 2 *Ca* f.23ra

1–2 vel[2] – vel *om. P2* 2–3 navigatoriae – disciplinae] navigationis disciplinam *pavlp* 5 gruem – autem] senem aut *lp* | aetatis] temporis *Pi praem. pavlp* 6 equum] cygnum *pavlp* | albissimos] albesci omnis *pa* albos omnes *vlp* 7 multa] nulla *F1* si nulla *V1* | inveniuntur] deinve *Ca corr. Ca[1]* alia *add. F1* 8 triplex] tripliciter *V1 lp* | scilicet] igitur *pavlp* 11 sed[1]] et *Ca corr. Ca[1]* 12–13 proprium, quod *om. lp* 13 est[2] *om. P1* 13–14 est praedicatum] et praedicatur *pavlp* 14 specie] in quale *add. F1* | essentiale] essentialiter *pavlp* 15 quaestionem] interrogationem *F1ShV1* | quale] et *add. pavlp* 16–18 convenienter – Socrates *hom. Sh* 17 quia] quod *Pi pavlp* 19–20 risibile] risibilis *Pi pavlp* 21 Attende autem] attendatur *pavlp* 22 nullo] illo *pavlp* | modum] modo *F1V1* 24–25 communibus] communi *pavlp* 26–27 uni – adaequatis *hom. Pi pavlp* 28 propria] prima *Pi* 30 aut – proprii *hom. F1* | excessa a] excelsa *CaP1P2* | a *om. Sh* 31 Si] autem *add. F1V1* 35 proprii] speciei *Pi pavlp* | intransmutabilia] transmutabilia *V1* 36 proprie *om. pavlp* 38 sunt] et *add. V1 om. pavlp* 39 per necessitatem] ex necessitate *Pi pavlp* 40 est *om. pavlp* 41 est] enim *CaP1P2* 42 non[1]] et *F1V1Pi lp praem. P1* 44 simpliciter] semper *pavlp* 45 sed] et *P1 pavlp* 46–47 convenit – quibus *hom. CaP1P2F1Sh* 49 iterum *om. pavlp* 52 ut – homini *om. Pi pavlp* 59 sint] sunt *pavlp* 60 proprio] propria *P2* 64 homini] hominis *F1* | consequitur] sequitur *pavlp* 64–65 admirativum] admirativus *vlp* 65 vehementis] in inventis *Ca* in viventis *P1P2* inventis desideriis *F1* intendens *Sh* vehementius *pa* 66–67 protensivum] protensius *Pi pav* protensius vel propensius *lp* 67 Protensos] protensas *P1P2* protensis *V1* protenso *pav* praetenso *lp* 67–68 sequitur] sicut *pa* fit *vlp* 69 aptus natus] aptum natum *CaP1* natum natum *P2* 71 percipiat] participat *pa* 72 constrictio] contrictio *V1* 72–73 cuius – constrictio *hom. CaP2V1Pi* 72 faciei] facie *Ca* 73 panniculos] panniculas *P1P2* 74 compresso] compressio *CaP1P2Sh* | humidi] huiusmodi *pav* | humidi – lacrimalis] huius lacrymabilis *lp* | expressio] compressio *P2Sh corr. P2[2]* 75 quod *om. vlp* | distillat] distillas *Ca* distillans *P1P2Pi pavlp* | continuatos] continuatus *CaP1P2* 76 oculos] oculum *Sh* | et[2]] per *pavlp*

7–8 Arist., Top. l.1 c.5 (102 a 24–26); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.10 v.7–8. – 62 Cf. Avic., De Anima pars 5 c.1 (ed. Van Riet [IV-V] p.73 v.61–p.74 v.64) .

est esse flebile. Qua proprietate participare non possunt animalia, quae huiusmodi prudentiam et admirationem de apprehensis habere non possunt. Proportionaliter autem et in aliis propriis, quae propria sunt 'quando' et 'ad aliquid', ut facile patet cuilibet principia speciei in materia intuenti per modum, qui paulo ANTE dictus est.

Ex hoc autem solvitur difficultas quam quidam induxerunt dicentes | quod, si 'proprium manat ex principiis speciei', principia autem speciei 'et substantiae substantiae sunt', et ex substantiis non fit non substantia, quod oportet, ut videtur, quod proprium sit substantia. Adhuc autem, si dicatur quod duplicia sunt principia: quaedam essentialia proprio, quae sunt habitudines principiorum speciem constituentium – et haec sunt accidentia –, sunt etiam principia remota, quae sunt essentialia speciei, et haec sunt substantiae et sunt principia istorum quae sunt principia essentialia proprio: adhuc autem concludere videntur, quod intendunt, per hanc propositionem, quod 'quidquid est principium principii est etiam principium principiati'; et si principia speciei sunt principia principiorum proprii, tunc sunt etiam principia proprii, et tunc videtur sequi idem quod prius.

Est autem solutio huius, quod quamvis eadem sint principia speciei et proprii, tamen non eodem modo nec per idem sunt principia speciei et principia proprii, sed per habitudinem actus ad potentiam sunt principia speciei, et per habitudinem essentiae totius ad actus vel passiones consequentes naturam speciei in materia sunt principia proprii. Et ideo non oportet quod sit proprium substantia, quia talis habitudo consequitur esse perfectum, et ideo est de accidentalibus.

Sed adhuc obiciunt fortius dicentes quod, cum praedicatur proprium de specie, sicut cum dicitur 'homo est risibile', in hac propositione subiectum est de ratione praedicati, ut dicit ARISTOTELES. Est igitur subiectum secundum intellectum conceptum et clausum in praedicato. Quod autem secundum intellectum conceptum et clausum est in alio, per se et essentialiter convenit illi; ergo subiectum est essentiale principium illius; et quod per se et essentialiter est principium alicuius, est de essentia ipsius. Cum ergo subiectum sit substantia, oportet quod et praedicatum, quod est proprium, sit substantia.

Adhuc idem confirmatur sic: Cum praedicatur proprium de specie, species est causa proprii. Aut ergo est causa per se et univoca, aut per accidens et aequivoca. Si est per accidens et aequivoca, tunc haec non est per se 'homo est risibile'; quod falsum est, quia est in secundo modo dicendi per se. Si autem est per se et univoca causa, sed causa per se et univoca causato dat naturam sive essentiam et nomen; et si dat essentiam et nomen, est essentialis causa et quid de essentia praedicati; et sic, cum subiectum sit substantia, erit praedicatum substantia, ut videtur, et sic non erit passio vel proprium, sed species, et sic non erunt quinque universalia, sed quattuor tantum, ut videtur.

Haec autem cito et facile solvuntur, si ad memoriam revocentur ea quae in ANTEHABITIS determinata sunt. Cum enim subiectum est in ratione praedicati, non est in ratione eius sicut quid existens de essentia eius, sed est in eo sicut causa per modum, qui dictus est aptitudinis consequentis esse subiecti. Et ideo non sequitur quod proprium sit substantia sicut subiectum, sed sequitur quod subiectum sit quid et substantia causa, quod talis passio consequatur ipsum et sit in ipso, cuius inhaerentia in ipso causa est, quod praedicatur de ipso. Sed si esset in ipso sicut quid vel principium essentiae ipsius, tunc sequeretur id quod conclusum est.

Ad id autem quod obiciunt de essentiali, dicendum quod essentiale dupliciter dicitur: est enim essentiale quod est quid essentiae, et de hoc verum est quod probat obiectio; est item essentiale quod est causa non derelinquens essentiam, cum tamen non sit quid essentiae, et de hoc non est verum. Et hoc modo subiectum est essentiale praedicato et conceptum in ipso, quando proprium de specie praedicatur, et generaliter passio propria de subiecto. Tale igitur est proprium, quod quartum est inter quinque.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 9 *Ca* f.23rb

1 est esse] etiam *V1* | Qua proprietate] quam proprietatem *Pi* quas proprietates *vlp* 3–4 Proportionaliter] proportionabiliter *pavlp* 4 et] est *vlp* | in] ut *pa* 6 speciei *om. P2* 9 manat] manet *lp om. P2* 10 et substantiae *om. F1V1Pi pavlp* 11 substantiae] substantia *F1* | et *om. pavlp* | non[2]] nisi *Pi om. P2* 12 quod[1]] ergo *Pi pavlp* | oportet] patet *pavlp* 13 Adhuc] ad haec *pa* ad hoc *vlp* | sunt *om. CaP1P2Sh* 15 principiorum] per *add. Pi pavlp* 21 etiam *om. V1 pavlp* | si] cum *F1* 22–23 tunc – proprii *hom. P2* 25 sint *om. CaP1P2Sh* 26 proprii] principia *praem. pavlp* 27 nec – proprii *om. Pi pavlp* 32 quia] quod *P2* 33 accidentalibus] accidentibus *F1ShV1* 34 adhuc] ad hoc *pavlp* 35 sicut] sic *Ca* 36 risibile – hac] risibilis in ista *Pi pavlp* 38 secundum intellectum] intellectum *Pi pa* in intellectu *vlp* | conceptum] acceptum *pavlp* 38–40 in – clausum *hom. P1P2V1 corr. P1*[1] 39 autem] enim *pavlp* 41 subiectum] ibidem *pa* idem *vlp* 44 et] etiam *Pi pavlp* 45 Adhuc] ad hoc *pav* 48 Si est] sicut *Ca* sic *P1* sit *P2* si sit *Pi pavlp* 49 risibile] risibilis *Pi pavlp* | quia] ipsa *add. F1* 50 dicendi] dicenda *Ca* 52 sive] sui *pavlp* | dat] naturam et *add. pavlp* 54 sit] fit *lp* 58 facile] faciliter *pavlp* 59 revocentur] reducuntur *F1ShV1* 60 est[1] *om. CaP1P2* 62 est[2]] scilicet *add. Pi pavlp* 65 sit] quod est *Pi pavlp* | substantia] substantialis *V1* et *add. F1* sit *add. Pi pavlp* 66–67 consequatur – inhaerentia] consequitur ipsam et sic inhaerentia eius *F1* 68 vel] et *F1ShV1* | essentiae] esse *Pi pa* esset *lp* 69 tunc] bene *add. Pi pavlp* 70 Ad *om. CaP1P2Pi pavlp* | obiciunt] obicitur *Pi pavlp* | dicendum] est *add. P1P2* 72 verum – quod *om. F1ShV1* 73 item] iterum *F1V1 pavlp* 74 non[1] *om. F1Pi* 75 Et *om. Pi pavlp* 78 est[2] *om. Ca*

7 Supra p. 108 v. 28–53. – 9–10 Cf. supra p. 108 v. 5–7. – 10–11 Cf. Arist., Cat. c. 7 (8 b 15–16); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p. 23 v. 13–15. – 37 Arist., Anal. post. l. 1 c. 4 (73 a 35 sqq.); transl. Iacobi Arist. Lat. IV,1–4 p. 12 v. 22 sqq. – 59 Supra p. 109 v. 53 sqq. – 70 Supra p. 110 v. 39–43.

Sic ergo proprium est universale, quamvis proprium et universale secundum rationem nominum proprii et universalis repugnare videantur, quia proprium est quod uni *soli* convenit, universale autem quod convenit multis. Sed ad hoc est dicendum quod, quamvis proprium conveniat *soli*, hoc tamen 'solum' est species communis, quae est in multis potentia vel actu, vel actu simul et potentia; et quamvis sic 'soli' conveniat, tamen est 'in multis et de multis', in quibus et de quibus est illud 'solum', cuius ipsum est proprium. Et hoc non est contra rationem universalis, ut in ANTEHABITIS in tractatu de universalibus in communi determinatum est.

Attendendum etiam est quod vere proprium est quod convenit *omni et soli et semper* et conversim praedicatur de illo. Et per defectum ad illud | accipiuntur alia propria, scilicet quod aut convenit *soli sed non omni*, aut *omni sed non soli*, aut *omni et soli* sed non semper. Diffinitio autem convenit omni et soli semper, sed est quid et non quale. Praedicationem ergo universalis habet proprium, quamquam individua propria non habeat, ut DICTUM EST.

Et ideo contra hoc quidam obiciunt dicentes quod, si hoc universale, quod est proprium, non habet particulare nisi speciei, ergo non habet particulare nisi per aliud; si autem non habet particulare nisi per aliud, cum universale dicatur ad particulare, videtur sequi quod non est universale nisi per aliud. Quod autem non est universale nisi per aliud, est universale per accidens; proprium igitur est universale per accidens, et sic non sunt quinque per se universalia, quod falsum est. Sed ad hoc dicendum quod proprium revera praedicatur de specie, cuius est proprium, immediata praedicatione. Sed, ut DICTUM EST, respicit speciem, prout est in materia et in particulari; ideo praedicatio eius per se refertur ad particularia, et sic per se et non per accidens est universale.

Si autem dicatur quod duorum universalium, quorum unum sub altero non continetur, non debent esse eadem particularia – sicut enim diversorum generum et non subalternatim positorum diversae sunt species et differentiae, ita etiam debent esse diversa individua –, dicendum quod hoc est verum de generibus et speciebus, sed de universalibus sic est, quod plura eorum referuntur ad invicem, sicut genus ad speciem et species ad genus, et similiter differentia refertur ad utrumque illorum. Et sic etiam proprium refertur ad speciem, et ideo possunt habere individua eadem, non tamen eodem modo. Alius enim modus individui est hoc animal et hic homo et hoc rationale et hoc risibile, quamvis per suppositum omnia haec eadem sint. Est enim Socrates hoc animal et hic homo et hoc rationale et hoc risibile. Et si individuum formaliter accipiatur, tunc formaliter diversa sunt individua, sicut diversa sunt universalia. Sed in hoc est differentia, quod hoc animal non habet esse hoc animal per hoc quod est hic homo, nec hoc rationale habet esse hoc rationale per hoc quod est hic homo, sed per se; sed hoc risibile non habet esse hoc risibile, nisi per hoc quod est hic homo, quia risibile principiatur ab homine sive ab hominis specie. Animal autem et rationale ab homine non principiantur, sed potius principia sunt hominis. Hoc igitur est quod intendimus de proprio secundum logicam intentionem.

Cap. 2. De divisione proprii et explanatione partium dividentium

Hoc autem totum facile patet, si considerentur dicta antiquorum in proprii divisione. *Proprium* enim Peripatetici antiqui *quadrifariam dividunt.* Quadrifariam autem dividere est quattuor modis secundum fari, quia divisio eius est multipliciter dicti, quod non est omnino aequivocum nec est pure univocum, sed plurium convenientium in uno nomine relatorum ad unum, cui principaliter et perfecta ratione convenit ratio nominis. *Nam id* dicitur 'proprium' (1) *quod soli alicui* convenit *speciei, etsi non omni* individuo convenit eiusdem speciei, tamen erit proprium, quia manat de substantialibus principiis speciei, quamvis principia essentialia proprii non adaequentur principiis speciei, et per transmutationem voluntariam referantur ad principia speciei. Et hoc modo *medicum esse vel geometrem* esse proprium est homini, et est proprium ad aliquid suae speciei. Et est (2) 'proprium'

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 15 *Ca* f.23va

1 proprium[2]] quid *add. V1* 10 hoc] modo *add. F1* 13 etiam] enim *pavlp* 15 illo] illis *Pi pavlp* | defectum – accipiuntur] respectum ad illud accipiunt *lp* 16 quod – convenit] quod dictum *Ca* illud dictum *P1P2* aut *F1* quod aut *Sh* illud quod convenit *Pi pavlp* 18 et[2]] sed *pavlp* 19 habet] hoc est *CaP1P2* 21 Et *om. lp* 22 habet] est *V1* 23 nisi speciei *om. Pi pavlp* 24 aliud[1]] illud *CaP1P2* aliquod *pav* aliquid *lp* | aliud[2]] aliquod *pav* aliquid *lp* 26 aliud] aliquod *pav* aliquid *lp* | Quod autem] et quod *V1* 27 aliud] aliquod *pav* aliquid *lp* 28 igitur – universale] ergo non est universale nisi *Pi pavlp* 29 sunt *om. CaP1P2Sh* 30 dicendum] est *add. pavlp* 32–33 materia *om. pa* 33 in *om. pavlp* 38 sicut] si *F1Sh* sic *V1* | enim] est *pa om. vlp* 41 hoc *om. lp* 42 sed] scilicet *F1* 48 et[1] *om. pavlp* 48–50 quamvis – risibile *hom. F1V1* 48–49 per suppositum] pars oppositum *CaP1P2* 49 sint] sicut *CaP1P2* 50 et – rationale *om. lp* 53 quod] quia *V1Pi* | hoc[3] *om. F1V1* 54–55 animal – hoc *hom. Pi pavlp* 56 non – nisi] habet esse hoc risibile *Pi pavlp* 57 principiatur] participatur *F1* 59 principiantur] participantur *F1* 62 divisione] diffinitione *lp* 63 et – dividentium *om. F1* | partium] particularum *V1* | dividentium] eius *lp* 65–66 enim – antiqui] Peripatetici *pavlp* 67 secundum *om. Pi pavlp* 68 dicti] dicta *Pi* data *pavlp* 69 pure] penitus *V1* 71 convenit] competit *Pi* | id *om. pavlp* 72 alicui] alia ei *Ca* 73 tamen] tunc *F1V1* 74 quia] quod *V1* 75 quamvis] quam *CaP1P2* 75–76 adaequentur] adaequantur *lp* 77 referantur] referuntur *Pi pavlp* 78 geometrem] gyometrum *Ca* geometrum *P1P2Pi* geometram *pavlp* 79 suae] esse *V1*

11 Supra p. 17 v. 39sqq. – 20 Supra p. 108 v. 45–53. – 32 Supra p. 108 v. 18–53.

quod omni individuo speciei *accidit*, sed *non soli* accidit speciei, eo quod principia proprii excedunt propria principia speciei, quamvis non excedant communia principia ipsius, *quemadmodum* proprium est *homini esse bipedem*. Et est (3) 'proprium' quod convenit *soli* speciei *et omni* individuo eiusdem speciei per aptitudinem naturae communis, quamvis per accidens impediatur in aliquo, sed non convenit semper, sed *aliquando, ut canescere in senectute*. Cum enim homo cerebrum habeat maximum respectu sui corporis et humidissimum, quod non terminatur, nisi quamdiu calor naturalis fuerit fortis, necesse est quod procedente aetate, frigescente calore resolvente ipsum et non digerente nec terminante, ipsum putrescere incipiat; et tunc canescit et albescit secundum naturam, quamvis hoc per accidens impediatur in his, in quibus est subtile et pingue humidum facile per modicum calorem terminabile. | Propter quod qui molles et subtiles habent pilos, aut non canescunt aut tarde. Mollities enim et subtilitas pilorum signum est subtilis et pinguis humidi. Et hoc est 'proprium quando'. Et est (4) 'proprium' quod *omni* convenit individuo speciei *et soli* speciei *et semper* convenit, eo quod principia proprii adaequantur penitus principiis speciei et immobiliter manant ex ipsis – et hoc est proprie proprium –, sicut *risibile* convenit *homini* per aptitudinem naturae hominis, etiam quando *non ridet* secundum actum et operationem risus. *Dicitur* enim *risibile, non quod rideat, sed quod aptus natus* est ad ridendum. Et hoc modo *equo* convenit esse *hinnibile*, et asino esse rudibile, et bovi esse mugibile. Et sic sua propria habet quodlibet animal, et etiam quaelibet specierum, quamvis nomina propriorum non sint posita, propter hoc quod sunt nobis incognita. Dicimus tamen quod species et res sub speciebus contentae multas habent operationes non a qualitatibus activis et passivis quae sunt in ipsis, sed a tota specie, sicut scamonia dicitur purgare choleram et sapphirus tumores anthracis pellere; et hoc dicitur esse eis proprium. *Haec autem* sic dicuntur *proprie propria, quoniam etiam convertuntur* sive conversim praedicantur de specie universaliter; *quidquid enim est equus est hinnibile, et quidquid est hinnibile est equus* econverso.

Attendendum autem est quod, quamvis risibile sit proprium hominis, tamen risibilitas non est eius proprium, quia proprium est universale praedicabile; 'risibilitas' autem de homine praedicari non potest, sicut nec praedicatur in differentiis 'rationalitas', sed praedicatur 'rationale'. Et huius causam dicit Avicenna satis convenientem, quia, cum universale sit notio totius eius de quo praedicatur et dicat ipsum totum vel secundum potentiam vel secundum actum vel secundum naturalem potentiam consequentem ipsum in eo in quo est, sicut totum dicit proprium; taliter autem totum non potest significari per abstractum, sed significatur per concretum: oportet universale concretionis modo significari per nomen universalis. Quamvis autem sic quattuor universalia – quae sunt genus, species, differentia et proprium – concretionis modo significari habeant, non tamen propter hoc sunt denominativa, sed sunt totius esse nomina nomen et rationem dantia ei de quo praedicantur – quod non faciunt denominativa –, quia ista non sunt nisi vel essentialia principia eius de quo praedicantur, vel ex essentialibus principiis manantia; denominativa autem formantur ab aliena natura, quae per causam non essentialem, sed infinitam, est in subiecto, et ideo non essentialiter, sed denominative possunt praedicari, sicut cum dicitur: homo est albus vel niger vel aliquid huiusmodi. Haec autem in doctrina Praedicamentorum subtilius habent determinari. Talis igitur est intentio proprii apud logicos, et talis est divisio ipsius. De proprio igitur haec quae dicta sunt, sufficiant.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 17 *Ca* f.23vb

2 excedunt] excedant *ShV1* 3 communia] omnia *Pi pavlp* 8 ut] hominem *add. F1* 9 homo] proprium *add. Ca exp. Ca*[1] 11 nisi *om. F1* | quamdiu] quando *Pi* | fortis] foris *CaP1P2* 12 procedente] praecedente *pa* | aetate] et *add. F1* 12–13 resolvente] solvente *Pi* 13 digerente] dirigente *Pi lp* 17 terminabile] determinabile *F1* 19 et[1] *om. CaP1P2* 20 Et[2] – est] est enim *CaP1P2* est etiam *Pi pavlp* 27 risus – enim] usus dicitur esse *pavlp* | quod[1]] actu *add. Pi pavlp* 29 hinnibile] hinnibilem *pavlp* | asino] anno *Ca* | rudibile] risibile *Ca* rudibilem *pavlp* | mugibile] mugibilem *pavlp* 30 sua] sui *CaP1P2Pi pa* 36–37 tumores – anthracis] tremores (et *add. lp*) antraces *pavlp* 37 esse *om. P2* 38 sive] et *pavlp om. CaP1P2* 41 econverso *om. Pi pavlp* 42 autem *om. pavlp* 46 differentiis] differentia *pavlp* 48 notio] notius *Sh pa* 52 sicut] sic *pavlp* 53 significari] designari *F1* 54 oportet] enim *add. Pi pavlp* | modo] mere *pa* more *vlp* 55 nomen] modum *F1* | universalis *om. Pi pavlp* | autem] enim *pavlp* 56 genus] et *add. pavlp* 59 dantia] dantis *lp* 60–62 quod – praedicantur *hom. P2* 61 principia *om. pavlp* 62 manantia] manentia *CaP1P2* manativa *Pi* 64 est] esse *Pi pa* esse habent *v* esse habet *lp* 68 subtilius *om. pavlp* 70 proprio] primo *V1* | quae – sunt] dicta *F1Pi pavlp om. V1*

20 Cf. supra p. 109 v. 7–9. – 42–44 Cf. Avic., Logica pars 1 c. 11 (Venetiis 1508 f.9va). – 47 Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.9rb).

TRACTATUS DE ACCIDENTE

Cap. 1. De differentia proprii et accidentis secundum quod est accidens quintum universale

Antequam de assignationibus accidentis tractemus, quibus antiqui accidens descripserunt, oportet nos tractare de differentia proprii et accidentis, secundum quod est unum de quinque universalibus. In hoc enim AVICENNA dicit antiquos, qui de quinque tractaverunt universalibus, esse deminutos, qui descriptiones accidentis posuerunt, antequam distinguerent, in qua significatione accidens acciperetur, secundum quod est unum quinque universalium.

(1) Cum enim omne quod est sit substantia vel accidens, ut dicit ARISTOTELES, et proprium propter hoc quod sequitur esse completum speciei, sit accidens, videbitur de necessitate quod proprium sit accidens. Et sic, si accidens sumitur pro omni eo quod non est substantia, videtur quod proprium non sit divisum ab accidente. Et sic universalia non sunt quinque, sed quattuor tantum.

(2) Adhuc autem proprium non potest dici essentiale speciei, quia ex quo proprium sequitur totam compositionem speciei et completum esse ipsius, species intelligitur sine proprio; et cum non sit essentiale speciei, erit accidentale speciei. Et sic, cum in natura sit accidens et in comparatione ad proprium subiectum sit accidentale, totum ponetur in naturam et essentiam accidentis. Non ergo erit in aliqua consideratione nisi accidens. Et sic iterum sequi videtur quod non sint quinque universalia sed quattuor tantum.

Si autem aliquis dicere velit quod duplex est comparatio | accidentis ad subiectum: aliquod enim accidens comparatur ad subiectum ut ad subiectum tantum – et hoc est accidens –, aliquod autem comparatur ad subiectum ut ad subiectum et causam, et hoc emanat de principiis subiecti et est proprium subiecto; et sic differt proprium ab accidente: Hoc stare non potest, quia omne accidens, ut dicit ARISTOTELES in IX PRIMAE PHILOSOPHIAE, causatur a substantia et stabilitur et ordinatur ab ipsa, et sine ipsa est fluens et indeterminatum; et sic sequeretur quod omne accidens esset proprium. Et sic iterum sequeretur quod non essent nisi quattuor universalia: genus scilicet et species et differentia et accidens. Hoc autem etiam probatur ratione, quia omne quod secundum ordinem naturae est prius aliquo, est causa ad illud, ut determinatur in LIBRO CAUSARUM et in LIBRO FONTIS VITAE. Non potest autem negari, quin in ordine partium entis secundum ordinem naturae substantia sit ante accidens; accidens ergo omne comparatur ad substantiam sicut ad subiectum et ad causam. Hoc autem etiam dicit ratio nominis substantiae quae dicitur a 'substando', eo quod accidenti substat ut causa et subiectum.

(3) Adhuc accidens 'dividitur in accidens separabile et in accidens inseparabile'. Inseparabile autem accidens est quod causatur a principiis subiecti, et proprium etiam est accidens a principiis subiecti causatum. Videtur ergo quod proprium sit pars accidentis et in minori ambitu communitatis quam accidens.

Adhuc AVICENNA quaerit, quid vocatur accidens, quando accidens dicitur unum quinque universalium. Si enim accidens dicitur id, cuius tota natura est accidens, ut color vel albedo, cum talia sint et genera et species et differentiae et propria, videtur quod quinque universalia non differant re sed modo tantum, ut videtur.

Praeterea talia quaedam sunt modum tantum quendam esse dicentia, sicut cum dicitur: 'corpus est creatura vel non creatura' vel 'factum vel aeternum', tunc talis praedicatio nihil de subiecto praedicaret, nec posset

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 33 *Ca* f.24ra

1 tractatus] VII *add. lp* 3–4 secundum – universale] prout accidens est quintum praedicabile *lp* 4 accidens] communiter *add. V1* | quintum universale] unum de quinque universalibus *F1* 6–7 tractare *om. CaP1P2ShPi pavlp* 8 universalibus] determinare *add. Pi pavlp* 9–10 qui – deminutos *om. P2* 10 deminutos] diminutas *CaP1* 12 acciperetur] accipitur *pavlp* 16 sequitur] consequitur *F1ShV1 pavlp* 17–18 Et – si] si enim *F1* 19 non] potest dici essentiale speciei quia ex quo *add. Ca exp. Ca*[1] 20 sic *om. pavlp* 23 quo] speciei *add. Ca exp. Ca*[1] 25 erit] ut *CaP1P2 add. Pi pavlp* et *praem. V1* 26 speciei] ei *F1* | cum] est *CaP1P2Pi pavlp* | sit] sic *CaP1P2* sicut *Pi pavlp* | et] cum *add. Pi pavlp om. P1* 32 aliquis] quis *V1* | est *om. CaP1P2Sh* 33 aliquod] idem *P1P2Pi pavlp* 34–36 ut – subiectum *hom. V1* 34 subiectum[2]] substantiam *lp* 35 aliquod *om. Pi pavlp* | autem] aut *P1P2Pi pavlp* 36 ut – causam] non ut ad subiectum sed ad causam *vlp* 37 et[2] *om. P1* 38–39 omne] esse *CaP1P2Pi* 41 indeterminatum] indeterminans *CaP1P2* 42 esset] sit *pavlp* 44–45 et[1] – autem] differentia proprium et accidens hoc *pavlp* 46 aliquo *iterav. in marg. Ca*[1] 48–49 in – ordinem] ordine *Pi pavlp* 50 omne] sic *pavlp* 53 substat] substet *pavlp* 56 in accidens *om. pavlp* 57–58 et[1] – etiam] proprium autem *Pi pavlp* 63 id] quod *add. CaP1P2F1ShV1* | cuius] eius *F1* in eius *V1* 64 et[1] *om. F1ShV1* 67 Praeterea] prima *CaP2* primo *P1* postea *pavlp* 68 esse *om. pavlp* modum *praem. V1* | cum] causa *Ca corr. Ca*[1]

8–9 Avic., Logica pars 1 c. 10 (Venetiis 1508 f.9vb). – 15 Cf. ex.gr. Arist., Metaph. l. 5 c. 7 (1017 a 7–8); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 94 v. 9–10. – 39–40 Immo: Arist., Metaph. l. 7 c. 1 (1028 a 31 sqq.); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 123 v. 21 sqq. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 319 v. 4–p. 320 v. 5. – 47 Liber de causis c. 1 §§ 1–11 (ed. Pattin p. 46 v. 1–p. 48 v. 38). – 47–48 Avicebron, Fons vitae tr. 3 n. 46.49 et tr. 4 n. 18 (ed. Baeumker p. 183 v. 14–15, p. 188 v. 21–22, p. 250 v. 23–24). – 55–56 Porph., Isag. c. De accidente (Arist. Lat. I,6–7 p. 20 v. 8–9); cf. infra p. 116 v. 66–67. – 61 Avic., Logica pars 1 c. 11 (Venetiis 1508 f.9va-9vb). – 67–p. 114 v. 2 Cf. Avic., ibid. (f.9va).

talis praedicatio reduci ad aliquem modum praedicationis quinque universalium.

Si autem talis natura non dicitur accidens, sed ⟨accidentale⟩ vocatur denominatum ab accidente, ut album, tunc accidens est idem quod accidentale; quod omnino falsum esse videtur, quia accidentale dicit plus quam accidens et dicit subiectum, quod non est de natura accidentis.

Adhuc autem quaeritur de comparatione huius universalis, quod est accidens, ad individua de quibus praedicatur. Si enim non habet propria individua, sed habet individua substantiae, tunc videtur quod non est proprie et per se universale. Si autem habet individua propria et per se, non ab alio universali, tunc sequitur quod – cum omne universale habeat esse completum et perfectum, quando est in suis individuis –, quod accidens completum esse habeat et perfectum, quando est in suis individuis, ut album in hoc albo. Et sic accidens completum esse habere potest sine substantia, quod omnino est impossibile.

Restat ergo quaestio, quid sit accidens, secundum quod est unum quinque universalium, secundum Avicennam et Alfarabium.

Ad haec autem et similia non est difficile respondere, si bene revocentur ad memoriam ea quae in primo tractatu DE UNIVERSALIBUS dicta sunt. Dictum est enim quod omnia ista quinque quantum ad communem modum praedicandi de pluribus universalia sunt, ita quod sunt in multis et de multis, et quod non aequivoce praedicantur de multis in quibus sunt et quod suis particularibus dant nomina sua et rationem, ita quod unumquodque suo modo suo particulari nomen suum dat et rationem: genus scilicet ut genus, et species ut species, et differentia ut differentia, et proprium ut proprium, et accidens ut accidens; sicut album dat nomen et rationem suam secundum praedicationem accidentis huic albo, de quo praedicatur ut accidens et cui inest ut accidens.

Et quod QUAERITUR de differentia proprii et accidentis, secundum quod sunt diversa universalia praedicabilia de suis subiectis, dicendum quod differunt in hoc quod proprium est accidens 'manans de principiis essentialibus speciei', et maxime proprie proprium, cuius principia principiis speciei immobiliter sunt adaequata, quemadmodum in tractatu DE PROPRIO dictum est. Sunt autem sub principiis speciei principia substantialia individuo componentia ipsum – sicut talis anima, et tale corpus, et talis complexio, et talis membrorum compositio, et talis habitudo et huiusmodi –, ex quibus etiam oritur et manat accidens individui, quod secundum quod totum esse significat et est notio totius sub esse talis accidentis, praedicabile est de ipso, ut est idem ipsi. Et hoc sub hoc communi, quod est universale praedicabile de inferiori, specialem dicit | modum praedicandi, qui dictus est, qui non est aliquis aliorum quattuor modorum, et ideo ipsum est universale quintum, et ideo etiam vocatur accidens individui, cum proprium dicatur accidens speciei propter causam, quae SAEPIUS dicta est. Et ideo deficerent praedicabilia, nisi apponeretur aliis quattuor praedicabile ut accidens. Ideo etiam dicitur 'accidens commune', quia talis principiorum habitudo communiter in diversis generibus et speciebus particularium invenitur. Ideo etiam vocatur 'accidens infinitum', quia talia principia stantia non sunt, sed mobilia motu per accidens, qui in omnibus est et infinitus. Et ideo etiam dicitur 'accidens per accidens', quia talia principia essentialia individuis non sunt determinate de intellectu accidentis, ita quod concipiantur in ratione diffinitiva accidentis determinata subiecta, quemadmodum concipitur determinatum subiectum in diffinitione accidentis per se. Tale igitur universale praedicabile de multis per hoc quod est notio totius sub esse accidentali huiusmodi accidentis, ut dicit ALFARABIUS, est universale quintum quod vocatur accidens. Et quia nullum abstracte significatum potest esse notio totius subiecti, secundum quod est sub esse substantiali vel accidentali, propter hoc accidens in solo genere accidentis significatum, ut color vel albedo, non potest esse universale sic

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 52 *Ca* f.24rb

3–4 accidentale *editor (cum Avic.)* accidens *CaP1P2F1ShV1Pi pavlp* 5 accidentale] accidente *Ca corr. Ca*[1] 5–6 quod[2] – accidentale *hom. P2* 7 quam *om. CaP1P2* | est de *om. CaP1P2* | de] essentia nec de *add. Pi* essentia vel *add. pavlp* 7–8 natura] essentia *F1V1* 9 autem *om. pavlp* 12 est] sit *pavlp* 15 universale *om. CaP1P2* 17 esse] habere potest sive *add. F1* | habeat – perfectum] habet *V1* 19 potest] posset *F1* 23 autem *om. pavlp* | et] ad *Ca corr. Ca*[1] | difficile] facile *P2* 24 revocentur] reducentur *F1* | ea *om. pavlp* 25 sunt] aliquando *add. Ca*[1]*P1P2Pi* 25–26 Dictum – omnia] omnia enim *add. F1Sh* 25 Dictum – quod *om. CaP1P2* 27 sunt[1] *om. CaP1P2Sh* 28 in – multis *inv. CaP1P2* 29 in – et] et praedicantur etiam sic *F1* | in quibus] et *CaP1P2Sh* 31 suo modo *om. pavlp* 32–33 et – et *om. Pi pavlp* 34 album *om. Sh* 36 ut[1]] per *V1* | cui inest] accidit *CaP1P2* cui accidit sive inest *Pi pavlp* 44–45 individuo] individui *V1Pi pavlp* 47 etiam *om. V1Pi pavlp* 48 oritur] causatur *F1* 49 notio *lac. CaP1P2* 50 ut] nec *Pi pavlp* 52 inferiori] inferioribus *V1Pi pavlp* 53 qui[1] – est *om. Pi pavlp* 54 ideo[2] *om. F1V1* 57 nisi apponeretur] ubi non praeponeretur *Pi* 58 ut] et *Pi om. pavlp* 60–61 particularium invenitur] particulari non *P2* 61 vocatur] dicitur *F1V1* 62 talia *om. Pi pavlp* 65 determinate] determinata *F1Sh* 66 concipiantur] concipiatur *lp* 67 accidentis] sicut *add. F1Pi pavlp* 70 quod est] autem *CaP1P2* | sub esse] substantiae est sub esse est *P1P2* 71 huiusmodi] huius *V1Pi pavlp* 72 accidens *om. P2* 74 esse] alias genere *in marg. F1*[1] 75 propter hoc] propterea *V1* | hoc] quod *F1* 75–76 significatum] signatum *pavlp* 76 non *om. CaP1P2Sh corr. Sh*[2] | sic] sive *Pi*

3–5 Cf. Avic., ibid. (f.9vb): 'Accidens autem intelligitur hic pro accidentali'. – 20–22 Albertus solutionem quaestionis hic tantum enuntiat, sed non peragit. Solutio quaestionis desideratur etiam paulo infra p. 116 v. 9–10, ubi quidem Albertus quaestionem iterum ponit, sed nulla solutione adhibita tantum ad praedicta remittit. – 24–25 Supra p. 17 v. 39–p. 18 v. 34. – 37 Supra p. 113 v. 5–13. – 43 Supra p. 108 v. 4–7, p. 109 v. 34–38. – 56 Supra p. 108 v. 4sqq. – 71 Non invenitur.

praedicabile ut accidens, quamvis possit esse universale ut genus vel species vel differentia vel proprium. Propter quod dicit AVICENNA quod accidentale hic accidens vocatur, quando accidens quintum universale esse dicitur; quamvis enim hoc subiectum dicat et accidens, quae sunt diversarum naturarum non ad idem ordinatarum, ut potentia et actus, tamen non praedicatur secundum esse subiecti sed secundum esse accidentis, quod habet in subiecto, et ideo totum praedicatum vocatur accidens.

Et secundum hoc non est difficile respondere ad ea quae obiciendo inducta sunt. (Ad 1) Quod enim DICITUR quod omne quod est, aut est substantia, aut accidens, hoc verum est secundum quod substantia est ens per se, et accidens ens per aliud et in alio. Haec enim divisio reducitur ad hanc, quae est quod 'omne quod est, aut est ens per se, aut ens non per se', quae dividuntur per affirmationem et negationem. Et sic proprium, ut dicit BOETHIUS, est de genere accidentium. Secundum autem quod sunt diversi modi entis per se, secundum quos variatur praedicatum substantiale in quid et in quale, sic sunt diversi modi entis in alio et per aliud, secundum quos variantur modi praedicabilis accidentalis. Quoddam enim est in alio et per aliud, ita quod principia sunt adaequata isti, et immobiliter est in ipso; et hoc habet modum proprii, quod simpliciter est proprium, quia 'proprium quando' et 'proprium ad aliquid' deficiunt a 'proprio simpliciter', et ideo accipiunt secundum aliquid modum accidentis. Propter quod dicit ARISTOTELES in I TOPICORUM quod 'nihil prohibet accidens fieri proprium quando et ad aliquid'. Unde talia sunt accidentia aliquid convenientiae habentia cum proprio.

(Ad 2) Ad hoc quod DICIT quod accidens per se non est essentiale subiecto, eo quod subiectum secundum esse perfectum natura et intellectu est ante illud, dicendum quod hoc quidem verum est, quod proprium non est essentiale speciei et subiecto, de quo praedicatur, nec hoc DICTUM fuit, sed potius e converso, quod subiectum per principia universalia specifica est essentiale proprio, quia subiectum est in ratione proprii et non proprium in ratione subiecti. Nec dicitur subiectum essentiale proprio sive per se accidenti, quia sit aliquid de natura praedicati, sed quia est causa ipsius, a qua fit et in qua fit secundum esse, et ideo dicitur essentiale sibi sicut non derelinquens ipsum actu et intellectu, et non sicut conceptum ut quid vel quale essentiae ipsius, sicut genus et differentia concipiuntur in intellectu speciei. Hoc autem modo substantia non se habet ad accidens commune sive ad accidens per accidens, sed habet se tantum ut terminus ad quem terminatur esse accidentis – sine quo 'fluidum et incertum' est accidens – et sicut fundamentum in quo fundatur. Et hoc habet substantia ut substantia est et non ut haec substantia vel illa, et ideo non per se concipitur in diffinitione accidentis. Et ideo haec non est per se, sed per accidens, cum dicitur 'homo est albus', quamvis haec sit per se 'homo est risibile'. Cum enim dicitur 'homo est albus', notatur subiectum esse terminus fluxus albedinis et id in quo fundatur album, ut sit albedo in ipso, et subiectum non dicit causam, quare accidens sit tale in ipso. Cum autem dicitur 'homo est risibile', homo dicit causam, quare risibilitas sit in ipso, et ideo diversus est modus praedicandi hic et ibi.

(Ad 3) Ad hoc autem quod DICIT de accidente separabili et inseparabili, quod unum comparetur ad subiectum ut ad subiectum | tantum, alterum autem comparetur ad ipsum ut ad subiectum et causam, et sic proprium sit pars accidentis: Dicendum quod, quamvis accidens inseparabile comparetur ad subiectum ut ad causam, tamen non sequitur quod proprium sit pars accidentis. Comparatur enim proprium ad subiectum, quod est species, per principia incorruptibilia et immobilia, ut SAEPIUS dictum est. Accidens autem inseparabile comparatur ad principia individui, quae sunt mobilia et corruptibilia, ut ad complexionem hanc vel compositionem hanc facientia, quamvis propter aliquam causam non mutetur subiecto manente, sicut nigredo ad Aethiopem,

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 65 *Ca* f.24va

2 ut] rei *CaP1P2* | Propter *om. pavlp* 3 quod[1]] quid *add. V1* | hic] hoc *F1* 4 quintum] comparatum *F1* 5 enim] etiam *pavlp* 7–8 secundum – sed] nisi *Pi pavlp* 8 subiecti] sed secundum esse subiecti *add. Ca* 10 ad ea *om. pavlp* 11 Quod] quando *Pi pavlp* 12 est[2] *om. CaP1P2Sh* | aut[2]] est *add. pavlp* | accidens] est *add. F1* 13 est[2] *om. Ca corr. Ca[1]* 13–14 per – ens *hom. P1Pi corr. P1[1]* 14 accidens] est *add. V1 pavlp* | et[2] *om. pavlp* 16 est – se] per se aut ens non per se ens *CaP1P2* | ens[1] *om. Sh* | ens[2] *om. V1* | quae *om. CaP1P2* | quae dividuntur] quod dividitur *F1V1* 21 sic] si *P2* sed *pa* 22 variantur – modi] variatur modus praedicationis sive *Pi pavlp* | praedicabilis] praedicabilitatis *F1* 24 sunt *om. CaP1P2Sh* eius *praem. Pi pavlp* | est] sunt *Pi pavlp* 26 quia] et *praem. F1 add. V1* 31 convenientiae] convenientia *CaP1P2Pi* 35 hoc *om. pavlp* 38 specifica] specificata *pavlp* 41 sive] quia subiectum *V1* | quia] quod *CaP1P2ShV1Pi pav* 42 fit] sit *CaP1P2ShV1* 43 fit] sit *CaP1P2ShV1* 44 intellectu] intellectum *P1* 45 essentiae] essentiale *Pi pavlp* | ipsius] suae *F1* 46 concipiuntur] componuntur *Pi pavlp* 50 sine quo] sive *CaP1P2F1Sh* | est] esse *F1* 51 in] id *praem. F1 om. pavlp* 53 concipitur in] accipitur in ratione sive *Pi pavlp* 55 cum dicitur *om. V1* 56 risibile] risibilis *V1Pi pavlp* 57 notatur] vocatur *F1* | terminus] hominem *lp om. pav* | fluxus *om. Ca corr. Ca[1]* 59 dicit] dicat *lp* 60 risibile] risibilis *V1Pi pavlp* risibilis vel *praem. F1* 63 dicit] dicitur *F1 lp* 64 comparetur] sequitur *F1* alias comparatur *in marg. F1[1]* 65 ad *om. F1V1* | alterum] alter *lp* 66 ipsum] subiectum *Pi pavlp* | et[1]] ad *add. Pi pavlp* 74 hanc] habeat *CaP1P2* | vel] ad *add. pavlp* 75 hanc] habeat *add. P1P2*

3 Avic., Logica pars 1 c. 11 (Venetiis 1508 f.9vb). – 11 Supra p. 113 v. 14–15 cum nota p. 113 v. 15. – 18 Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 4 c. 15 (CSEL 48 p. 276 v. 3–5). – 25–27 Cf. supra p. 109 v. 7–9. – 29 Arist., Top. l. 1 c. 5 (102 b 20–22); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p. 11 v. 16–17. – 32 Cf. supra p. 113 v. 22. – 37 Supra p. 110 v. 34–78. – 50 Cf. supra p. 113 v. 36–41 cum nota ad p. 113 v. 39–40. – 63 Supra p. 113 v. 55–60. – 72 Supra p. 109 v. 21–52.

ut dicit ARISTOTELES in libro DE CAUSIS PLANETARUM, quia semen in matrice decoquitur decoctione forti, et ideo epotatur humidum clarum et remanet terrestre nigrum et non clarum. Et cum alia sit comparatio proprii et insepararabilis accidentis ad subiectum, patet quod proprium non est pars accidentis, nisi forte 'proprium quando' et 'ad aliquid', quae sunt simpliciter de natura accidentis et secundum quid propria, ut DICTUM EST.

Ad hoc autem quod QUAERITUR, quid hic dicatur accidens, iam patet responsio ex PRAEDICTIS.

Quod autem QUAERI posset, quae sit differentia accidentis et accidentalis, ex quo accidens dicitur hic accidentale, ut dicit AVICENNA, solvendum per eundem AVICENNAM dicentem, quod accidens dicitur per oppositionem ad substantiam; accidentale autem est denominatum ab accidente et ratione esse accidentalis praedicatum et non ratione esse substantialis, quod habet subiectum. Et ideo DICIT quod album non dicit albedinem, sed rem albam sub esse albedinis designatam. Et hoc iam in PRAECEDENTIBUS est determinatum. Universale enim non praedicatur nisi per hoc quod est notio totius esse sui subiecti, sicut SAEPE dictum est.

Ad hoc autem quod de individuo huius universalis QUAERITUR, dicendum quod – sicut alia – quaedam propria habet individua, quia aliter non esset per se et univoce universale sicut alia. Et hoc verum est quod universale ut universale non habet perfectum esse secundum actum et naturam nisi in suo particulari, et sic hoc album perfectum esse dat albo in universali designato. Sed ex hoc ulterius non sequitur, quin hoc accidentale esse dependeat ad substantiam ut ad terminum sui fluxus et sui esse fundamentum, et sic indiget individuo substantiae. Et hoc est ideo, quia est universale quod est accidens, et ideo inquantum universale habet individuum, et inquantum hoc universale quod est accidens, indiget individuo substantiae, sicut et de proprio dictum est in ANTEHABITO TRACTATU. Propter enim talem diversum modum praedicandi diversum est ab aliis hoc universale. Sic igitur secundum PERIPATETICOS posteriores determinandum est de intentione accidentis, antequam procedatur ad assignationes accidentis. Propter quod AVICENNA Porphyrium redarguit, quod omissa determinatione accidentis, cuius intentio nota non erat, statim processit ad descriptiones ipsius.

Cap. 2. De assignationibus accidentis datis ab antiquis de accidente, prout est universale, et primo de prima

Assignationes accidentis a Porphyrio et aliis datae a posterioribus PERIPATETICIS multipliciter dicuntur esse vitiosae et reprehensibiles. Et dicta de accidente, prout universale est, ab AVICENNA et ALGAZELE et ALFARABIO et IACOBO FILIO ALCHINDI dicuntur minus veritatis habere et esse multipliciter imperfecta, et in quibusdam non vera et in quibusdam imperfecta et in quibusdam ad rem non pertinentia.

Quod enim dicunt antiqui in prima accidentis assignatione, quod *accidens est quod adest et abest praeter subiecti corruptionem*, de imperfectione CULPATUR, quia in diffinitione speciei mentio debet esse generis. Debuit ergo dici quod accidens est universale; universale enim quinque universalibus est pro genere. Adhuc autem addi debuit differentia contrahens praedicabile, quod est accidens, et separans ipsum ab aliis in modo de pluribus praedicandi, ut diceretur sic: 'accidens est universale praedicatum de pluribus non essentialiter, secundum quale et

Arist. Lat. 20,7–12 (Busse 12,23–13,3) DE ACCIDENTI. – Accidens vero est quod adest et abest praeter subiecti corruptionem. Dividitur autem in duo, in separabile et in inseparabile; namque dormire est separabile accidens, nigrum vero esse inseparabiliter corvo et Aethiopi accidit (potest autem subintellegi et corvus albus et Aethiops amittens colorem praeter subiecti corruptionem).

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 planetarum] plantarum *F1* particularium *pavlp* 3 epotatur] evaporat *F1* exoritur *Pi* resolvitur *pavlp* 9 dicatur] vocatur *V1* 10 ex praedictis] in supradictis *pavlp* 13 solvendum] est *add. V1Pi pavlp* 16 accidentalis] quod habet *add. Pi pavlp* 17 ratione] commune *CaP1P2* 20 iam] quia *pavlp* 21 enim – praedicatur] non praedicari *pavlp* | quod – notio] notius *CaP1P2* | quod est *om. Sh* 22 sicut saepe] sed hoc saepius *Pi* hoc saepius *pavlp* 23 de *om. CaP1P2* 27 esse] tunc *CaP1P2* 28 actum] esse vel *praem. Pi* 30 quin] quando *Ca* 32 et[1]] ad *add. F1* 33 est[1] *om. pavlp* 34 ideo *om. Pi pavlp* 38 aliis] illis *Pi pavlp* 40 accidentis] accusantis *lp* 41 procedatur] proceditur *P1P2* 42 omissa] dimissa *V1* 45–47 assignationibus – prima] prima assignatione accidentis data a Porphyrio *lp* 48 et] ab *add. F1Pi pavlp* 48–49 a posterioribus *om. pavlp* 52 et] a *add. ShV1* | Alchindi] Alchidi *P1P2* Alchyda *V1* | dicuntur *om. pavlp* | veritatis *om. CaP1P2F1ShV1* 53 et[2] *om. Pi pavlp* 54 imperfecta] non perfecta *V1* 58–59 de – mentio *om. pavlp* 58 culpatur] culpantur *V1* 59 debet] debuit *V1 p* desit *pav* defuit *l* 60 enim] in *add. F1* 61 universalibus] generibus *Pi pavlp* | pro genere] prout genus *V1* | autem] cum *Pi pa om. vlp* 62 contrahens] ad *add. V1Pi pavlp* 65 secundum] sed in *Pi pavlp* sed et *V1*

68 amittens] nittens *LdReVcHeKöC*^{bv} | colorem] colore *VcHeKöC*^{bv}

1 Ps.-Arist., De causis proprietatum elementorum et planetarum cf. Averr., De causis (Venetiis 1562 t. 7 f.206A-B). Cf. Alb., De nat. et orig. an. Ed. Colon. t. 12 p. 15 v. 69–71 cum nota. – 8 Supra p. 109 v. 7–52, p. 111 v. 13–17. – 9 Supra p. 113 v. 61–62. – 10 Tam hic quam supra solutio quaestionis desideratur cf. supra p. 114 v. 20–22 cum nota. – 11 Supra p. 114 v. 3–8. – 13 Avic., Logica pars 1 c. 11 (Venetiis 1508 f.9vb). – 14 Avic., ibid. – 18 Avic., ibid. (f.9va). – 20 Supra p. 114 v. 72–p. 115 v. 9. – 22 Supra ex.gr. p. 29 v. 65–69, p. 60 v. 60–66, p. 112 v. 47–52. – 24 Supra p. 114 v. 9–19. – 37 Supra p. 111 v. 29–35. – 39–44 Avic., Logica pars 1 c. 11 (Venetiis 1508 f.9vb). – 49–52 Cf. Avic., Logica pars 1 c. 11 (Venetiis 1508 f.9vb); supra p. 17 v. 4–p. 19 v. 28. – 58 Cf. Avic., ibid.

non in quid'. Hoc enim esset causa, quare *adest vel abest* ei, de quo praedicatur, *praeter subiecti corruptionem*. Adhuc autem sicut *abest praeter subiecti corruptionem*, ita adest praeter subiecti constitutionem. Motus enim secundum accidentia, ut dicit ARISTOTELES in V PHYSICORUM, est de subiecto ad subiectum, eodem subiecto remanente et salvato sub utroque terminorum motus. Et haec est causa, quare *adest* | *et abest praeter subiecti*, de quo praedicatur, *corruptionem*.

Dicit etiam AVICENNA vitium esse in hoc quod secundum hanc assignationem accidens dividunt in accidens *separabile* et in accidens *inseparabile*, dicentes quod *dormire* vel sedere *est separabile accidens, nigrum vero esse corvo et Aethiopi inseparabiliter accidit*. Et si OBICIATUR quod hoc videtur oppositum esse ei quod dicitur in assignatione accidentis, quia si *adest et abest praeter subiecti corruptionem*, tunc omne accidens videtur esse separabile et nullum inseparabile subiecto manente: Dant responsionem valde calumniosam DICENTES, quod accidens omne separabile est secundum intellectum, quia *potest subintelligi corvus albus et Aethiops nitens colore*; nitens autem color non est nisi albus. Et haec responsio valde videtur debilis, quia separabile secundum actum et separabile secundum opinionem vel intellectum sunt separabilia aequivoce et talia in assignationibus diffinitionum poni non debent.

Adhuc autem falsum videtur quod dicunt, quod praeter subiecti corruptionem possit intelligi *corvus albus et Aethiops nitens colore*. Nigredo enim comparatur ad corvum et Aethiopem ut ad subiectum et causam substantialem materiae et subiecto corvi et Aethiopis. Et ideo manente corvo, secundum quod corvus est, non potest intelligi corvus albus, ut videtur, quia corvo posito ut subiecto ponitur causa nigredinis et posita causa nigredinis non potest intelligi quod albedo insit corvo. Vitiosa igitur videtur talis accidentis assignatio. Et haec omnia concedit AVICENNA.

Adhuc autem etiam falsum videtur quod dicitur, quia mors accidit homini et combustio domui, et neutrum horum *adest praeter subiecti corruptionem*. Adhuc autem generatio accidit homini et aedificatio domui, et neutrum adest praeter subiecti constitutionem. Sic igitur Arabes philosophi hanc Porphyrii reprehendunt accidentis descriptionem.

Ad haec quidam Latinorum finxerunt quasdam responsiones, quas quia deliramenta reputamus, de eis nullam facimus mentionem. Est autem veritas de his quod antiqui, cum dixerunt quod *accidens est quod abest et adest praeter subiecti corruptionem*, ex prima divisione universalis in quinque universalia subintelligi volunt universale, ut sit sensus: Accidens est universale, quod de subiecto praedicatur non essentialiter, et ideo potest inesse subiecto eidem et abesse ab eodem. Nec oportuit ponere, quod per divisionem a quolibet subintelligi poterat. Similiter dixerunt de hoc quod dicitur de modo praedicandi non essentiali. Hic enim modus intelligitur ex determinatis in aliis, quae omnia essentialiter praedicantur secundum primum vel secundum modum dicendi per se, sicut in ANTEHABITIS dictum est. Et cum solum accidens residuum sit inter universalia et ultimum, eo quod minus omnibus habet de ratione praedicabilis, relinquebatur quod non essentialiter praedicaretur, et sic ad affirmandum et negandum se habet ad suum subiectum, quod *adest et abest* eidem subiecto, subiecto eodem manente incorrupto. Quod non convenit alicui aliorum universalium, quae se non habent ad subiecta de quibus praedicantur nisi affirmando et non negando, quia vel ipsa insunt subiectis actu et intellectu vel subiecta insunt ipsis praedicatis secundum intellectum; quod non est in subiecto accidentis nec etiam in praedicato.

Quod autem SUBIUNGITUR de divisione accidentis, ideo est, ut ostendatur assignatio vera de utroque accidente. Et de separabili quidem planum est quod dicitur. De inseparabili etiam verum est, quia docet ARISTOTELES quod alteratio est, cum eodem manente subiecto motus fit in suis passionibus; motu autem facto secundum inseparabile accidens non potest negari, quin sit

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 8 *Ca* f.24vb

1 Hoc] haec *P2F1V1* | causa *om. Pi lp* | vel] et *F1V1* 3 autem *om. pavlp* | adest] abest *pavlp* 4 subiecti] eius *V1* 5 ut] sicut *P1P2Pi pavlp* 6 remanente] manente *F1Sh* 7 haec] hic *F1* 10 esse] est *P1P2* 11 assignationem] accidentis *add. Pi pavlp* 12 in accidens *om. pavlp* 14 obiciatur] ostenditur *F1* dicitur *V1* | hoc] hic *P1P2* 16 adest] eidem *CaP1P2 praem. Pi pavlp* | et abest *om. pa* 17 tunc] esse *CaP1P2* | esse *om. lp* 18 inseparabile] separabile *P1P2* 19 omne] esse *V1Pi om. pavlp* 20 est] a subiecto *add. Pi pavlp* 21 nitens[1]] candore sive *add. Pi pavlp* 22 Et haec] haec autem *Pi pavlp* 24 vel *om. CaSh* 28 colore] candore *Pi pavlp* 29 et[1] – et] ad *add. pavlp* 30 subiecto] substantiae *V1* 34 intelligi *om. CaPi* | insit] sit in *F1V1* 35 igitur] ut *add. V1Pi pavlp* | assignatio] est *add. V1 pavlp* 37 Adhuc – videtur] vitiosa ergo ut videtur diffinitio *F1* | quod dicitur *om. Pi pavlp* | quia] quod *P1P2Pi* 39 horum] eorum *V1* illorum *pavlp* 40–41 accidit – constitutionem *om. pavlp* 41 constitutionem] constructionem *CaP1P2* 42 reprehendunt] reprehenderunt *Pi pavlp* 44 Ad haec] adhuc *pa* ad hoc *vlp* autem *add. F1Pi* 45 reputamus] reputo *pavlp* 46 facimus] faciemus *F1 pavlp* 47 quod[1]] quae *Pi vlp* qui *pa* | antiqui] narrant *add. P1P2* | cum *om. Pi pavlp* 48 prima] enim *add. Pi pavlp* 51–52 inesse subiecto] esse sub *V1* 55 enim *om. Pi pavlp* 60 omnibus *om. pavlp* | de ratione] divisionem *CaP1P2* 60–61 relinquebatur] relinquitur *F1* 61 praedicaretur] praedicatur *F1* | sic] indifferenter *add. Pi pavlp* 62 se *om. CaP1P2F1Sh* 63 quod] quia *CaF1ShV1* | eidem subiecto *om. V1* 64 manente] remanente *Pi pavlp* 65 se *om. F1* 66 nisi] non *pav* modo *lp* | non] modo *lp* | vel *om. pavlp* 68 praedicatis] praedicamentis *V1* | est in] inest *pavlp* 69 in *om. pavlp* 70–71 ideo] ratio *pavlp* 73–74 Aristoteles *om. P2* 74 cum] quando *lp*

5 Arist., Phys. l.5 c.1 (225 a 8); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p.194 v.20. – 10 Avic., Logica pars 1 c.11 (Venetiis 1508 f.9vb). – 14 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l.4 c.17 (CSEL 48 p.282 v.5–12). – 19 Cf. Boeth., ibid. (p.282 v.12–22). – 36 Cf. Avic., Logica pars 1 c.11 (Venetiis 1508 f.9vb). – 51–52 Cf. Arist., Top. l.1 c.5 (102 b 5–7); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.11 v.2–4. – 58 Supra ex.gr. p.50 v.38–p.51 v.70; p.109 v.21–28. – 70 Supra p.117 v.10–14. – 73–74 Arist., Cat. c.14 (15 a 20–21); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p.39 v.21–23.

motus alterationis et non substantiae. Oportet igitur quod maneat idem subiectum salvatum secundum esse substantiale, quia aliter motus esset aut de non subiecto ad subiectum aut de subiecto ad non subiectum. Et haec est necessitas, quae compulit antiquos dicere quod secundum inseparabilia accidentia praedicatio est accidentis, *quod adest et abest praeter subiecti corruptionem*. Est enim constitutio subiecti duplex: secundum esse scilicet simpliciter et secundum esse talis vel talis complexionis. Secundum esse simpliciter constituitur ex solis principiis substantiae, quae sunt forma et materia ad speciem vel individuum | speciei determinata. Secundum esse autem talis vel talis complexionis constituitur ex qualitatibus principiorum substantialium et non ex ipsis principiis. Cuius signum est, quia si ovum corvi accipiatur et argento vivo in humore viscoso – sicut est unguentum anseris vel catti, quae frigida sunt animalia – circumliniatur et nidus in frigidissimo sit loco, sicut in summis montibus frigidis, erit ex ovo corvus albus, et aliquando erit albus ex sola loci excellenti frigiditate. Et hoc non esset nisi principia substantialia manentia a talibus accidentibus essent separabilia. Est etiam manifestum quod Aethiops in locis frigidis paulatim albescit propter eandem causam.

Quod autem OBICITUR quod talia inseparabilia ad subiectum comparantur ut ad causam, hoc intelligitur quod subiectum ibi cum substantia et principiis substantiae talem in ratione et in nomine suo designat complexionem. Si autem subiectum sine tali complexione supponatur, tunc manente eodem subiecto *adest et abest* accidens.

Et quod DICIT separationem secundum opinionem vel intellectum et separationem secundum actum esse aequivocam, dicendum quod verum esset, si separabilitas illa non esset nisi in anima et non in re subiecta. Nunc autem intellectus refertur ad rem, ut dictum est, et ideo non est ibi peccatum aequivocationis.

Ex hoc patet solutio cuiusdam, quod obici posset, quod scilicet etiam subiectum proprii potest intelligi sine proprio, et sic separari secundum intellectum posset id quod est proprie proprium: Quia patet quod hoc non est verum, quia proprium dependet per substantialia principia ad speciem, et ideo intelligi non potest sine specie, quia species est in intellectu proprii, ut PRIUS dictum est.

Quod autem contra veritatem illius assignationis OBICITUR de morte et combustione, dicendum quod deliramentum est in veritate quod dicunt Latini, quod scilicet post combustionem domus adhuc intelligatur. Hic enim intellectus penitus est contra rei naturam. Quod etiam dicatur quod remanet adhuc in elementis mortuus vel in prima materia, absurdissimum est, quia 'hyle', ut in I DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE dicit ARISTOTELES, 'subiectum est generationis et corruptionis', et non motus illius qui est secundum accidentia; illius enim motus subiectum est subiectum in forma substantiali salvatum secundum Aristotelis doctrinam. Unde dicendum quod mors mortuo non est accidentalis nec etiam combustio combustae domui, quinimmo per se et essentialis est haec: 'mortuum in esse substantiali interiit', et 'combustum interiit', sicut haec est per se: 'decollatum interiit' vel 'interfectum interiit' secundum interfectionem. Mors enim est dissolutio principiorum vitae substantialium in eo quod mortuum est, et combustio dissolutio principiorum continentium figuram domus. Tale igitur praedicatum 'mortuum non est' et 'combustum non est' per se et essentialiter est in subiecto, et ideo inter accidentalia praedicata non est computandum. Accidens enim de quo hic intenditur, non est id quod dividit ens cum substantia, sed est idem quod accidentale praedicatum, quod esse accidentalis est notio sive designatio.

Et si obiciatur quod tale accidens est fluxibile et corruptibile, et ideo universale esse non potest, quia universale est incorruptibile, dicendum quod accidens ut hoc accidens vel illud in hac materia vel illa acceptum est fluxibile et corruptibile, sed ut abstractum ab hoc et illo et in universali acceptum, est per rationem incorruptibile, sicut et alia universalia. Sic igitur salvatur dicta assignatio antiquorum Peripateticorum.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 12 *Ca* f.25ra

4 aut] ad *Ca* 10 ex *om. Pi pavlp* 11 vel] ad *add. Pi pavlp* 14 substantialium] substantialibus *V1* 15 quia] quod *F1V1* 16–17 anseris] anxerum *F1* 17–18 circumliniatur] circumbinatur *Ca* circumbibatur *F1* circumvolvatur *F1*[1] 20 excellenti *om. pavlp* 21 manentia *om. Pi pavlp* 22 etiam] enim *pavlp* 25 obicitur] ostenditur *F1V1* alias obicitur *in marg. F1*[1] 26 causam] et *add. pavlp* | intelligitur] est *F1ShV1Pi pavlp* 27 quod] quia *Pi pavlp* | cum] causa *Ca* 28 designat] designet *P1P2* designant *pavlp* 33–34 aequivocam] aequivocis *CaSh* in aequivocis *P1P2Pi pavlp* 34 esset] esse *Ca* | si] nisi *pavlp* 35 re subiecta] subiecto *pavlp* | Nunc] non *pa* ille *vlp* 37 est *om. P2* | ibi *om. pavlp* 38 cuiusdam] ei *pav* eius *lp* | posset] potest *Pi lp* 39–40 quod – posset] contra *F1* 39 scilicet] ita *pavlp* 40 id] istud *pavlp* 45 est] plene *add. F1* 46 veritatem] veritatis *CaP1P2Sh* 48–49 quod scilicet] quia si *pa* | scilicet] et *vlp* 50 penitus est] positus *CaP1P2Sh* 51 dicatur] dicunt *F1* dicitur *Pi* 51–52 mortuus] mortuis *P1P2Pi pa* 57 salvatum] formatum *F1ShV1* | Aristotelis doctrinam] Aristotelem *F1* 58 accidentalis] accidentale *Pi pavlp* 59 combustae] combustibile *pa* combustibili *vlp om. F1* | quinimmo] et *add. pavlp* 59–60 essentialis – mortuum] essentiale est huic motui ut *F1* essentiale est hoc mortuum *pavlp* 60 interiit] interest *pa* 61 haec] hoc *vlp* | est *om. pavlp* 64 eo quod] quo *P1P2* | quod *om. CaSh corr. Sh*[2] | mortuum] non *add. pavlp* | combustio] domus est *add. F1* est *add. V1* 66 et] vel *Pi lp* 68 praedicata *om. pavlp* | non *om. CaP1P2* 69 Accidens] docens *pa* 71 esse *om. pavlp* 73 et] sive *V1* 75 incorruptibile] et ideo universale esse non potest *add. Ca exp. Ca*[1] 76 illa] alia *Pi pavlp* 78 et *om. Pi pavlp* 79 igitur] enim *P1P2Pi pavlp* 80 antiquorum *om. Pi pavlp*

25 Supra p. 117 v. 26–36. – 32 Supra p. 117 v. 22–25. – 44 Supra p. 108 v. 4sqq. – 46–47 Supra p. 117 v. 37–41. – 53–54 Arist., De gen. et corr. l. 1 c. 4 (320 a 2–3); transl. vetus Arist. Lat. IX,1 p. 25 v. 5–7.

Cap. 3. De secunda assignatione accidentis et tertia

Sic autem assignata accidentis descriptione per modum inhaerentiae subiecto de quo praedicatur, aliam etiam induxerunt accidentis assignationem penes causam inhaerentiae sumptam, dicentes quod *accidens est quod contingit eidem* in*esse vel* contingit eidem *non* in*esse*. Sic enim intelligitur quod dicunt, quod *contingit eidem* in*esse vel non* in*esse*, ut contingens sit ad utrumque. *Contingit* enim *inesse* quod non habet suae inhaerentiae causam essentialem, et contingit *eidem non inesse* quod non habet essentialem causam, quae impediat quod non insit. Et hoc est conveniens omni accidenti, etiam inseparabili, sicut NUPER ostensum est. Principia enim, quae in subiecto accipiuntur | et sunt accidentis inhaerentis principia, contingentia et non essentialia sunt principia, et ideo quidquid ex talibus principiis contingit inesse, contingit etiam non inesse contingenter mutatis principiis. Et haec assignatio separat hoc praedicatum, quod est accidens, ab omnibus aliis. Genus enim praedicatum est quod essentialiter inest ei, de quo praedicatur, ut ens de ratione eius, de quo praedicatur; similiter et differentia tale est praedicatum et eodem modo species; proprium autem non inest nisi per intellectum speciei in proprio. Solum autem accidens per contingentem causam dicitur inesse et per contingentem causam dicitur non inesse. Propter quod etiam minime habet de ratione praedicationis et per consequens minime habet de ratione universalis, quamvis forte de pluribus praedicetur quam genus vel species vel differentia vel proprium; est tamen universale et praedicabile, per quod contingit totum sub esse talis accidentalis designari, et ideo nomen tale, esse totius subiecti designans, notio est ipsius et ut idem de subiecto praedicatur.

Propter quod etiam tertiam induxerunt accidentis assignationem dicentes quod accidens est *quod neque genus neque species neque differentia neque proprium* sit, *semper autem subiecto* in*est subsistens*.

Quam diffinitionem non satis rationabiliter reprehendit AVICENNA dicens quod hoc quod apponitur 'semper autem subiecto inest subsistens', omnino otiose apponitur et contra intellectum eorum quae in ALIIS ASSIGNATIONIBUS dicta sunt. Otiose quidem, quia – cum accidens dicatur quasi 'ad-cadens', eo quod non sit simpliciter ens, sed cadens ad substantiam, quae simpliciter est ens, et sic sit potius entis quam ens – non oportuit ponere quod est in subiecto. Non enim proprie est in subiecto, sed est aliquo modo subiecti aliquid potius quam sit, hoc est, esse habeat in subiecto. Non enim habet esse in subiecto, sed subiectum secundum quid habet esse secundum ipsum. Et quod dicitur 'subsistens accidens', dicit AVICENNA nihil significare, sicut vox non significativa est 'buba' vel 'bultrix'. Accidens enim, si accidens est, nullo modo subsistit, quia non habet subsistentiam aliquam, sed in subiecto tantum est, ita quod haec determinatio 'in subiecto' diminuat rationem essendi vel subsistendi. Non enim nisi secundum quid est quod non nisi in subiecto est, et sic superflue ponitur 'subsistens'. Est enim sensus quod accidens est 'subsistens', hoc est, quamdiu est, in subiecto est; et quando in subiecto non est, tunc non subsistit nec est.

Haec autem assignatio etiam aliis impugnatur modis, quia eadem ratione posset dici de quolibet aliorum universalium sic quod genus est, quod 'neque accidens neque species neque differentia neque proprium est, semper autem in subiecto est'. Et similiter posset de aliis dici per negationem aliorum.

Adhuc autem accidens non *semper in subiecto est*, si 'adest et si abest praeter subiecti corruptionem'.

His autem omnibus et similibus non est difficile respondere, consideratis secundum logicam intentionem

Arist. Lat. 20,12–18 (Busse 13,3–8) Definitur autem sic quoque: "accidens est quod contingit eidem esse et non esse", vel "quod neque genus neque differentia neque species neque proprium, semper autem est in subiecto subsistens".
Omnibus igitur determinatis quae proposita sunt, dico autem genere, specie, differentia, proprio, accidenti, dicendum est quae eis communia adsunt et quae propria

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 14 *Ca* f.25rb

2 et tertia *om. F1* data a Porphyrio *add. lp* 3 Sic] hic *F1* | autem] igitur *V1* 7 contingit eidem *om. F1V1Pi pavlp* 8 contingit *om. P1P2* | vel] et *P1P2Pi pavlp* 9 sit *om. P1P2* 12 hoc *om. pavlp* 13 inseparabili] separabili *F1* 14 et *om. V1* 15 inhaerentis] inhaerentia *F1* 16 quidquid] quamquam *P1P2* 18 Et haec] haec autem *F1* 20–21 ut – praedicatur *hom. P2* 21 eius] eiusdem *V1* | et *om. F1 pavlp* 23 autem – inest] etiam non est *F1* | proprio] propria *pavlp* 25 dicitur] vi esse *add. Ca exp. Ca*[1] 28 praedicetur] praedicatur *CaP1P2* 28–33 quam – praedicatur *hom. P2* 30 per *om. CaP1P2ShV1Pi pavlp* | quod] quo *V1* | totum] totam *CaP1* et *add. lp* 31 talis accidentalis] tali accidentali *F1 pavlp* | designari] designati *CaP1Pi* designatur *pavlp* 32 et *om. P1 pavlp* 34 accidentis] antiqui *add. F1* 35 quod[2]] cum *add. F1* 40–41 apponitur et] opponitur etiam *V1* 43 ad-cadens] ad aliud cadens *F1* cadens *pavlp* 44–45 sed – ens *hom. Pi pavlp* 44 cadens] cadit *F1V1* 45 sic *om. pavlp* | sit *om. V1* 49 quid] quod *pa* quod subiectum *vlp* 51 sicut] sed *Pi pavlp* 52 est] sicut *add. pavlp* | buba] bulia *Ca* bubba *P1P2* | bultrix] biltrix *CaShV1* butrix *F1* buitrix *Pi* 55 diminuat] determinat *Pi pavlp* 56 Non enim] et non *pavlp* subsistit *add. V1* 57 est[1] *om. V1* | nisi *om. Pi* 58 enim] et *Pi pavlp* 59 est[1] *om. CaShV1* | quamdiu] quod diu *CaP1P2* 62 autem *om. P1* | etiam] in *add. Sh om. pavlp* | aliis – modis] impugnant *F1* 63 posset] possit *CaP1P2* 69 si *om. P1ShV1 corr. P1*[1]

6–7 Arist., Top. l.1 c.5 (102 b 6); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.11 v.2. – 13 Supra p.117 v.70–p.118 v.31. – 39 Avic., Logica pars 1 c.11 (Venetiis 1508 f.9vb). – 41–42 Supra p.116 v.56sqq., p.119 v.3sqq. – 45 Cf. Arist., Metaph. l.7 c.1 (1028 a 18); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p.25 v.2; p.123 v.10; Auctor. Arist. 1,160 (ed. Hamesse p.128). – 51 Avic., Logica pars 1 c.11 (Venetiis 1508 f.9vb). – 68–69 Porph., Isag. c. De accidente (Arist. Lat. I,6–7 p.20 v.7–8); supra p.116 v.56–58.

universalibus. Hoc enim modo accidens praedicatum maxime ab inhaerentia subiecti deficiens est, et ideo describitur per negationem aliorum, sicut privatio per negationem habitus; non quod penitus sit privatio, sed quia privationi simile est et privationi propinquum, quia privatur inhaerentiae certa causa, et hoc non est in aliis. Et quamvis negatio nihil certificet, cum sit infinita, tamen, cum finitur ad ea quae negat, certificat aliquo modo.

Et quod dicitur quod semper est in subiecto, dicendum quod ista obiectio provenit ex malo intellectu illius ASSIGNATIONIS. Non enim vult dicere quod semper simpliciter sit in subiecto, sed potius quod accidens praedicatum subsistens, hoc est, dum est, non habet esse nisi in subiecto, et ideo ad subiectum secundum suum esse semper habet inclinationem, et quando non est in subiecto, tunc non est.

Hoc est ergo quod antiqui de accidente DIXERUNT, quod *accidens est quod adest et abest praeter subiecti corruptionem.*

Dividitur autem in duo, in separabile et in inseparabile. Nam dormire separabile accidens est, nigrum vero inseparabile est *corvo et Aethiopi*, et tamen utrique *accidit, potest* enim *subintelligi corvus albus et Aethiops nitens colore praeter subiecti corruptionem.*

Diffinitur autem accidens adhuc *sic: Accidens est quod contingit eidem inesse et* contingit eidem *non inesse.* |

Adhuc autem tertio diffinitur sic: Accidens est *quod neque genus neque species neque differentia neque proprium* est, *semper autem subiecto inest subsistens.*

Omnibus igitur his universalibus secundum intentionem logicam singillatim *determinatis, quae proposita sunt* in enuntiatione superius habita in PRIMO TRACTATU – *dico autem genus*, *species* et *differentias*, *proprium et accidens* – *dicendum* deinceps, *quae eisdem communia et quae sunt* eis *propria.*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 24 *Ca* f.25va

3 describitur *om. CaP1P2F1Sh* | sicut] sed *Pi* sed est *pavlp* 4 penitus] positum *CaP1P2* positivum *F1* | sit] aliquid *add. F1* 5 est *om. Pi pavlp* 7 Et *om. pavlp* | cum – infinita *om. Pi pavlp* | tamen *om. Sh* 7–8 tamen, cum *inv. CaP1P2* 8 finitur] terminatur *pavlp* 9 quod[2]] non *add. lp* | in subiecto *om. CaP1P2* 11 semper *om. Pi pavlp* 14 ad subiectum] aliquid sensum *Pi* 16 est] habet esse *F1* 19 duo] scilicet *add. Pi pavlp* | Nam *om. pavlp* 20 vero] autem *P2* 21 subintelligi] intelligi *F1V1Pi* 22 colore] candore *F1 lp* 24 contingit eidem *om. F1 pavlp* 25 autem tertio] ergo *pavlp* 28 igitur] autem *ShV1* 29 singillatim] sigillatim *CaP1P2F1V1Pi pavlp* 31 genus] genera et *V1* | species] speciem *Sh vlp om. pa* | et[1] – proprium] proprium differentiam *pavp* | differentias] differentia *P1P2F1ShPi om. l* 32 sunt – propria] propria sint *Pi pavlp*

10 Supra p. 119 v. 68–69. – 11 Cf. p. 119 v. 34–37. – 17 Cf. supra p. 116 v. 66, p. 116 v. 56–58. – 19–22 Cf. supra p. 116 v. 66–68. – 30 Supra p. 17 v. 50–p. 18 v. 17.

INCIPIT TRACTATUS DE COMMUNIBUS ET DIFFERENTIIS HORUM QUINQUE UNIVERSALIUM

Cap. 1. De his quae omnibus his sunt communia simul

Omnibus autem, quae de universalibus singillatim dicenda videbantur, exsecutis, nunc demum restat dicere de communibus in quibus conveniunt, et de differentiis in quibus differunt abinvicem. Primum autem dicemus de his quae omnibus simul sunt communia. Dicimus autem quod *commune quidem omnibus est* simul, quod inest eis per hoc quod universalia sunt, et hoc est *de pluribus praedicari*. Hoc enim omnibus necesse est convenire, quia universale, quod est quasi genus ipsorum, per hoc diffinitur, quia universale est quod 'est in multis et de multis'. In multis autem esse causa est quod praedicetur de illis; et de multis esse idem est ei quod est de multis praedicari. Hoc tamen, quamvis omnibus quinque commune sit, differenter tamen convenit eis, quia *genus quidem de speciebus* suis *et de individuis* et generis et speciei praedicatur per hoc quod est in illis secundum actum et secundum intellectum. *Et similiter differentia*, cum sit generalis, similiter praedicatur de speciebus et de individuis specierum per hoc quod ut quale essentiale est in illis secundum actum et secundum intellectum. Et quod de differentia ultima convertibili posset contra hoc obici, iam in tractatu DE DIFFERENTIA determinatum est. *Species autem* praedicatur de pluribus, quia praedicatur in quid *de his quae sub ipsa* specie *sunt, individuis*. Similiter autem *et proprium* praedicatur de pluribus, quia quamvis de una sola *specie* praedicetur, tamen quia species est in individuis ut 'totum esse individuorum', propter hoc etiam proprium praedicatur de omnibus illius speciei *individuis*, et sic de pluribus praedicatur. *Accidens autem etiam* praedicatur *de* pluribus *speciebus* et aliquando de pluribus generibus, ut album de cygno et nive et cerussa, et etiam praedicatur *de individuis* tam generum quam specierum.

Hoc autem et inductione probatur et exemplo. *Animal* enim, quod est genus, de homine et *de bove* praedicatur, *quae sunt* plures *species, et de equo*; praedicatur etiam *de hoc equo* et de hoc homine, *quae sunt individua. Irrationale vero*, quod est differentia vel loco differentiae divisivae positum, praedicatur *de equo et de bove et de* harum specierum *particularibus* praedicatur. *Species autem* specialissima, quae solum species est et non genus, praedicatur de pluribus; praedicatur enim de his quae sunt illius speciei particularia, *ut homo de his qui sunt particulares* homines. *Proprium vero, quod est risibile*, praedicatur *de homine* ut de una sola specie, et praedicatur *de his qui sunt particulares* homines. *Nigrum autem, quod est accidens inseparabile*, praedicatur

Arist. Lat. 21,1–18 (Busse 13,9–21) DE HIS COMMUNIBUS QUAE ASSUNT GENERI ET SPECIEI ET DIFFERENTIAE ET PROPRIO ET ACCIDENTI. – Commune quidem omnibus est de pluribus praedicari; sed genus quidem de speciebus et de individuis, et differentia similiter, species autem de his quae sub ipsa sunt individuis, at vero proprium et de specie et cuius est proprium et de his quae sub specie sunt individuis, accidens autem et de speciebus et de individuis. Namque animal de equis et bubus et canibus praedicatur quae sunt species, et de hoc equo et de hoc bove quae sunt individua; inrationale vero et de equis et de bubus praedicatur et de his qui sunt particulares; species autem, ut homo, solum de his qui sunt particulares praedicatur; proprium autem, quod est risibile, de homine et de his qui sunt particulares, nigrum autem et de specie corvorum et de his qui sunt particulares, quod est accidens inseparabile; et moveri de homine et de equo, quod est accidens separabile, sed principaliter quidem de individuis, secundum posteriorem vero rationem de his quae continent individua.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 incipit *om. F1* 1–3 incipit – universalium] Tractatus VIII. De communibus in quibus conveniunt et differentiis quibus differunt quinque universalia *lp* 2 communibus] convenientiis *P1* communitatibus *V1* 4–5 De – simul] De eo in quo communicant omnia quinque universalia *lp* 4 De his *om. P1* | omnibus his *om. F1* 5 sunt *om. P1* 6 autem] his *add. F1* 7 dicenda] esse *add. F1* | demum] autem *V1* de modo *F1* 8 communibus] omnibus *pavlp* 9 in] de *F1* | abinvicem] adinvicem *pavlp* 10 dicemus] dicamus *F1* 10–11 de – Dicimus *hom. F1* 11 Dicimus] dicemus *Pi pavlp* 12–13 per – praedicari *om. Pi pa* 12 per – est *om. vlp* 14–15 est – quod *hom. F1* 14 quasi *om. P2 pavlp* | ipsorum] etiam *add. pavlp* 15 quia] quod *ShV1* 16 In – esse] et in multis est *F1* | esse] est *Ca* est cum *P1P2* 17 est[2] *om. F1* 18 tamen] autem *Pi pavlp* 19 sit] est *F1 om. CaP1P2Sh* 20 de[2] *om. pavlp* | et[2] *om. Pi pavlp* 21 per hoc *om. CaF1* 21–22 illis – secundum] multis secundum actum et *F1* 23 cum *om. F1* | similiter *om. F1Pi pavlp* 24 specierum *om. F1* 25 illis – secundum] multis secundum actum et *F1* 26 convertibili] cum specie *add. Pi pavlp* | contra *om. F1* 27 tractatu] tractatis *V1* 28–30 quia – pluribus *hom. F1* 29 his] ipsis *pavlp* | specie *om. Pi pavlp* 30 quia] et *F1* 32 in *om. CaP1 corr. P1*[1] 33 proprium] species *CaP1P2* | illius] illis *P1Pi pavlp corr. P1*[1] 35 praedicatur *om. pavlp* 36 cygno – et] agno et nive *F1* | et[1]] de *add. pavlp* | cerussa] ce *et lac. Ca* ceteris *P1P2Pi pavlp* 38 inductione – et] indivisione probatur *F1* 42 divisivae] constitutive *F1* 43 praedicatur *om. Pi pavlp* | et[1] *om. pavlp* | de[2] *om. F1* 44 praedicatur *om. F1* 45 est *om. CaP1P2F1* 48–49 homine – specie] una sola specie ut de homine *F1Pi* 48 de[2] *om. CaSh* 49–50 qui – homines] particularibus hominibus *F1* 50 Nigrum] signum *CaP1P2Sh* | inseparabile] universale *CaP1P2F1Sh*

15–16 Cf. supra p. 17 v. 39–43. – 27–28 Supra p. 97 v. 22sqq. – 32 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 3 c. 12 (CSEL 48 p. 237 v. 1–3).

et de specie corvorum et de his qui sunt particulares corvi. Sed differenter ad proprium, quia praedicatio proprii per speciem venit ad individua; praedicatio autem accidentis, cum accidens sit in individuo per se, prius est de individuo et per individuum venit ad speciem. Et hoc quidem est accidens inseparabile. Similiter praedicatur *moveri de homine et de equo* et de individuis eorum, quod *est accidens separabile. Sed*, sicut DICTUM EST, accidens *principaliter* praedicatur *de individuis*, secundo vero loco praedicatur de his speciebus *quae continent* sub se *individua*.

Huic communitati AVICENNA et ALGAZEL addunt aliam ex ista causatam, quae similiter omnibus communis est universalibus, et est haec quod 'quaecumque praedicantur de praedicato, omnia praedicantur etiam de subiecto', ut si animal ut genus praedicatur de homine, omne quod substantialiter praedicatur de animali, praedicabitur substantialiter de homine, ut si animal est vivum et substantia, erit homo vivum et substantia. Similiter in differentia: si homo est rationale, et rationale sensibile, erit homo sensibile; et si sensibile animatum, | erit homo animatum. Similiter de specie, quia si Socrates est homo, et homo animal, et animal substantia, erit Socrates animal et substantia. Eodem autem modo est de proprio, quia si homo est risibile, et risibile admirativum, et admirativum suspensum ad rerum investigationem, erit homo admirativum et rerum investigativum. Et sic est de accidente, quia si homo est album, et album coloratum vel visus disgregativum, erit homo coloratum et visus disgregativum. Et sic est generaliter de omnibus. Et hoc est propter quod ista quinque univoce sunt universalia, et ideo quaecumque praedicantur de praedicato, omnia de subiecto convenit praedicari.

Cap. 2. De communibus generi et differentiae

Assignata communitate omnium simul, tangemus commune generi et differentiae, quae prima sunt inter universalia, ut habitum est in PRAEMISSIS. Dicitur igitur quod *generi et differentiae commune est*, quod utrumque species contineat in ambitu suae communitatis. *Continet enim differentia species, quamvis non omnes* illas *species* contineat, quas continet *genus*. Et hoc est ideo, quia differentia est divisiva, et per hoc quod est divisiva, ponitur sub genere et efficitur minus communis quam genus. *Rationale enim*, quod est differentia, *etiam* quamvis *non contineat ea* animalia *quae sunt irrationalia* – quae opposita differentia constituuntur, quae continet *genus* quod est *animal* divisum rationali et irrationali ut oppositis differentiis –, continet tamen plures species. *Continet enim hominem et deum* vel deos, *quae* secundum STOICOS et EPICUREOS *sunt species* animalis. Quod quidem exemplum, quamvis simpliciter inconveniens sit, tamen utimur eo, quia non discutimus hic de veritate exemplorum, sed utimur tantum eis ad propositae intentionis manifestationem. Quod autem tam

Arist. Lat. 21,19–22,16 (Busse 13,22–14,12) DE COMMUNIBUS GENERIS ET DIFFERENTIAE. – Commune est autem generi et differentiae continentia specierum; continet enim et differentia species, etsi non omnes quot genera; rationale enim, etiam si non continet ea quae sunt inrationabilia ut genus quemadmodum animal, sed continet hominem et deum quae sunt species. Et quaecumque praedicantur de genere ut genus, et de his quae sub ipso sunt speciebus praedicantur; quaeque de differentia praedicantur ut differentiae, et de ea quae ex ipsa est specie praedicabuntur. Nam, cum sit genus animal, non solum de eo praedicantur ut genus substantia et animatum, sed etiam de his quae sunt sub animali speciebus omnibus praedicantur haec usque ad individua; cumque sit differentia rationalis, praedicatur de ea ut differentia id quod est 'ratione uti', non solum de eo quod est rationale, sed etiam de his quae sunt sub rationali speciebus praedicabitur 'ratione uti'. Commune autem est et perempto genere vel differentia simul perimi quae sub ipsis sunt; quemadmodum, si non sit animal, non est equus neque homo, sic, si non sit rationale, nullum erit animal quod utatur ratione.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 20 *Ca* f.25vb

1 et[1] *om. F1* | qui sunt] quae corvorum *F1* 2 differenter] se habet in praedicando accidens *add. Pi pavlp* 4 cum] quod est *F1* | sit in *om. CaP1P2F1Sh* | individuo] individuans *F1* | est] praedicatur *pavlp* | de *om. F1* 5 individuum] prius *add. F1* 8 separabile] inseparabile *P1P2* | sicut] quemadmodum *F1* 9 individuis] individuo *Pi pavlp* | secundo – praedicatur] secundario *F1* | secundo – loco] secundum vero hoc *Sh* 11 Huic] autem *add. P1P2Pi pavlp* 12 similiter] simpliciter *P1* 13 haec] hoc *F1V1* | quaecumque] essentialiter *add. Pi pavlp* 14 etiam] econverso *F1* 16–17 praedicabitur] praedicatur *F1 pavlp* 17 substantialiter] essentialiter *pavlp* 18 erit] et *add. F1* 18–19 Similiter] est *add. F1* 19 rationale[1]] rationalis *pavlp* | rationale[2]] est *add. F1* 20 erit – sensibile *hom. Pi pavlp* 21 erit] et *praem. pavlp* 22 animal[2] *om. CaP1P2F1ShV1* 23 erit – et] erunt et substantia Socrates animal est *F1* 24 risibile[2]] animatum *add. F1* 25 suspensum] suspensivum *Pi pavlp* 26–27 erit – investigativum *hom. F1* 26 homo *om. P1P2* 28 et album *om. lp* | vel] et *V1* 28–29 erit – disgregativum *hom. P1P2 corr. P1*[1] | erit – et] et homo album vel *F1* 29 coloratum – disgregativum] huiusmodi *Pi pavlp* 30 de] in *Pi pavlp* 30–31 Et – univoce] propter quod ista ad invicem *F1* 30 propter] hoc *add. V1* 32 convenit] contingit *F1* 33 communibus] communitatibus *V1* tribus *praem. lp* | generi] generis *F1ShV1* 35 Assignata] signata *pavlp* | tangemus *om. pavlp* 36 generi] generis *F1* | differentiae] dicamus *add. pavlp* 37 Dicitur] dicemus *ShV1* 38 differentiae] quae prima sunt inter universalia ut habitum est in praemissis *iterav. P1P2* 41 quia] quod *CaP2Sh pavlp* 42 ponitur] ponit *CaV1* 44 etiam] enim *F1* 44–45 animalia] universalia *V1* 47 ut – continet] oppositis differentiis *F1* 49 deos quae] deas qui *F1* | et – Epicureos *om. Pi lp* 51 discutimus] distinguimus *F1* 53 propositae] praepositae *pav* 53–p. 123 v. 1 Quod – genus] tam genus autem *pavlp* 53–p. 123 v. 1 tam genus] tangamus *F1*

57 quaeque] quaecumque *HeC*[v] | differentiae] differentia *KöC*[v]

8 Cf. ex.gr. p. 75 v. 51sqq.; p. 109 v. 21sqq. – 11 Avicenna et Algazel: Avic., Logica pars 2 c. 1 (Venetiis 1508 f.10ra). – 13–15 Cf. supra p. 75 v. 40–44, – 37 Supra p. 54 v. 3–13, p. 78 v. 4–9. – 41–43 De differentia divisiva cf. supra p. 86 v. 1–62. – 49 Cf. Supra p. 11 v. 60–p. 12 v. 1 cum notis.

genus quam differentia praedicentur de pluribus speciebus, dicit AVICENNA, quod quamvis non sit necessarium, tamen non est impossibile, quia in pluribus hoc invenitur.

Dubium tamen quod ex hoc oriri posset, in PRAECEDENTIBUS est solutum tam ex parte generis quam ex parte differentiae; sed hoc certum est, quod dicit AVICENNA quod, quantum est de aptitudine naturae, tam genus quam differentia in pluribus sunt speciebus.

Secundum autem quod generi et differentiae commune est, hoc est, quia *quaecumque praedicantur de genere, ut genus* subiecti sive speciei est, haec essentiali praedicatione *praedicantur etiam de his speciebus quae sunt sub ipso* genere. Similiter *quaecumque praedicantur de differentia* essentialiter *ut differentiae* differentiae ipsius, *praedicabuntur etiam de specie, quae est* sub *ipsa* differentia; est autem sub differentia species constituta per differentiam. Hoc autem patet per exemplum. *Cum enim genus sit animal, praedicantur de eodem substantia ut genus et animatum* ut differentia; et non solum haec de eodem animali praedicantur, *sed* praedicantur haec eadem *etiam de his speciebus quae sunt sub animali usque ad individua*, de quibus etiam praedicantur, quia illa ultima illarum specierum subiecta. Similiter, *cum 'rationale' sit differentia, de hac praedicatur ut differentia quod est 'ratione uti'*. Quod quidem 'ratione uti' *non solum* praedicatur de differentia quae est *rationale*, *sed praedicatur etiam de his* speciebus *quae sub* hac sunt differentia, quae est *rationale*, '*ratione uti*', ut de individuis hominis et individuis deorum et de homine et de diis.

Quod autem dicitur aliquid praedicari de differentia ut differentia, contrarium videtur his quae in tractatu DE DIFFERENTIA dicta sunt. Ibi enim probatum est quod differentiae non est differentia. Quamvis enim differentia non habeat differentiam ut formam, differentia tamen, cum sit naturalis potentia, habet actum et finem; et sic, ad actum et finem comparata, aliquid habet praedicatum de ipsa per modum differentiae. Et hoc non est contrarium his quae in antehabitis dicta sunt.

Adhuc autem tertia communitas est generis et differentiae, quod *perempto genere vel differentia*, necesse est *simul perimi* species, *quae sunt sub ipsis. Si enim non sit animal*, sequitur quod *non sit equus vel homo*; et similiter *si non sit rationale*, quod est differentia, sequitur quod *nullum erit* utens *ratione*, sicut homo vel deus. Et huius causa est, quia genus est quid et substantia speciei, differentia autem forma essentialis; et ideo peremptis his necesse est destrui species, quae sunt sub ipsis. |

Cap. 3. De his in quibus differunt genus et differentia

Proprium autem est generis et differentiae, in quo genus et differentia ab invicem distinguuntur, ita quod generi quidem convenit *de pluribus praedicari quam differentia*, quia cum differentia sit divisiva, partem accipit eorum de quibus

Arist. Lat. 22,17–23,17 (Busse 14,13–15,8) DE PROPRIIS GENERIS ET DIFFERENTIAE. – Proprium autem generis est de pluribus praedicari quam differentia et species et proprium et accidens; animal enim de homine et equo et ave et serpente, quadrupes vero de solis quattuor pedes habentibus, homo vero videtur de solis individuis, et hinnibile de equo et de his qui sunt particulares; et accidens similiter de paucioribus. Oportet autem differentias accipere quibus dividitur genus, non eas quae complent substantiam generis. Amplius genus continet differentiam potestate; animalis enim hoc quidem rationale est, illud vero inrationale. Amplius genera quidem priora sunt his quae sunt sub se positis differentiis propter quod simul quidem eas aufert, non autem simul aufertur (sublato enim animali aufertur rationale et inrationale), differentiae vero non auferunt genus (nam, si omnes interimantur, tamen substantia animata sensibilis subintellegi potest quae est animal.
Amplius genus quidem in eo quod quid est, differentia vero in eo quod quale quiddam est, quemadmodum dictum est, praedicatur.
Amplius genus quidem unum est secundum unamquamque speciem (ut hominis id quod est animal), differentiae vero plurimae (ut rationale, mortale, mentis et disciplinae perceptibile) quibus ab aliis differt. Et genus quidem consimile est materiae, formae vero differentia. – Cum autem sint et alia communia et propria generis et differentiae, nunc ista sufficiant.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 45 *Ca* f.26ra

1 praedicentur] praedicetur *V1* praedicatur *pavlp* 1–2 speciebus] specie *F1* 2 non sit *om. CaP1P2Sh* | sit] est *F1* 4 tamen *om. F1* | posset] possit *F1* 5–6 ex parte *om. V1* 6 hoc *om. Pi pavlp* | Avicenna] quod quamvis non sit necessarium tamen non est impossibile quia in pluribus hoc invenitur *add. pavlp* 7 naturae] quod *F1* 8 differentia] differentiam *F1* 9 generi] genus *Ca* 10 quia] quod *F1* 11 speciei] specie *l* de specie *p* | est, haec] et hoc *pavlp* | haec] hic *CaP1P2* 11–12 essentiali – etiam] communiter praedicantur *F1* 13 quaecumque] quae *pavlp* autem *praem. F1* | essentialiter] communiter *F1* | differentiae] differentia *F1 pavlp* 14 differentiae *om. F1V1* 16 per^2 – exemplum] exemplo *pavlp* 17 praedicantur] praedicatur *pavlp* | de eodem] eo *F1* | eodem] eadem *CaP1P2* 18–19 animali] haec *add. CaP2Sh* hoc *add. P1* 20 animali] aliis *F1* 21 specierum] sunt *add. V1Pi pavlp* 22 cum] enim *F1* 23 quod] quae *F1* 24 rationale] rationalis *pavlp* 24–26 rationale – est *hom. F1* 25 etiam – sunt] de *P2* | sunt *om. CaP1Sh* 26–27 rationale – et *om. V1* | ratione – deorum] et de individuis eorum *Pi pavlp* 26 uti *om. F1* | et] de *add. F1* 29 contrarium] convenire *pa* convenire non *vlp* 30 probatum est] probatur *P1P2Pi pavlp* 30–31 differentiae] differentia *CaP1P2Sh* 31 enim] autem *vlp* 32 formam] forma *F1* 33 habet – sic *om. V1* 36 dicta sunt] dictum est *Ca* 37 autem *om. F1* | est *om. CaP1P2* 37–38 et – quod] vel differentiae quot *F1* 38 vel] et *P1P2Pi pavlp* 41 erit] sit *F1* 42 huius] huiusmodi *Pi pavlp* 43 speciei] ei *F1* 46 De his *om. lp* 48 est *om. F1* 49 ab – distinguuntur] ad invicem differunt *F1* | ab invicem *om. lp* 50 de – praedicari] quod sit de pluribus praedicabile *Pi* | differentia] differentiae *F1* 51 partem] per rem *Pi pa* | accipit] unum *add. pa* unam *add. vlp*

57 positis] positae C^v

2 Avic., Logica pars 2 c. 1 (Venetiis 1508 f.10ra). – 4–5 Supra p. 45 v. 56sqq., p. 94 v. 32sqq., p. 97 v. 22sqq., p. 99 v. 41–53. – 6 Avic., Logica pars 2 c. 1 (Venetiis 1508 f.10ra). – 9 Cf. Avic., ibid. – 29–30 Supra p. 97 v. 62–66, p. 99 v. 53–57, p. 100 v. 33. – 37–39 Cf. Avic., ibid.

praedicatur genus. In hoc autem etiam ulterius a specie et proprio distinguitur genus, quia *de pluribus quam species et proprium* praedicatur, cum species de solis suis individuis, proprium autem de sola specie et de his quae sub una specie sunt, individuis praedicetur, genus autem ut genus praedicetur de his quae continentur sub oppositis differentiis et de speciebus pluribus et de omnibus individuis illarum specierum. *Praedicatur* autem etiam *de pluribus quam accidens*, quia cum accidens non individuetur nisi per substantiam, praedicabitur de substantiae individuis non omnibus; genus autem, et maxime generalissimum, de valde pluribus praedicatur, et subalternis et specialissimis.

Et hoc quidem patet per inductionem et per exemplum. *Animal enim*, quod est genus, *de homine et equo et ave et serpente* praedicatur, quae differunt [genere et] specie bipedis et quadrupedis et volatilis et gressibilis et reptilis. *Quadrupes* autem, quod est differentia, praedicatur tantum *de quattuor pedes habentibus; homo vero*, quod est species, *de solis individuis* praedicatur, cum species sit et non genus, et sit species specialissima. *Et hinnibile*, cum sit proprium, praedicatur *de* solo *equo et de his particularibus*, quae sunt sub equo. *Accidens* autem etiam *similiter* praedicatur *de paucioribus* quam genus, quia non potest esse quod unum accidens omnibus, quae sunt in genere, conveniat, ut album vel nigrum.

Ne autem aliquis instet sophistice contra ea quae DICTA SUNT, quod genus scilicet de pluribus praedicatur quam differentia, dico quod *oportet accipere differentias quibus genus dividitur*, quia illae verae sunt differentiae, et per hoc quod sunt generis divisivae, sunt etiam speciei sub genere constitutivae. Acceperunt enim partem generis, quod dividunt, et ponunt sub genere, et ideo in pauciora sunt quam ipsum genus.

Amplius autem secunda differentia est quod *genus continet differentiam potestate*, ut in ANTEHABITIS determinatum est. Hoc autem per exemplum probatur, quia animal genus duo est per praedicationem: est *enim et hoc rationale animal et est etiam illud* animal *irrationale*, et praedicatur de utrisque; differentia autem de altero tantum praedicatur.

Amplius tertia est differentia quod *genera quidem priora sunt* natura *his quae sunt sub se, differentiis*, quia differentiae exeunt de generis potestate, et ideo sunt posteriores natura, sicut actus posterior est quam potentia in eodem. Huius autem signum est, quia sublatis generibus simul auferuntur differentiae, quae sunt sub genere, sed sublatis differentiis non oportet quod simul genera auferantur. Et hoc patet per exemplum. *Sublato enim animali*, quod est genus, simul *auferuntur rationale et irrationale*, quae sunt differentiae animalis. *Differentiae* autem sublatae *non* simul *auferunt genus*. *Nam si omnes* divisivae generis differentiae auferantur – differentiae animalis –, adhuc *tamen potest intelligi substantia animata sensibilis quae est animal* secundum esse animalis, ut est genus. Quamvis enim dicat ARISTOTELES quod destructis primis impossibile sit aliquid aliorum remanere, hoc est intelligendum secundum esse perfectum quod habent superiora in inferioribus, sed secundum esse intellectuale quod superiora habent in suis principiis, nihil prohibet manere superiora, etiam destructis inferioribus, in quibus esse accidit ipsis.

Amplius quarta est differentia quod *genus quidem in eo quod quid est praedicatur, differentia* autem *in eo quod quale quid est praedicatur, quemadmodum* in ANTEHABITIS de differentia et genere *dictum est.*

Amplius differentia quinta est quod *genus quidem* proximum *unum est secundum unamquamque speciem*, quod in ea contrahitur ad speciem constituendam; *differentiae vero* contrahentes sunt *plurimae* – quae licet secundum AVERROEM et ARISTOTELEM generis sint determinationes, tamen in eodem motu a potentia prima generis ad speciem dicunt formas secundum rationem sibi succedentes, eo quod motus est forma post formam, sicut dicit AVERROES SUPER III PHYSICORUM –, *ut hominis id quod est animal* unicum est genus, *differentiae vero plurimae, ut rationale, mortale,*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 ulterius] ultimus *F1 om. pavlp* 2 distinguitur – quia] distinguuntur genus *F1* 3 suis *om. P1P2F1Pi pavlp* 4 sola] sua *add. V1* 5 una *om. pavlp* | sunt *om. F1* | individuis] proprium *add. V1* | autem *om. V1* | ut *om. F1* 6 praedicetur] praedicatur *Pi pavlp* | sub oppositis] appositis *F1* 7–9 et[2] – pluribus *hom. Pi pavlp* 8 autem *om. F1* 9 quia – accidens *hom. F1* 10 substantiae] substantia *et lac. Ca* specie *P2* 14 per[2] *om. F1* 17–18 bipedis – reptilis] bipes etiam et quadrupes et volatile et gressibile et septile *F1* | reptilis] reptibilis *V1Pi pavlp* 19 vero] autem *ShV1* | quod] quia *lp* 20 sit *om. CaP1P2Sh* 22 praedicatur – et] de solo equo *F1* 26 ut] vel *F1* 27 Ne] quod *Pi pavlp* 28 de pluribus *om. F1* 30–31 et – quod] patet per hoc quia *pavlp* 31 sunt[2] *om. CaP1P2Pi pavlp* | etiam] et *vlp* 32 Acceperunt] accipiunt *V1* 32–33 enim – quod] etiam partem generis quae *F1* 35 quod] quoniam *F1* 37 Hoc] haec *Ca* 38 duo] duorum *F1* 39 animal[1] – animal] vel et *F1* et hoc *V1Pi pavlp* 41 Amplius] autem *add. V1* 42 sunt[1] *om. F1* 44 sicut] sed *Pi pavlp* | quam *om. V1Pi pavlp* | in eodem *om. F1* 49 simul] similiter *F1* | auferuntur] auferetur *Pi pavlp* | et] aut *F1* 51 omnes] omnis *F1* 51–52 generis – animalis] animalis differentiae auferantur *Pi pavlp* 52 differentiae animalis] de animali *V1* 54 animalis] differentiae autem sublatae *add. V1* 55 destructis *lac. Ca* | destructis – primis] primis substantiis destructis *F1* | sit] est *P1P2F1V1Pi pavlp* 62 est] sit *F1* | autem] vero *ShV1 lp* 63–64 quid – et] est praedicatur dictum est in antehabitis ubi de *F1* 66 quod] quae *pa* 69 et Aristotelem] ut differentiae *pavlp* 69–70 sint – generis *hom. F1* 70 dicunt] ducit *F1[1]* 71 formas *om. F1* se *add. CaP1P2Sh* | rationem] rationes *F1[1]* | sibi – eo] sicut succedens et *F1* 72 formam] fluens *add. V1* 73 id] ad *F1* | est *om. lp* | unicum] unum *V1*

27–28 Supra p. 123 v. 48–p. 124 v. 1. – 36 Supra p. 44 v. 18–33. – 55 Arist., Cat. c. 5 (2 b 5–6); transl. Boeth. Arist. Lat. I,1–5 p. 8 v. 12–13. – 63 Supra p. 45 v. 56sqq., p. 94 v. 32sqq. – 68–69 Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16 p. 169 v. 34–37; Arist., Metaph. l. 4 c. 2 (1004 a 21); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 62 v. 19–20. – 72–73 Averr., Phys. l. 3 comm. 4 et l. 5 comm. 12 (Venetiis 1562 t. 4 f. 87C-D, f. 217C-D). Cf. Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17,2 p. 96 v. 40–43; Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4 p. 151 v. 16.22 et p. 153 v. 9–15 cum notis; Avic., Suff. l. 2 c. 2 (Venetiis 1508 f. 25ra).

mentis disciplinaeque perceptibile. Dicitur enim 'mens' a 'metior', 'metiris', eo quod, sicut dixit PYTHAGORAS, omnia ratione mensurantur et intellectu; et sic homo efficitur 'disciplinae et scientiae perceptibilis'. Et haec est differentia illius differentiae quae est rationale, sicut PRIUS diximus quod hoc modo | in comparatione ad actum vel finem nihil prohibet differentiam esse differentiae.

Amplius autem sexta est differentia quod *genus quidem* in constitutione speciei *consimile est materiae* per hoc quod formabile est et distinguibile. *Differentia vero* consimilis est *formae* per hoc quod est formans et distinguens, ut in ANTEHABITIS determinatum est.

Cap. 4. De compendio omnium eorum quae de communitatibus et differentiis dicta sunt

Dicta autem antiquorum de his quae DICTA SUNT, brevi compendio et facili comprehendi possunt. Dicunt enim quod *commune quidem omnibus universalibus est de pluribus praedicari. Genus quidem* enim *de speciebus et de individuis et de differentia* praedicatur. *Species autem de his quae sub ipsa sunt, individuis. At vero proprium de* una sola *specie, cuius est proprium, et de his quae sub* una sola *specie sunt individuis* praedicatur. *Accidens autem et de speciebus et individuis* praedicatur. Hoc autem per inductionem probatur et exemplum. *Namque animal de* homine et *bove* praedicatur *et de equo*, quae sunt diversa specie, et de hoc equo et de hoc homine, quae sunt individua. *Irrationale vero de bove et de equo et de his particularibus* harum specierum praedicatur. *Species autem, ut homo, solum de his qui sunt particulares homines, praedicatur. Proprium autem quod est risibile*, praedicatur *de homine et de his qui sunt particulares* homines. *Nigrum autem et de specie corvorum et de his qui sunt particulares* corvi, praedicatur; *quod* nigrum *est accidens inseparabile. Moveri* autem *de homine et de equo* praedicatur, *quod est separabile accidens*; *sed* prius *quidem de individuis* praedicatur, cum sit accidens individui, secundo vero loco praedicatur de speciebus, *quae continent individua.*

Commune autem est generi et differentiae primo quidem *continentia specierum. Continet enim differentia species, etsi non omnes, quot* continent *genera. Rationale enim, etsi non continet ea quae sunt irrationalia, quemadmodum animal* irrationalia continet animalia, tamen *continet hominem et deum quae sunt species* animalis.

Commune etiam generi et differentiae est quod *quaecumque praedicantur de genere ut genus, etiam de his quae sub ipso sunt, speciebus* praedicantur. *Et quaecumque de differentia ut differentiae* praedicantur, *etiam de ea quae sub ipsa* differentia est, *specie praedicantur. Nam cum genus sit animal, non solum de eodem* genere *praedicantur ut genus substantia et animatum* sive vivum, quae genera animalis sunt, *sed* praedicantur *etiam de his quae sub animali sunt, speciebus usque ad* earundem specierum et generum *individua. Cumque sit differentia rationale, praedicatur de ea ut differentia id quod est 'uti ratione'*; et hoc *non solum* praedicatur *de eo quod est rationale, sed etiam de his quae sunt sub rationali, speciebus praedicabitur* hoc ipsum quod est '*uti ratione*'.

Commune iterum *est* generi et differentiae, quod *peremptо genere* et perempta *differentia simul perimi* species est necesse *quae sunt sub ipsis; quemadmodum* enim *si non sit animal, non est equus nec homo, ita si non sit rationale, nullum erit animal quod utatur ratione.*

Proprium autem generis – quod genus distinguit a differentia – *est de pluribus praedicari quam differentia et species et proprium et accidens. Animal enim de hominibus et equo et ave et serpente* praedicatur. *Quadrupes* autem, quod est differentia, non praedicatur nisi *de quattuor pedes habentibus* animalibus. *Homo vero*, cum sit species, *de solis* praedicatur *individuis* hominis. *Et hinnibile*, cum sit proprium, *de* solo praedicatur *equo et de his qui sunt* equi *particulares. Et accidens similiter de paucioribus* praedicatur quam animal, quia non contingit unum accidens commune omnibus accidere.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 6 *Ca* f.26rb

1 disciplinaeque perceptibile] disciplinae perceptibilem *F1* 3 sic] si *P1P2* 6 quod] quia *pavlp* 7 prohibet] dicere *add. Pi lp* 8 sexta] quinta *CaSh* 9 consimile] similis *V1* 10 est[1]] per differentiam *add. F1* | consimilis] cum simul *F1* simul *lp* 11 est] forma *add. pavlp* 13–15 omnium – sunt] dictorum circa generis et differentiae tam communia quam propria *lp* 14 communitatibus – differentiis] communibus generis et differentiae *F1* 17 comprehendi] apprehendi *F1* 19 enim *om. F1* 20 ipsa] se *V1* 21–22 cuius – proprium *om. Pi pavlp* 23 et[2]] de *add. F1 pavlp* 24 et] per *add. Pi pavlp* 25 Namque] nam quia *pavlp* | de[1]] et *praem. F1* | homine – praedicatur] bove praedicatur et de homine *pavlp* | de[2] *om. F1* 26 de[2] *om. F1* 27 vero *om. F1* | et *om. pavlp* | de[2] *om. F1* 28 his particularibus] particularibus quoque *Pi* particularibus omnibus quoque *pavlp* 29 qui] quae *P1P2F1V1* 30–31 praedicatur – homines *hom. P2* 31 qui] quae *F1V1 l* 32 et[1] *om. Pi pavlp* | qui] quae *F1* 34–35 Moveri – accidens *om. F1* 34 de[2] *om. V1Pi pavlp* | equo] eis *Ca* 35 individuis] individuo *Pi pavlp* 37 de] et *praem. pavlp* | speciebus] specie *F1* 38 est *om. P1P2* | primo] prima *CaP1P2F1* 39–40 omnes] tot *Pi pavlp* 40 continent genera] continet genus *V1Pi pavlp* 40–41 ea – sunt *om. Pi pavlp* 41–42 animal – animalia] irrationalia continet animal *pavlp* | irrationalia – animalia] irrationale *V1 om. Pi* 42 quae] qui *pavlp* 45 genus] est *add. P2* | etiam] et *F1V1 lp* | ipso] ipsis *F1* 47 differentiae] differentia *F1V1Pi pavlp* 47–48 differentia *om. Pi pavlp* 48 animal] anima *lp* 49 praedicantur] praedicatur *P1P2* 50 sunt *om. P2* 50–51 praedicantur] praedicatur *V1* 52 generum] genera *F1* 53 rationale] rationalis *Pi pavlp* 54 est *om. pavlp* 55 rationali] animali *F1* 56 hoc] scilicet *pavlp* 57 iterum] item *pavlp* 58 perimi] per *et lac. Ca* 59 enim *om. F1 vlp* | sit] est *F1* 59–60 animal – sit *hom. P1* 60 ita] etiam *Pi* aut *pavlp* 62 genus] est *add. F1* 63 et[2] *om. F1* 64 hominibus et] homine de *vlp* 68 hominis] hominibus *F1* 70 animal] et de his qui sunt equi *add. Ca exp. Ca[1]* 71 accidere] pluribus attingere *F1* speciebus *praem. V1*

2 Cf. Arist., Metaph. l. 10 c. 5 (1053 a 35–36); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 187 v. 19: 'Protagoras'; Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 14,2 p. 438 v. 49–74; Alb., De IV coaeq. tr. 4 q. 53 (Ed. Paris. t. 34 p. 592a). – 4 Porph., Isag. c. De differentia (Arist. Lat. I,6–7 p. 15 v. 23–24); supra p. 82 v. 69, p. 83 v. 2–3, p. 85 v. 9–11. – 6 Cf. supra p. 123 v. 28–36. – 12 Supra p. 96 v. 7–39. – 16 Supra p. 121 v. 6sqq. – 38–43 Cf. supra p. 122 v. 35sqq. – 44–56 Cf. supra p. 123 v. 9sqq. – 57–61 Cf. supra p. 123 v. 37–45. – 62–71 Cf. supra p. 123 v. 48sqq.

Ne autem sophistice aliquis instet contra praedicta, dicimus quod *oportet accipere differentiam* divisivam *qua dividitur genus, et non eas quae complent substantiam generum* in specierum constitutione, sicut actus complet potentiam.

Amplius autem differunt in hoc quod *genus* quidem suae communitatis ambitu *potestate continet differentias. Animal enim*, cum sit genus, est et *hoc rationale* et *illud irrationale.*

Amplius autem adhuc differunt, quia *genera quidem priora sunt his quae sunt sub se positae, differentiis, propter quod simul* quidem ablata auferunt differentias; *non autem simul auferuntur* ablatis differentiis. *Sublato enim animali auferuntur rationale et irrationale*, quae eius sunt differentiae. | *Differentiae autem ablatae non* simul *auferunt genus. Nam si omnes* differentiae animalis *interimantur, tamen substantia animata sensibilis potest intelligi*; non autem posset intelligi, nisi secundum esse intelligibile remaneret.

Amplius et in hoc differunt, quod *genus quidem in eo quod quid est, differentia vero in eo quod quale quid est, quemadmodum dictum est, praedicatur.*

Amplius et in hoc differunt, quod *genus unum est* unitate essentiae generis *secundum unamquamque speciem*; non constituitur enim species nisi uno genere existente in ipsa, *sicut hominis* genus unum est *id quod est animal. Differentiae vero* sunt *plurimae* in unius speciei constitutione, propinquae scilicet et remotae, *ut* in *homine rationale, mortale, mentis disciplinaeque perceptibile, quibus ab aliis* animalibus *differt* homo.

Amplius etiam in hoc differt genus a differentia, quod in speciei constitutione *genus quidem consimile est materiae, differentia vero* est consimilis *formae.*

Cum autem et alia multa sint communia in quibus conveniunt, *et propria* in quibus differunt *genus et differentiae*, *nunc* ad propositam intentionem *ista*, quae dicta sunt, *sufficiant.*

Cap. 5. De communibus et propriis generis et speciei

Nunc autem assignanda sunt communia et propria generis et speciei. Dicimus igitur quod *genus* quidem *et species commune quidem habent de pluribus praedicari*, per hoc quod utrumque eorum universale est, quod 'est in multis et de multis'. Sed talis communitas quamvis conveniat tam generalissimo quam generi subalterno et similiter specialissimae speciei et speciei subalternae, tamen secundum quod hic communia generi assignamus et speciei, intendimus quod genus sumatur ut genus et non ut species, et *species sumatur ut species et non ut genus*, quamvis ad diversa quaedam istorum possint esse et genera et species, et ideo maxime ista conveniunt generi quod est genus tantum, et speciei quae est species tantum. Quamvis enim genus sumptum ut genus praedicatur de pluribus differentibus specie et differentibus numero, et species sumpta ut species non praedicetur nisi de pluribus differentibus numero solo, tamen in communi in hoc genus et species conveniunt, quamvis in modo differant, quia genus praedicatur ut pars, species autem ut totum esse eorum de quibus praedicatur. Sed de differentibus hic modis non curamus.

Secunda autem communitate iterum conveniunt genus et species, quod utrumque *prius est eo de quo praedicatur.* Et huius causa est, quia sunt principia essentialia eorum de quibus praedicantur; principium autem causa et intellectu prius est eo cuius est principium.

Tertiam autem etiam habent communitatem, quia utrumque eorum *totum quoddam* est ad ea, *de quibus praedicatur.* Utrumque enim istorum continet, ea de quibus

Arist. Lat. 23,18–24,11 (Busse 15,9–24) DE COMMUNIBUS GENERIS ET SPECIEI. – Genus autem et species commune quidem habent de pluribus (quemadmodum dictum est) praedicari; sumatur autem species ut species et non etiam ut genus, si fuerit idem species et genus. Commune autem his est et priora esse eorum de quibus praedicantur et totum quiddam esse utrumque.
DE PROPRIIS GENERIS ET SPECIEI. – Differt autem eo quod genus quidem continet species sub se, species vero continentur et non continent genera; in pluribus enim genus quam species est (genera enim praeiacere oportet et formata specificis differentiis perficere species, unde et priora sunt naturaliter genera et simul interimentia, sed quae non simul interimantur). Et species quidem cum sit, est et genus, genus vero cum sit non omnino erit et species. Et genera quidem univoce de speciebus praedicantur, species vero de generibus minime. Amplius quidem genera abundant earum quae sub ipsis sunt specierum continentia, species vero generibus abundant propriis differentiis. Amplius neque species fiet umquam generalissimum neque genus specialissimum.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 12 *Ca* f.26va

1 praedicta] dicta *F1* 3–4 in – constitutione] et specierum constitutionem *F1* 5 differunt] differentias *F1* 5–8 genus – quia *hom. F1* 7 et[1]] in *Ca* etiam *P1P2Pi pavlp* | et[2]] vel *Pi pavlp* 8 quia] quod *CaP1P2ShV1* 9 positae differentiis] positis *F1* 10 quidem *om. pavlp* | auferunt differentias] auferuntur differentiae *F1* 11 ablatis – auferuntur] sublatis differentiis ablato enim animali aufertur *F1* 12 eius *om. F1* 12–13 Differentiae – auferunt] differentia autem ablata non simul aufertur *F1* 13 autem] vero *V1* 14 tamen] adhuc *F1* 16 remaneret] remanerent *F1* 18 est[1]] praedicatur *F1* | quid[2] *om. F1* 19 praedicatur *om. F1* 20 et *om. F1* etiam *pavlp* | hoc *om. F1* | genus – unitate] generis quidem unum est causae unitatis *F1* 22 enim] etiam *F1* | nisi] in *add. pavlp* 24 unius] huius *F1* 25 ut *om. F1 vlp* | mentis *om. CaF1* 28 speciei constitutione] specie *F1* 29 est *om. F1* 30 autem – sint] vero haec et alia sunt *F1* 31 in *om. F1* 31–32 genus – intentionem *om. F1* 31 differentiae] differentia *V1 pavlp* 36 quidem *om. P1V1* 37 quidem *om. Pi pavlp* 39 tam] generi *add. F1Pi* 41 et speciei *om. lp* 44 sumatur *om. F1* 45 diversa] comparata *add. Pi pavlp* | istorum] eorum *ShV1* | et *om. F1ShV1 lp* 46 et *om. pavlp* | ista *om. F1* | conveniunt] convenit *lp* 48 praedicatur] praedicetur *Sh²V1* 49–51 specie – differentibus *hom. P2* 50–51 non – pluribus] praedicatur *pavlp* 50 nisi *om. CaP1Sh* 51 solo] solum *Pi pavlp* 53 quia] quod *F1* 55 hic modis] hoc modo *F1* 56 conveniunt *om. F1* 57 quod] quia *F1* | est] in *V1* de *add. P2* 58 sunt] ut *add. P1* 59 causa] esse *F1* natura *vlp* 61 etiam *om. F1Pi pavlp* 62 eorum] illorum *pavlp* 63–p. 127 v. 1 Utrumque – praedicatur *hom. Pi pavlp*

1–4 Cf. supra p. 124 v. 27–34. – 5–7 Cf. supra p. 124 v. 35–40. – 8–16 Cf. supra p. 124 v. 41–60. – 17–19 Cf. supra p. 124 v. 61–64. – 20–26 Cf. supra p. 124 v. 65–p. 125 v. 7. – 27–29 Cf. supra p. 60 v. 53–66. – 38–39 Cf. supra p. 17 v. 39–43.

praedicatur; continens autem totum est ad id quod continet, nec praedicatur de ipso, nisi prout est notio totius, sicut in ANTEHABITIS saepius dictum est.

Assignatis autem convenientiis inter genus et speciem, oportet etiam ponere differentias, quia quae in omnibus conveniunt et in nullo differunt, eadem sunt et non diversa. Diversa autem sunt genera et species, et ideo oportet assignare differentias eorum ad invicem. Differunt autem prima differentia sumpta ex ambitu communitatis eorum, ex *eo quod genus continet sub se species, species vero continentur et non continent genera* per talem continentiae modum, quamvis contineant genera alio modo, ut scilicet pars essentialis, quae est quasi materia, continetur a toto composito. Et hoc est hic interpositum ex dictis AVICENNAE. Probatio autem huius differentiae est quod *genus in pluribus* est secundum ambitum suae communitatis *quam species*, sicut patet ex ANTEDICTIS.

Secunda autem differentia est, quod *genera* secundum intellectum *praeiacere oportet* speciebus. Cuius probatio et causa est, quia genera non possunt *perficere species*, nisi *informata specificis differentiis*. Id autem quod formatum constituit aliud, praeiacet isti, sicut cuprum praeiacet formae statuae.

Propter quod concluditur tertia differentia, quod genera naturaliter ut causa secundum intellectum *sunt priora* speciebus.

Ex hoc iterum concluditur differentia quarta, quod interemptis generibus, simul interimuntur species, sicut principium interemptum interimit principiatum; sed non convertitur, quia, sicut SUPRA dictum est, omnibus differentiis et speciebus interemptis, adhuc salvatur genus secundum esse intellectuale. Et ideo *species quidem cum sit* posita, *est etiam genus* de necessitate positum, eo quod in specie | est genus actu et intellectu; *genus vero cum sit* positum, non sequitur omnino quod sit species, quia species non nisi potentia est in genere. Posita autem potentia, non propter hoc ponitur actu ens, quia in potentia non est secundum actum.

Quinta autem differentia est quod *genera quidem univoce de speciebus praedicantur*, eo quod dant eis nomen suum et substantiam et rationem; quod solum vocatur univoce praedicari. *Species vero de generibus minime* praedicantur ordinata praedicatione; non enim praedicantur de generibus nisi per accidens, ut cum dicitur: 'quoddam animal est homo'. Haec autem, quia non est per se praedicatio, propter hoc non est univoca praedicatio, quamvis quoddam animal est homo et ratio hominis cuidam conveniat animali.

Amplius autem sexta est differentia quod *genera quidem* continentia suae communitatis *abundant* a speciebus in *continentia earum quae sub* generibus *sunt, specierum*, quia secundum ambitum communitatis species non continent genera. *Species vero* constitutae *abundant* a *generibus* continentia *propriarum differentiarum*, per quas constituuntur, quia illae in speciebus sunt actu contentae, cum genus non habeat eas nisi potestate, ut in ANTEHABITIS dictum est.

Amplius autem septima differentia est in hoc quod *species* secundum aliquem modum dicta, sive specialissima sive subalterna, *numquam* potest *fieri generalissimum*, quia hoc est contra rationem generalissimi. Generalissimum enim est quod, cum sit genus, numquam potest fieri species. Et similiter id quod est aliquo modo *genus*, sive generalissimum sive subalternum, numquam fiet *specialissimum*; hoc enim esset contra specialissimi rationem, quia ratio specialissimi est quod, cum sit species, numquam potest fieri genus.

Hoc autem totum sic dixit Porphyrius: *Genus autem et species commune quidem habent de pluribus – quemadmodum*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 34 *Ca* f.26vb

1 totum] quoddam *F1* 2 ipso] eo *Pi pavlp* | prout] in quantum *Pi* ut ipsum *pavlp* 3 saepius *om. V1* 4 convenientiis] et differentiis *F1* 6 nullo] illo *F1* 7 diversa. Diversa] differentia differentia *lp* 8 assignare] distinguere *pavlp* | eorum] harum *F1* 9 prima] propria *F1* 11 continentur – continent] continetur et non continet *F1Pi pavlp* 11–12 continentiae] convenientiae *pav* 12 contineant] contineat *Pi* contineantur *pavlp* 12–13 alio modo] per alium modum *ShV1* 13 scilicet] est *F1* | est *om. pavlp* 14 a] in *pavlp* | toto] quodam *Sh* | hoc – interpositum] est hoc compositum *lp* | interpositum] positum *pav* 17 communitatis] quantitatis *pavlp* 20 quia] quod *F1* | nisi] non *F1 pavlp* 21 informata] informatis *F1* | Id – quod] secunda quod cum *pa* sed cum *lp* 22 aliud] aliquid *V1 pavlp* | isti *om. F1* 23 formae] formace (!) *Ca* formale *Sh om. F1* 24 Propter quod] propterea *V1* | differentia] scilicet *add. Pi pavlp* 25 causa] et *add. V1* 27 iterum *om. F1* 28 interemptis] scilicet *add. pavlp* | interimuntur *lac. Ca* 29 interemptum] corruptum *pavlp* 30 supra] similiter *Pi* | supra dictum] praedictum *F1* 31 salvatur *om. Sh* 32 quidem *om. F1* 33 positum *om. Sh* 37 potentia] differentia *F1* | actu – quia] actus quae *F1* 37–38 in potentia] ens *praem. V1 add. Pi pavlp* 39 Quinta autem] et alia *ShV1* | quod] quia *Pi pavlp* 41 quod] quantum *F1* | vocatur] negatur *pa* 42 praedicari] praedicantur *F1* | generibus – praedicantur] genere minime praedicatur *pavlp* | minime *om. F1* 43 praedicantur] praedicatur *pavlp* 45 Haec] hoc *F1* secundum *pavlp* 45–46 quia – hoc] quod non est per se *Pi pavlp* 46 est] quod *add. F1* | univoca *lac. Ca* | quamvis] in illa *add. V1* 47 est] sit *Pi pavlp* | et *om. CaShV1* 47–48 hominis – animali] homini cuiusdam conveniat universali *pavlp* 47 cuidam *om. Pi* 48 conveniat] convenit *F1* 50 continentia – communitatis *om. F1Pi pavlp* quod genera quidem *add. CaP1P2Sh* | a] de *pavlp* 51 earum] eorum *F1* | generibus] genere *lp* | quia] quod *F1* 52 ambitum] suae *add. V1* | continent] continet *F1* 53 Species – vero] sed species *V1* | vero *om. CaP1P2Sh* autem *F1* | constitutae] constitutione *F1* 54 propriarum] propria *F1* | constituuntur, quia] constituitur quae *F1* 55 cum] cuius *V1 om. F1* 56 nisi] in *add. F1* 57 autem] enim *F1* | septima] alia *V1 pavlp* 61 enim] autem *pavlp* 61–62 numquam – id] non potest esse species et species quidem *F1* 62 similiter] sit *V1* 63 fiet] fieret *F1* fit *Pi pavlp* 65–66 numquam – fieri] non potest esse *F1* 67 sic dixit] est sicut dicit *pavlp*

3 Supra p. 44 v. 18sqq., p. 60 v. 53–66. – 15 Avic., Logica pars 2 c. 1 (Venetiis 1508 f.10va). – 17 Supra p. 44 v. 18sqq., p. 45 v. 56sqq., p. 60 v. 31sqq. – 30 Cf. supra p. 124 v. 41–60. – 56 Supra ex.gr. p. 47 v. 27–45. – 57–66 Circa generalissimum et specialissimum cf. supra p. 61 v. 3–p. 65 v. 30.

dictum est – praedicari. Sumitur autem species ut species, non etiam ut genus, si fuerit idem genus et species. Commune autem est his, generi scilicet et speciei, *etiam priora esse eorum* vel his – graecus enim genitivus pro ablativo ponitur – *de quibus praedicantur*. Commune est etiam eis *quiddam* vel quoddam *totum esse* eorum de quibus praedicantur, ita quod *utrumque quoddam totum* est subiectorum suorum.

Differunt autem ab invicem, eo quod *genus continet species sub se* continentia suae communitatis; *species vero continetur et non continet genera*. Et hoc ideo est, quia *in pluribus genus est quam species*, et ideo *genera praeiacere oportet speciebus*, cum in speciebus sint *formata specificis differentiis* ad hoc quod possint *perficere species*. *Unde et priora sunt naturaliter genera.* Et ex hoc sequitur quod secum se interemptis *simul* sunt *interimentia* species, *sed non simul interimuntur* speciebus interemptis.

Ex hoc iterum sequitur quod *species quidem cum sit* posita, *est etiam* positum *genus; genus vero cum sit* positum, *non* sequitur *omnino* quod *sit* posita *species*.

Et genera quidem univoce de speciebus praedicantur; dant enim eis nomen suum et substantiae rationem. *Species vero de generibus minime* praedicantur, nisi per accidens; accidit enim animali quendam hominem esse vel hominem non esse.

Amplius genera quidem abundant continentia suae communitatis *earum quae sub se sunt specierum, continentia. Species vero abundat* a *generibus propriis differentiis*, quas actu et intellectu in se habent suae substantiae constitutivas.

Amplius neque species, quocumque modo species sit, *umquam fiet generalissimum, neque genus*, quocumque modo genus sit, fiet umquam *specialissimum*.

Cap. 6. De convenientia et differentia generis et proprii

Nunc autem assignandae sunt communitates et differentiae generis et proprii secundum consequentiae ordinem. Dicimus quod prima inter genus et proprium communitas sive convenientia est quod utrumque horum praedicabilium *sequitur speciem*, de qua praedicatur. 'Sequi' autem dicimus non secundum naturam, quia sic genus est prius specie, sed dicimus sequi secundum consequentiae rationem. Sequitur enim: *si homo est, animal est, et, si homo est, risibile est.* Sed quando proprium sequitur ad speciem, est simul cum consequentiae ratione etiam ordo naturae et intellectus, quia species est causa proprii, et non econverso.

Secunda autem convenientia generis et proprii est quod tam genus quam proprium *aequaliter*, hoc est non secundum magis | et minus, *praedicatur de speciebus*, de quibus praedicatur, *quae* ipsum proprium *participant*. 'Participare' autem large hic sumimus, non proprie; proprie enim participant inferiora sua superiora, quae in substantiis eorum sunt nomine et essentia et ratione, ut dicit ARISTOTELES in IV TOPICORUM. Sed hic large sumimus 'participare', prout etiam proprium participat speciem ut sui causam et subiectum. *Aequaliter enim* et non secundum magis et minus *homo et bos* – quae sunt species animalis – sunt *animal*, quod est genus, participantes; et aequaliter *Cato et Cicero* – qui sunt speciei hominis individua – sunt *risibile*, quod est proprium hominis, participantes large dicta participatione, nec participant suae speciei proprium secundum magis et minus.

Arist. Lat. 24,19–25,7 (Busse 16,1–18) DE COMMUNIBUS GENERIS ET PROPRII. – Generis autem et proprii commune quidem est sequi species (nam, si homo est, animal est, et, si homo est, risibile est), et aequaliter praedicari genus de speciebus et proprium de his quae illo participant (aequaliter enim et homo et bos animal, et Cato et Cicero risibile). Commune autem et univoce praedicari genus de propriis speciebus et proprium quorum est proprium.

DE PROPRIIS GENERIS ET PROPRII. – Differt autem quoniam genus quidem prius est, posterius vero proprium (oportet enim esse animal, dehinc dividi differentiis et propriis). Et genus quidem de pluribus speciebus praedicari, proprium vero de una sola specie cuius est proprium. Et proprium quidem conversim praedicatur cuius est proprium, genus vero de nullo conversim praedicatur (nam neque si animal est, homo est, neque si animal est, risibile est; sin vero homo, et risibile est, et e converso). Amplius proprium omni speciei inest cuius est proprium et uni et semper, genus vero omni quidem speciei cuius fuerit genus et semper, non autem soli. Amplius species quidem interemptae non simul interimunt genera, propria vero interempta simul interimunt quorum sunt propria, et his quorum sunt propria interemptis et ipsa simul interimuntur.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 48 *Ca* f.27ra

1 Sumitur] Sumatur *ShV1* | ut species *om. F1* 2 etiam] autem *P2Pi om. pavlp* | si] etiam *praem. V1* 3 etiam] et *F1* | vel his *om. F1Pi pavlp* 5–6 Commune – praedicantur *hom. F1ShPi* 5 est – eis] etiam entis *CaP1P2* | quiddam vel *om. pavlp* 7 est] esse *CaF1* 12 in *om. V1* 13 possint] possit *F1* 14 secum se] ipsis *pavlp* 15–16 sed – interimuntur] licet simul non interimantur *pavlp* 17 sit] his *add. F1* 17–18 posita – positum] positum sit *pavlp* 19 species] differentia *F1* 22–24 nisi – esse *om. F1* 23 quendam] quondam *Ca* cuidam *pavlp* 23–24 vel – esse *hom. Pi pavlp* 24 non *om. CaShV1* 28 habent] habet *pavlp* | substantiae constitutivas] speciei constitutionis *F1* | constitutivas] constitutivis *pavlp* 29 quocumque modo] quaecumque *F1* 29–30 umquam] numquam *F1V1Pi* 30–31 genus – umquam] fiet *F1* 31 umquam] numquam *Ca corr. Ca*[1] 32 convenientia – differentia] convenientiis et differentiis *lp* 34 autem assignandae] est assignandum *V1* 35 consequentiae] communem *F1* 36 Dicimus] igitur *add. ShV1Pi pavlp* 37–38 quod – speciem] utrumque eorum praedicabilium sequitur species *F1* 40–41 consequentiae] communem *F1* 41 rationem] ordinem *Pi* 43 consequentiae *om. F1* 47 aequaliter – est *om. pavlp* | est *om. CaP1P2Sh* 48 praedicatur] praedicantur *F1Pi pavlp* 49 praedicatur] praedicantur *F1Pi pavlp* 50 sumimus] sumitur *F1* 51 proprie – participant] proprium enim non participat speciem sicut *V1* 52 et[1] – essentia *om. F1* 53–54 sumimus] sumitur *F1* 54 participare] participationem *Pi pavlp* | etiam] tunc *pavlp* 56 quae] qui *pavlp* 58 Cato] Plato *V1* | qui] quae *F1* 59 sunt *om. F1*

53 Arist., Top. l.4 c.1 (121 a 10–14); transl. Boeth. Arist. Lat. V,1–3 p.65 v.19–23.

Tertia etiam communitas est inter *genus et proprium* quod *commune* est eis, quod genus *univoce praedicatur de propriis speciebus* suis omnibus, ita quod dat eis nomen et substantiae rationem secundum illud nomen quo praedicatur de ipsis. Similiter autem et *proprium* his *quorum est proprium*, de quibus praedicatur, dat eis nomen suum et rationem; quamvis aliter proprium quam genus suo subiecto nomen suum dat et rationem. Potest enim proprium diffiniri ut proprium, et sic subiectum est in ratione proprii. Et si hoc modo rationem suam daret subiecto, esset idem in diffinitione suiipsius et idem praedicaretur de seipso. Est enim risibile, prout diffinitur ut proprium, homo aptus natus ridere. Et si hanc rationem daret subiecto, tunc sic diceretur: homo est homo aptus natus ridere. Sed potest aliter diffiniri proprium, prout dicit rem, quae est accidens ordinabile in genere praedicamenti, et sic risibile est aptum natum ridere, et illo modo suam dat ei, de quo praedicatur, rationem. Unde haec communitas generis et proprii in communi sumpta est ita, quod de modo quo utrumque, genus scilicet et proprium, proprie univoce praedicatur, non sit cura quantum ad huius communitatis intentionem.

Differunt autem ab invicem genus et proprium in hoc quod *genus quidem prius est* natura et intellectu eo de quo praedicatur. *Proprium* autem *posterius* est natura et intellectu specie de qua praedicatur. Cuius probatio est, quia quando genus de specie praedicatur, sicut animal de speciebus animalium ut de homine et leone, *oportet* quod *animal* sit prius ut principium specierum, et post hoc, sic posito animali secundum intellectum, antequam accipiatur in speciebus de quibus praedicatur, *dehinc oportet* ipsum *dividi* specificis *differentiis*, quae sunt generi speciem constituenti propriae. Propter quod prius actu et natura et intellectu est genus quam species, de qua ipsum genus praedicatur. Proprium autem cum causetur a specie, de qua praedicatur, et fluat de principiis speciei, sequitur speciem secundum naturam et intellectum.

Differunt autem secunda differentia, quod *genus* oportet *de pluribus speciebus praedicari*. Non enim potest esse genus quod plures species non habeat, sicut in tractatu DE GENERE determinatum est. *Proprium vero* praedicari convenit *de una sola specie cuius est proprium*, quia si pluribus conveniret, non proprium esset servata ratione nominis sui.

Adhuc autem tertia est differentia, quod *proprium quidem conversim praedicatur* de eo *cuius est proprium*; si enim risibile est, homo est, et econverso, si homo est, risibile est. *Genus vero de nullo* singillatim sumpto, cuius est genus, *convertibiliter* et universaliter *praedicatur*. Quod patet, quia non sequitur: *si animal est, homo est*; *neque si animal est, risibile est*; quamvis econverso sequatur: si homo est, animal est, et si risibile est, animal est. Sed inter proprium et speciem est conversio, quia *si homo est, risibile est, et conversim*, si risibile est, homo est.

Amplius quarta differentia inter genus et proprium est quod *proprium inest omni speciei*, de qua praedicatur *et soli et semper. Genus autem omni quidem inest speciei* de qua praedicatur, ita quod praedicatur de omni suo individuo; inest etiam *semper*, sed *non* inest *soli* illi speciei, quia inest etiam aliis speciebus eiusdem generis, sicut animal non soli homini, sed etiam asino inest et leoni et aliis speciebus brutorum.

Amplius adhuc quinta est differentia quod *species quidem interemptae non simul interimunt genera* illa quorum sunt species, quia non sequitur, si homo non est, quod animal non sit; *propria autem interempta simul interimunt* ea quibus *sunt propria*, et econverso, quia *interemptis* subiectis sive speciebus, *quorum sunt propria*, sequitur interemptio ipsorum propriorum. Sequitur enim quod, si equus non est, hinnibile non est. His igitur genus differt a proprio.

Haec autem Porphyrius et alii antiqui | sic dixerunt, quod *generis* quidem *et proprii commune quidem est sequi species. Nam, si homo est, animal est, et, si homo est, risibile est.*

Commune etiam *aequaliter* et non secundum magis et minus et *genus praedicari* de illis quorum est genus et *de speciebus*, et *proprium aequaliter* et non secundum magis et

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 71 *Ca* f.27rb

1 etiam] autem *F1* | communitas] convenientia *pavlp* 2 quod[2]] quia *pavlp* | genus – praedicatur] univoce praedicentur *F1* 3 dat] dant *F1* 3–4 et substantiae *lac. P1* 4 illud] est *Pi om. pavlp* | quo] quod *CaP1P2* cum differentia *F1* 5 autem *om. pavlp* | his *om. P1P2Pi pavlp* 9 sic] tunc *pavlp* 11 diffinitione] ratione *F1V1* | suiipsius] ipsius *pavlp* et diffinitione *add. V1* 12 aptus *om. F1* 13 Et si] tunc *pa* si *vlp* 16 ordinabile] ordinabilem *CaP1P2V1* | et sic] tunc *pavlp* accidentis *praem. F1* 21–22 huius] accidentis *add. F1* 25–26 intellectu] eo de quo *add. Pi* eo de quo id est *add. pav* eo de quo praedicatur id est *add. lp* 26 specie] et differentiae *add. F1*[1] 28 leone] bove *F1* 29 prius *om. Sh* | ut] et *F1* | post] prius *F1* patet *pavlp* 31 speciebus] rebus *V1* 32 dehinc] de homine *F1* 33 generi] generis *F1* 34 genus *om. V1* 35 Proprium] genus *Pi* 36 qua] species *add. F1* | fluat] firma *CaP1P2* si influat *F1* fluit *pavlp* 41 genus *om. Sh* | habeat] habet *F1* 43 sola *om. Sh* 44 esset] esse *Ca* | servata] salvata *Pi pavlp* 45 autem – est] etiam tertia *F1* 48 vero] enim *F1* | sumpto] posito *F1* 49 convertibiliter *om. F1* 50 neque] nec sequitur *pavlp* 51 sequatur] sequitur *pavlp* 52 et *om. pavlp* 53 conversio] e converso *Pi pavlp* 54 conversim] si homo est *add. Sh* quia *add. V1* 56 quod] quia *pavlp om. Sh* | inest] est in *V1* 57 quidem *om. F1* 58 suo *om. F1* 59 speciei] de qua praedicatur *add. F1* 60 etiam *om. pavlp* | aliis] brutorum *F1* 61 soli – aliis] solum homini sed etiam asino et animal *F1* | inest *om. pavlp* 63 quod] quia *Pi pavlp* 64 non] nihil *V1* | simul *om. pavlp* 66 sit] est *F1* 66–67 quibus] quorum *V1* 67–68 subiectis – quorum] substantiis sive speciebus quarum *F1Pi pavlp* 69–70 Sequitur – est] et sequitur enim si equus est inhinnibile est et si hinnibile nisi est *F1* 70 His] sic *V1* 71 Haec] hoc *Pi lp* hic *F1V1 pav* | autem *om. V1* | sic *om. F1* 72 quidem[2] *om. F1ShV1* | sequi] equi *F1* 74 Commune] est *add. p* | et[1] *om. F1* 75 et[1]] est *F1 om. palp* | quorum] quarum *pavlp* 75–p. 130 v. 1 quorum – illis *hom. ShV1* 75 et de *om. F1 vlp* 76 et[2] *om. lp*

41–42 Supra p. 47 v. 27–39.

minus *praedicari de illis quae ipso participant*, large accepta participatione; *aequaliter enim* et non secundum magis et minus *homo et bos sunt animal, et Cato et Cicero risibile.*

Commune autem adhuc est his, scilicet generi et proprio, *univoce praedicari* de his quorum sunt – *genus* quidem *de speciebus* suis *propriis, et proprium* de his *quorum est proprium* – ea univocatione, de qua DICTUM EST.

Differunt autem genus et proprium, *quoniam genus quidem prius est* his de quibus praedicatur, ut speciebus; *posterius* autem est *proprium* his de quibus praedicatur. *Oportet enim* prius *esse animal* in esse generis, *dehinc* autem *dividi differentiis* magis propriis *et propriis*, et sic speciem constitui.

Oportet autem *et genus quidem de pluribus speciebus praedicari, proprium autem de una sola specie, cuius est proprium*, praedicatur.

Adhuc autem, quia *genus de nullo conversim praedicatur*, cuius est genus, sicut speciei vel proprio. *Nam neque si animal est, homo est, neque si animal est, risibile est. Proprium autem praedicatur conversim*, quia *si homo est, risibile est*, et si risibile est, homo est.

Amplius proprium inest omni speciei cuius est proprium, et omni individuo, *et soli* speciei *et semper. Genus autem omni quidem speciei* inest, de qua praedicatur, *et semper, non autem soli*, quia etiam de oppositis speciebus praedicatur.

Amplius alia differentia. *Species quidem interemptae non simul interimunt genera*, quorum sunt species. *Propria autem interempta simul interimunt* species, quarum *sunt propria*. Et hoc ideo, quia proprium fluit ex principiis speciei, et species est causa ipsius adaequata ipsi proprio, et interempto effectu convertibili cum causa necessarium est etiam causam perimi, et econverso, *his* speciebus, quarum *sunt propria, interemptis, et ipsa* propria necesse est interimi, quia, destructa causa adaequata effectui, necesse est effectum destrui.

Cap. 7. De communibus et differentiis generis et accidentis

Consequenter hic agendum est de communitatibus et differentiis generis et accidentis, secundum quod utrumque est universale. Dicimus igitur quod generis et accidentis *commune quidem est*, quod utrumque *de pluribus praedicatur, quemadmodum* SAEPIUS *dictum est*. Hoc enim competit

Arist. Lat. 25,8–27,9 (Busse 16,19–18,9) DE COMMUNIBUS GENERIS ET ACCIDENTIS. – Generis vero et accidentis commune est de pluribus (quemadmodum dictum est) praedicari sive separabilium sit sive inseparabilium; et enim moveri de pluribus, et nigrum de corvis et hominibus et Aethiopibus et aliquibus inanimatis.

DE PROPRIIS GENERIS ET ACCIDENTIS. – Differt autem genus accidente quoniam genus ante species est, accidentia vero speciebus inferiora sunt; nam si etiam inseparabile sumatur accidens, sed tamen prius est illud cui accidit quam accidens. Et genere quidem quae participant aequaliter participant, accidente vero non acqualiter; intentionem enim et remissionem suscipit accidentium participatio, generum vero minime. Et accidentia quidem in individuis principaliter subsistunt, genera vero et species naturaliter priora sunt individuis substantiis. Et genera quidem in eo quod quid est praedicantur de his quae sub ipsis sunt, accidentia vero in eo quod quale aliquid est vel quomodo se habeat unumquodque; "qualis est" enim "Aethiops" interrogatus dicis "niger", et quemadmodum se Socrates habeat, dicis quoniam sedet vel ambulat.

Genus vero quo aliis quattuor differat dictum est. Contingit autem etiam unumquodque aliorum differre ab aliis quattuor, ut, cum quinque quidem sint, unum autem ab aliis quattuor differat, quater quinque (viginti) fiant omnes differentiae; sed, semper posterioribus enumeratis et secundis quidem una differentia superatis (propterea quoniam iam sumpta est), tertiis vero duabus, quartis vero tribus, quintis vero quattuor, decem omnes fiunt (quattuor, tres, duae, una). Genus enim differt differentia et specie et proprio et accidenti; quattuor igitur sunt omnes differentiae. Differentia vero quo differt genere dictum est quando quo differret genus ab ea dicebatur; relinquitur igitur quo differat specie et proprio et accidente dicere, et fiunt tres. Rursus species quo quidem differat a differentia dictum est quando quo differret specie differentia dicebatur, quo autem differt species genere dictum est quando quo differret genus specie dicebatur; reliquum est igitur ut quo differat proprio et accidente dicatur; duae igitur etiam istae sunt differentiae. Proprium autem quo differat accidente relinquitur, nam quo specie et differentia et genere differt praedictum est in illorum ad ipsum differentia. Quattuor igitur sumptis generis ad alia differentiis, tribus vero differentiae, duabus autem speciei, una autem proprii ad accidens, decem erunt omnes; quarum quattuor quae erant generis ad reliqua superius demonstravimus.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 illis] his *pavlp* | ipso] ipsum *V1* ipsa *F1* non *pa* illo *vlp* de *praem. Pi* 1–2 accepta participatione] accipit participationem *F1* 2 et[1] *om. F1* 4 his] eis *Pi pavlp* | proprio] est *add. CaP1P2* 6 propriis *om. Pi pavlp* 7 est] prius *add. F1* 8 quidem *om. Pi pavlp* 9 est *om. F1* 11 in] secundum *F1* 12 propriis[1]] proprii *lp* | et propriis *om. P1P2V1Pi pavlp* | propriis[2]] primis *F1* | speciem] specie *Sh* in specie *V1* | constitui] constituit *pavlp* 13 quidem *om. pavlp* 14 autem] vero *Pi pavlp* 17 speciei] ipse *F1* specie *V1* | proprio] convenit *add. Pi pavlp* 18 est[1]] risibile cuius est genus sicut speciei vel proprio convenit *add. Pi* 18–19 Proprium – est *hom. F1* 22 soli] sub *V1* | autem *om. F1* 23 semper] et *add. F1* 25 Amplius] quidem *add. F1* 27 quarum] quorum *CaP1P2ShV1Pi* 28 hoc] haec *pavlp* | proprium] ipsum *F1* | ex] a *Pi* 29 adaequata ipsi] adaequatis ipso *F1* | ipsi – et] cum proprio *Pi pavlp* 31 perimi] interemi *ShPi* 31–32 quarum] quorum *CaP1P2Sh pa* 33 effectui *om. F1 pavlp* 35 communibus] communitate *F1* communitatibus *lp* | differentiis] differentibus *Sh* 37 hic *om. P1P2ShPi pavlp corr. Sh*[2] 37–38 et differentiis *om. F1*

44 hominibus] omnibus C^b 45 genus[1]] ab *add. KöC*^{bd} 46 inferiora] posteriora *KöC*^{vd} | genere] genera *VcHeKöC* 47 accidente] accidentia *VcHeKöC* 53 fiant *C* fuerint *Kö* fient *cett.* 55 differt] a *add. KöC* 56 differret] differt *Kö* 57 differat[1]] a *add. C* 62 erant] erunt *He*

7 Supra p. 129 v. 1–22. – 41 Supra p. 48 v. 24–44, p. 121 v. 6–p. 122 v. 10.

utrique eorum, secundum quod sunt universalia. Et hoc quidem convenit tam accidenti *separabili* quam accidenti *inseparabili. Moveri enim*, quod est accidens separabile, *de pluribus* et de multis valde praedicatur. *Nigrum* vero, quod est accidens inseparabile, praedicatur et *de omnibus corvis et de omnibus Aethiopibus et etiam de aliquibus inanimatis*, ut de carbone et quercu putrefacta et de ebeno abscissa et aliis multis huiusmodi. Quamvis autem multae sint communitates accidentis ad genus, tamen illae ex praedictis vel per se sunt manifestae, ut dicunt quidam, sicut est non conversim praedicari et alia huiusmodi. Omnis enim corvus est niger, sed non omne nigrum est corvus; sicut omnis homo est animal, sed non omne animal est homo.

Differentia autem est inter genus et accidens. Prima quidem, quoniam genus sicut principium *est ante species* de quibus praedicatur, sicut principium est ante id cuius est principium. *Accidentia vero posteriora sunt speciebus* et individuis de quibus praedicantur; quamvis enim aliquod *accidens sit inseparabile, tamen* secundum naturam *prius est illud cui accidit quam* ipsum *accidens*. Subiectum enim oportet quod sit ens in se completum, ut dicit AVICENNA, antequam sit occasio vel causa quod accidens sit in ipso.

Secunda autem est differentia, quia omnia illa *quae participant genera* ut genera, *aequaliter* et non secundum magis et minus *participant* illa. Et huius quidem causa est, quia participant illa in termino et quia 'esse unum est quod non recipit magis et minus'. Genus autem principium est esse illorum quae participant ipsum. *Accidentia* vero insunt *inaequaliter* his quae participant ipsa. *Accidentium enim participatio suscipit intensionem et remissionem*, eo quod nec in termino imponitur nomen accidentis, vel secundum accessum ad veram nominis impositionem vel secundum intensionem et remissionem causae quam habet in subiecto; sicut enim potest subintelligi per naturam corvus albus, ita salvo corvo per naturam potest subintelligi corvus minus niger et magis. | *Generum vero participatio minime* et nullo modo suscipit magis et minus propter causas, quae dictae sunt.

Alia autem adhuc est differentia quod *accidentia quidem principaliter* et immediate *subsistunt in individuis*, quae accidentium communium propria sunt subiecta. *Genera vero et species* et etiam differentiae magis propriae *naturaliter priora sunt individuis*, quae eis substant. Genera enim sunt principia essentialia specierum, et species sunt 'totum esse individuorum'; et quod est 'principium principii est etiam principium principiati'.

Adhuc autem et alia est differentia quod *genera quidem in eo quod quid est praedicantur de his quae sub ipsis sunt* speciebus – in quo tamen differt genus et a differentia et a proprio et ab accidente –, *accidentia vero* quae absolutum habent esse, praedicantur *in eo quod aliquid est quale*, sicut quantitas et qualitas; quae autem habent esse comparationis sive comparationi admixtum, ut ad aliquid et agere et pati et huiusmodi alia, praedicantur *in eo quod quomodo se habet unumquodque* eorum de quibus praedicantur. Si quis enim *interrogatus* fuerit, '*qualis est*' *Aethiops*, congrue respondet quod '*niger est*'. Si autem interrogatus fuerit, *quomodo Socrates se habeat* in corporis positione, congrue respondet quod *sedet* vel stat; vel si quaeratur, quomodo se habet agendo, dicit quod *ambulat* vel aliquid aliud agit. Hae igitur sunt differentiae generis et accidentis.

Et hoc quidem sic dixit Porphyrius: *Generis* quidem *et accidentis commune est de pluribus, quemadmodum dictum est, praedicari, sive* de numero *separabilium sit* accidentium, *sive* sit de numero *inseparabilium. Et enim moveri de pluribus praedicatur*, quod est de numero separabilium; *et nigrum*, quod est de numero inseparabilium, praedicatur *de corvis omnibus et de Aethiopibus et* de *aliquibus inanimatis* praedicatur.

Differt autem genus ab accidente, quoniam genus ante species est secundum naturam et intellectum, de quibus praedicatur. *Accidentia vero speciebus*, de quibus praedicantur,

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 36 *Ca* f.27va

2 convenit] accidit *F1* | accidenti[2] *om. F1Pi pavlp* 3 separabile] inseparabile *F1* 7 quercu – putrefacta] de quercu putrefacto *F1* | ebeno] hebona *F1* chano *pav* | abscissa] abala *F1 lac. Ca* 8 huiusmodi] aliis *F1* 10 quidam *om. Sh* 11 Omnis enim *om. F1* 13 omne] esse *Ca* 14 autem *om. pavlp* | Prima] primo *pavlp* 16–18 sicut – praedicantur *hom. pavlp* 19 prius *om. Ca* 20 cui accidit *lac. Ca* 22 quod] per *F1* ens *add. pavlp* 23 quia] quod *F1ShV1* 24 ut] et *F1* 25 huius quidem] haec *F1* 26 esse] est *V1* 27 non *om. F1* 28 ipsum] illud *Sh* 29 insunt] et *add. pavlp* 29–30 insunt – enim *om. F1* 29 inaequaliter] insunt *add. Ca* | ipsa *om. Sh* 30 enim] autem *V1* 31 nec *om. P1P2V1Pi pavlp* | imponitur] ponitur *Pi pavlp* 34 subintelligi] intelligi *F1Sh* 35 per naturam *om. CaF1* 36 subintelligi] intelligi *F1Pi pavlp* | minus – magis] minus magis et minus magis *F1* magis et minus niger *V1* | Generum] cum *F1* 37 modo *om. F1* 39 autem *om. pavlp* | quod – quidem] quia accidentia *pavlp* | accidentia] per accidens *F1* 40 immediate] mediate *P1* | in *om. P1P2F1* | quae] quia *Pi pavlp* 42 et[2] – differentiae *om. lp* | etiam *om. V1Pi* 44 essentialia *om. Pi pavlp* essentiali *F1* 45 esse] in *add. F1* 47 quod genera] quia genus *pavlp* 48 praedicantur] praedicabile est *pavlp* | ipsis] se *V1* 49 tamen *om. F1* 51 quod] quo *F1* | sicut] secundum quod *Pi* scilicet *pavlp* est *add. V1* 53 et *om. F1 pavlp* 54 alia *om. F1* 54–56 in – praedicantur *hom. F1* 55 habet] habent *vlp* 55–56 praedicantur] praedicatur *vlp* 56 est] sit *V1* 57 quod] quia *pavlp* 57–58 autem – fuerit] interrogatus enim fuit *F1* 58 habeat] habet *F1Pi pavlp* | positione] dispositione *Sh pavlp* 59 quod] quia *pavlp* | stat] non sedet *F1* | vel[2] *om. Pi pavlp* 60 habet] in *add. ShV1* | dicit] dicet *pavlp* | quod] quoniam *ShV1* 61 Hae] haec *V1* 63 hoc] hic *P1V1 pav corr. P1*[1] | sic] sicut *F1 lp* | dixit] dicit *P1P2Pi pavlp* | quidem[2]] autem *Pi pavlp* 65 sit *om. pavlp* 66 sit *om. V1 pavlp* | sit – pluribus] inseparabilium et enim *F1* 67 et] etiam *Pi* quidem *pavlp* 68 praedicatur] etiam de pluribus praedicatur ut *Pi pavlp* 69 aliquibus] aliis *V1* | praedicatur *om. Pi pavlp* 71–72 secundum – praedicatur] de quibus praedicatur secundum naturam et intellectum *F1* 72 vero] de *add. P1P2F1*

21 Avic., Logica pars 2 c. 2 (Venetiis 1508 f.11ra). – 26–27 Cf. Porph., Isag. c. De differentia (Arist. Lat. I,6–7 p. 16 v. 9–11); supra p. 84 v. 70–75. – 30–34 Cf. supra p. 83 v. 47sqq. – 44–45 Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l. 3 c. 12 (CSEL 48 p. 237 v. 1–3).

sunt posteriora secundum naturam. *Nam si etiam inseparabile sumatur accidens*, de quo tamen minus videtur, *sed tamen prius secundum naturam est* subiectum, *cui accidit*, quam illud quod accidit sibi.

Et genera quidem etiam in hoc differunt ab accidente quod, quae *participant genera, aequaliter* et non secundum magis et minus *participant* ea. *Accidentia vero* ea quae participant, *non aequaliter* participant. *Intensionem enim et remissionem suscipit accidentium participatio. Generum vero* participatio *minime* suscipit intensionem et remissionem.

Et est alia differentia, quia *accidentia quidem in individuis*, de quibus praedicantur, *principaliter subsistunt*, et sic individua priora sunt accidentibus, quae sunt in ipsis. *Genera vero et species naturaliter priora sunt individuis*, de quibus praedicantur.

Est autem adhuc differentia quod *genera quidem in eo quod quid praedicantur* de speciebus et individuis, *quae sunt sub ipsis; accidentia vero* praedicantur *in eo quod quale aliquid sit vel quomodo se habeat unumquodque* eorum, de quibus praedicantur. Et hoc probatur exemplo. Tu enim *qualis est Aethiops interrogatus*, congrue *dicis 'niger'*; vel interrogatus, *quomodo Socrates se habet* positione corporis vel actione, congrue *dicis, quoniam sedet vel ambulat.*

Genus ergo in quo ab aliis quattuor differt, dictum est, quantum ad praesentem sufficit intentionem. Continuum sive consequens post hoc est dicere, qualiter *unumquodque aliorum* a genere universalium *differat ab aliis* a se *quattuor* universalibus. Comparato enim quolibet illorum quinque ad alia quattuor *viginti fient omnes differentiae*, quia *quater quinque* sunt *viginti; sed semper* posteriorum differentiae enumerentur ita quod posteriorum comparatorum differentiae superentur *una differentia*, quam plus habent ipsa, quae ante comparata sunt, eo quod illa differentia iam in ante comparatis *iam sumpta* sive habita *est*. Tertio autem loco comparata superantur a *duabus*; quarto vero loco comparata superantur *tribus*; quinto vero loco comparata superantur *quattuor* differentiis. Relinquitur quod non restant dicendae nisi *decem* differentiae. Si enim omnia quinque comparantur uni quater, tunc quater quinque erunt differentiae. Secundo vero loco quando differentia comparatur speciei et proprio et accidenti, et omittitur illa quae fuit differentiae ad genus, eo quod illa in comparatione | generis ad differentiam habita est, et eadem est differentia generis ad differentiam quae est differentiae ad genus, tunc superatur sequens comparatio in una. Et iterum sequens superatur a praecedente; tunc enim species comparatur ad proprium et ad accidens et omittitur comparatio speciei ad genus et ad differentiam, eo quod illae iam in comparatione generis ad speciem et in comparatione differentiae ad speciem iam habitae sunt. Et sic est de aliis, quod semper sequens una minus habet quam immediate praecedens; tunc omnes quae residuae sunt, non fiunt nisi decem, scilicet quattuor in comparatione differentiae ad alia, et tres in comparatione speciei ad alia, et duae in comparatione proprii ad alia, et una in consideratione comparationis ultimi universalis.

Vel si haec numerentur ex parte comparatorum ad invicem, tunc primo comparatur genus ad alia quattuor, et tunc non amplius comparabitur; secundo differentia ad alia tria, et quarta est habita prius, quae est comparatio ad genus. Et tertio fit comparatio speciei ad alia duo, et duae comparationes speciei sunt habitae: una quidem comparatio speciei ad genus et alia comparatio speciei ad differentiam. Et quarto fit comparatio proprii ad accidens, et tres sunt habitae, scilicet proprii ad genus et proprii ad differentiam et proprii ad speciem. Ultima autem est accidentis comparatio, quae quattuor habet ante se, scilicet accidentis ad genus et accidentis ad differentiam et accidentis ad speciem et accidentis ad proprium.

Genus enim differt a differentia, specie, proprio et accidente. Quattuor igitur differentiae omnes ipsius generis ad alia quat-

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 43 *Ca* f.27vb

3 secundum naturam] naturae *pa* natura *vlp* 5 etiam *om. F1* | ab] in *Ca corr. Ca*[1] 8 Intensionem] intentionem *P2* | enim *om. F1* 9–10 suscipit – remissionem *hom. F1* 10 intensionem] intentionem *P2* 11 Et – alia] est etiam *lp* | alia] autem *pav* 12 quibus – principaliter] pluribus praedicantur de quibus praedicantur *F1* | sic] tunc *pavlp* 14 de *om. CaP1P2* 16 adhuc *om. F1* | quidem *om. Pi pavlp* 17 quid] est *add. F1* | et] de *add. F1* 18 aliquid] quid *F1* 19 quomodo] quale *pa* qualiter *vlp* quod *praem. Pi* 20 Tu] cum *F1* unde *Pi* 21 est] sit *F1* | Aethiops] Socrates *Pi* | congrue *om. pavlp* 22 quomodo] quemadmodum *Ca* | positione] compositione *V1* in *praem. pavlp* 24 ergo – quo] autem quomodo *F1* 25 sufficit] spectat *ShV1* | Continuum] contingit *vlp* 26 sive] si *F1* 27 aliorum – a] a genere ab aliis *F1* | differat] differt *vlp* 28 quolibet] quorumlibet *F1* omni *V1* 29 quinque] communis *F1* 30–31 differentiae – quod] differentiae enuntietur ita quod semper *F1* differentiis enumeratis *vlp* 32 superentur] separentur *F1* superent *pa* superantur *vlp* 33 ipsa] ipsi *CaP1P2F1ShPi pa* ipsis ea *lp* | ante *om. F1* 34 in *om. vlp* | iam[2] *om. F1V1 vlp* 35 superantur] separantur *F1* | duabus] duobus *F1V1* tribus *Pi pavlp* 36 comparata] posita *F1* | superantur *iterav. Ca* a *add. F1V1* 36–37 tribus – superantur *hom. P1Pi pavlp* | comparata] posita *F1* 37 quattuor] a *praem. F1 pavlp* 38 dicendae *om. F1* | decem] quantum *praem. V1* 38–40 Si – differentiae *hom. P1P2Pi pavlp* 38–39 omnia] omnes *F1* 39 uni quater] unumquodque quattuor *CaF1Sh* 40 loco *om. F1* 43 in *om. V1* 45 superatur] separatur *F1 lp* 47 tunc] cum *lp* | ad[2] *om. F1 pavlp* 48 et[1] *om. lp* | omittitur] omittatur *F1* 50 in *om. F1* 51 iam *om. V1 pavlp* | est *om. F1Pi pavlp* | quod] quia *lp* | quod semper] super *F1* 52 una] unam *F1 pavlp* | praecedens] et *add. lp* 53 quae *om. F1* 54 differentiae *om. F1* 55 tres] tria *V1* 56 et – in] in una *F1* | consideratione] comparatione *V1* 56–57 comparationis – universalis] universalis ultimi et comparationis *Pi pavlp* 57 ultimi] universale *Ca om. F1* 58 Vel – haec *om. F1* | numerentur] videntur *Sh* 59 primo *om. Sh* 59–61 comparatur – differentia] comparat differentiam *vlp* 59 genus *om. F1* 59–61 quattuor – alia *hom. Pi pa* 60 secundo] secunda *F1* 61–62 comparatio] differentiae *add. V1* 63 comparationes speciei] comparationis species *pavlp* 65 quarto] tertio *CaP1P2ShPi* hoc *V1* 66 accidens – ad *om. F1* 67 et proprii *iterav. V1* | et[2] – speciem *om. F1* 68 habet] habent *P1* 69 se *om. V1 pavlp* | accidentis[1]] comparatio *add. V1 pavlp* comparationem *add. Pi* | accidentis[2]] comparatio *add. V1* 71 specie] sive a *F1* 72 igitur] ergo sunt *pavlp* | omnes *lac. Ca om. F1* 72–p. 133 v. 1 ad – quattuor] ab alia quarta *F1*

tuor. *Differentia vero quo differat a genere, dictum est, quando quo genus differt* a differentia, *dicebatur. Relinquitur igitur dicere, quo* differentia *differat a specie, proprio et accidente; et* sunt *tres* istae differentiae. *Rursus species quo differat* a *differentia, dictum est, quando quo differat* differentia *a specie, dicebatur. Quo autem differat species a genere, dictum est, quando, quo differat genus a specie, dicebatur.* Residuum *est igitur* dicere *ut, quo differat* species a *proprio et accidente, dicatur; duae igitur sunt istae differentiae. Proprium autem quo differat ab accidente, relinquitur* dicere; *nam quo a genere et differentia differat, dictum est in illorum differentiis ad ipsum. Quattuor igitur sumptis differentiis generis ad alia, tribus vero differentiae* ad alia, *duabus autem speciei* ad alia, *una autem proprii ad accidens, decem omnes erunt* differentiae; *quarum quattuor, quae erunt generis ad alia*, iam *superius demonstravimus*. De aliis autem consequenter dicemus.

Cap. 8. De communibus et propriis differentiae et speciei

Dicamus igitur quod *commune est differentiae et speciei aequaliter*, et non secundum magis et minus, a suis inferioribus *participari*. Et hoc manifestum est per exempla: *homine enim*, quod est species, *aequaliter* et non secundum magis et minus *participant particulares homines*, et similiter non secundum magis et minus participant *rationali*, quod est *differentia*. Et huius causa iam SUPERIUS assignata est, quia scilicet species est 'totum esse individuorum', et differentia est pars esse speciei et individuorum; 'esse autem unum et non recipit magis et minus'. Si enim magis et minus reciperet secundum esse, vel adderetur vel minueretur aliquid ad esse vel ab esse, et tunc non esset idem esse quod prius, quod est falsum et impossibile.

Commune vero etiam secunda communitate *est etiam semper adesse* speciem et differentiam *his quae* ipsis *participant*, et non alterari ab ipsis, sicut fit alteratio in accidentalibus formis. Et hoc docetur exemplo: *semper enim est Socrates rationalis et semper Socrates est homo*. Habitudo enim ista quae est particularis ad universale essentiale – sive sit totum esse ut species, sive sit pars esse ut differentia – perpetua est. Et ideo dicunt AVICENNA et ALGAZEL, quod haec semper est vera 'Socrates est homo', et haec 'homo est animal', et 'animal est substantia', et omnis illa propositio, in qua praedicatum est de ratione subiecti et clauditur in intellectu eius.

Si quis autem sic inferat: 'homo semper est animal vel animal semper est substantia; et esse hominem vel esse substantiam non diminuit | ab esse sicut cum dicitur homo mortuus; ergo si homo semper est animal, homo semper est', patet quod non sequitur et est ibi fallacia secundum quid et simpliciter, quia, cum dicitur 'homo semper est animal', hoc quod dico 'semper' non dicit nisi sempiternitatem habitudinis subiecti ad praedicatum; et conclusio infertur, ac si dicat sempiternitatem simpliciter. Huius tamen consequentiae aliam dicunt causam AVICENNA et ALGAZEL. Dicunt enim has esse per se: 'hic homo est homo' et 'homo est animal' et 'animal

Arist. Lat. 27,10–28,9 (Busse 18,10–19,3) DE COMMUNIBUS DIFFERENTIAE ET SPECIEI. – Commune ergo differentiae et speciei est aequaliter participari; homine enim aequaliter participant particulares homines et rationali differentia. Commune vero est et semper adesse his quae participant; semper enim Socrates rationalis et semper Socrates homo.
DE PROPRIIS DIFFERENTIAE ET SPECIEI. – Proprium autem differentiae quidem est in eo quod quale sit praedicari, speciei vero in eo quod quid est; nam, et si homo velut qualitas accipiatur, non simpliciter erit qualitas sed secundum id quod generi advenientes differentiae eam constituerunt. Amplius differentia quidem in pluribus saepe speciebus consideratur (quemadmodum quadrupes in pluribus animalibus specie differentibus), species vero in solis his quae sub specie sunt individuis est. Amplius differentia prima est ab ea specie quae est secundum ipsam; simul enim ablatum rationale interimit hominem, homo vero interemptus non aufert rationale, cum sit deus. Amplius differentia quidem componitur cum alia differentia (rationale enim et mortale compositum est in substantia hominis), species vero speciei non componitur ut gignat aliquam aliam speciem (quidam enim equus cuidam asino permiscetur ad muli generationem, equus autem simpliciter asino numquam conveniens perficiet mulum).

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 46 *Ca* f.28ra

1 quo] qua *F1Pi om. Sh* | differat] differunt *F1* 2 quo] ergo *P1P2* autem *F1* genus vel *praem. Pi* | dicebatur] dicendum est *praem. F1* 3 quo] qua *F1* 4 istae *om. V1Pi pavlp* | quo] quae *V1* | differat] differunt *F1* 5 est *om. F1* | differentia] genus *F1* 6–7 Quo – dicebatur *hom. pavlp* 8 ut] in *F1 om. pavlp* | et accidente *iterav. CaP1* | dicatur *om. P1F1 vlp corr. P1*[1] 10 et] vel *F1* | differentia] et specie *add. vlp* 10–11 differat] differant *CaP1P2* differant ut *Pi pa* 12 generis] generum *F1* | differentiae] differentiis *F1* 13 duabus – alia *hom. F1* | speciei] speciebus *Ca* species *P1P2Pi* 13–14 ad accidens] et accidentis *F1* 14 quae *om. pavlp* 15 alia] ut *add. pavlp* 16 autem *om. F1Pi lp* 17 communibus] communitatibus *Ca* | communibus – propriis] communitate et differentiis *F1* 19 Dicamus igitur] dicimus enim *V1* 22 homine] homo *P1P2ShPi pa* hominem *V1 vlp* | enim, quod] in eidem *F1* 24 rationali] rationale *ShV1 pavlp* 26 scilicet *om. F1* 27–28 esse[2] – unum *om. pavlp* 28 enim] autem *V1* 29 reciperet – esse] susciperet secundum *F1* 30 et *om. Pi pavlp* 32 vero *om. F1* | etiam[1] *om. pavlp* | etiam[2]] idem *V1Pi om. pavlp* 34 alterari] alterati *P1P2Pi* alterantur *pavlp* 35 docetur] dicetur *F1Pi* hic dicetur *pavlp* 36 Socrates[2]] Plato *F1* 39 est – ideo] ut *Sh* 41 haec] hic *V1* | substantia] homo *F1* 42 de] vel *CaP1P2* in *F1*[1] 49 dicitur] quod *add. F1* 50 hoc] non *pa om. vlp* | quod] quidem *F1* 51 nisi] hic *Pi* 52 conclusio] econverso *F1* unde *Sh* 53–54 consequentiae – causam] commune aliam dant obiectionem *F1* 54 has] hos *CaP1P2Sh*

1–2 Supra p. 123 v. 48sqq. – 6–7 Cf. p. 127 v. 4sqq. – 25 Supra p. 59 v. 73–78 cum nota p. 59 v. 77. – 27–28 Cf. Porph., Isag. c. De differentia (Arist. Lat. I,6–7 p. 16 v. 9–11); supra p. 84 v. 70–75. – 39–40 Avicenna et Algazel: Avic., Phil. prima tr. 5 c. 1 (ed. Van Riet [V-X] p. 230 v. 71–p. 233 v. 18). – 48–49 Arist., De sophist. el. c. 5 (166 b 22sq.); transl. Boeth. Arist. Lat. VI,1–3 p. 11 v. 2. – 54 Avicenna et Algazel: Avic., Phil. prima tr. 5 c. 1 (ed. Van Riet [V-X] p. 233 v. 19–p. 235 v. 66).

est substantia', et semper esse veras propter causam quae DICTA est, quia scilicet praedicatum clauditur actu et intellectu in subiecto. Si autem inferatur: 'homo est substantia, ergo homo est', dicunt non sequi, quia id est quod actu est et hoc accidit; accidit enim esse actu ei quod dicitur 'homo est substantia', quia sive homo sit actu, sive non sit actu, haec semper vera est 'homo est substantia'.

Assignatis autem convenientiis differentiae et speciei tangenda etiam propria. Dicimus igitur quod *proprium est differentiae* – in quo differt a specie, cum tamen utrumque horum universalium sit praedicatum essentiale – quod differentia *praedicatur in eo quod quale, speciei vero* proprie convenit praedicari *in eo quod quid est*. Quamvis enim *homo* communis *velut qualitas* aliquando *accipiatur* – sicut omne commune, sive genus sive species, quale quid significat, quod ex opposito secundum modum aliquem accipitur ad hoc aliquid –, *non* tamen propter hoc *simpliciter erit qualitas* alicuius, sicut differentia est qualitas generis, et proprium qualitas speciei, et accidens qualitas individui, *sed* erit qualitas quaedam secundum humanitatem *secundum id quod differentiae*, quae qualitates essentiales sunt *generi advenientes*, speciem ut quale quid esset *constituerunt*. Omne enim commune hoc modo quale quid est in qualitate suae communis formae constitutum.

Amplius secunda quidem proprietas est, qua differentia et ⟨species⟩ distinguuntur, quod *differentia* 'cum sit generalis', ut in ANTEHABITIS dictum est, *saepe in pluribus speciebus consideratur* sicut et genus, *quemadmodum quadrupes* consideratur ut universale *in pluribus animalibus specie differentibus*. Cuius causam dicunt AVICENNA et AVERROES. esse quod talis differentia pro genere ponitur et circumlocutio est generis *Species*, quae vere species est et non genus, non consideratur secundum esse in pluribus specie differentibus, sed *in his solis individuis quae sub* eadem *sunt specie*. Si enim accipiatur species ut genus subalternum, tunc non hic sed in ANTEHABITIS differentia differentiae et talis generis posita est, et ideo hic non loquimur nisi de specie quae non potest esse genus.

Amplius tertia differentia, quia *differentia* quidem natura et intellectu *prima* vel prior *est ab ea specie, quae est secundum ipsam* differentiam constituta, sicut principium essentiale prius est principiato. Cuius probatio, quia prius est hoc modo a quo non convertitur consequentia; constat autem quod *ablatum rationale*, quod est differentia hominis, *interimit* et aufert *hominem*, quod est species; *homine vero interempto* sive ablato, non necessario sequitur quod interimatur *rationale, cum* adhuc interempto homine *deus* secundum STOICOS rationale quoddam *sit*. Et quod hic potest obici de differentia ultima convertibili, iam in praehabito DE DIFFERENTIA tractatu solutum est. AVICENNA tamen dicit haec omnia per ignorantiam esse dicta a Porphyrio.

Amplius quarta quidem differentia est quod *differentia componitur cum alia differentia* praecipue ad speciem constituendam. Et hoc exemplo manifestum est, quia *rationale et mortale* unum cum alio *compositum* est in compositione sive constitutione hominis sive *in substantia hominis* constituenda. *Species vero speciei non componitur, ut gignat aliquam speciem*, quae eadem sit in subiectis sive suppositis sive individuis illarum specierum, sicut differentia cum differentia componitur ad substantiam speciei constituendam, quae eadem habet supposita, quae habet altera duarum differentiarum. Eadem enim sunt supposita rationalis et mortalis differentiarum. Quamvis enim *quidam equus* in particulari *cuidam asino permisceatur ad muli generationem, equus* tamen *simpliciter* sive universaliter acceptus *asino* universaliter *conveniens numquam perficit mulum*.

Quod autem hic dicitur quod differentia differentiae componitur, sciendum quod impossibile est, si utraque

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 esse veras] est vera *F1* 2 quia] quasi *P1P2* quod *F1Pi pavlp* | scilicet] semper *F1* 5 quod – est] est idem quod actu *pavlp* 5–7 et – actu *om. F1* 5 hoc *om. V1* 6 quia *om. pavlp* | homo[2] *om. Sh* 9 autem] etiam *pavlp om. F1* 10 propria] sunt *add. V1 pavlp* | Dicimus igitur] diximus iam *pavlp* 11 in *om. pavlp* 11–12 tamen – horum] illorum *V1* istorum *Sh* 12 universalium] utrumque horum praedicabile *F1* 13 quod[1]] quia *V1Pi pavlp om. F1* | speciei] species *F1* 13–14 proprie *om. V1 pavlp* 16 omne] esse *F1 om. pavlp* 19 erit] et *F1* | sicut] qualitas *add. Pi* 21 erit] etiam *F1* 21–22 humanitatem] habitudinem *F1* 22 differentiae] differt *F1* 23 speciem] speciei *F1* 24 esset] esse *F1V1Pi* est *pavlp* 25 in *om. pavlp* 27 proprietas *om. Sh* 28 species *editor cum pavlp* proprium *CaP2F1ShV1Pi* propria *P1* 29 in antehabitis *om. V1* 30 et] est *F1* | quemadmodum] et *add. P2* 33 quod] quia *V1Pi pavlp* 34 quae vere] vero quae *V1Pi pavlp* 36 sub] in *V1* 37 accipiatur] accipitur *pavlp* 38–39 differentiae *om. F1* 39 generis] igitur *F1* 39–40 loquimur] loquitur *pavlp* non *add. P1*[1]*P2* 40 specie – potest] speciebus quae non possunt *F1* 41 differentia[1]] est *add. ShV1Pi lp* 41–42 natura] naturaliter *F1* 42 ab *om. pavlp* 43 differentiam] et *add. F1* 44 essentiale] equale *F1* | probatio] est *add. F1V1Pi pavlp* 45 convertitur] subsistendi *add. pavlp* 46 constat – rationale *om. pa* | constat – quod] ut *vlp* | autem *om. P1P2 corr. P1*[1] | ablatum rationale] ablato rationali *V1Pi vlp* 47 hominis – hominem] aufertur homo *pavlp* | interimit – hominem] interimitur et aufertur homo *V1Pi* | est *om. lp* 48 vero] enim *pa om. vlp* 49–50 homine] hoc *CaP1P2F1V1Pi* 52 differentia *om. F1* 53 ignorantiam] ignorantia *F1 l* 55 quod] quia *F1* 57 exemplo] exemplum *F1* 58 et mortale] cum irrationale *F1* 60 speciei] cum specie *F1* 61 aliquam] aliam *F1V1* | speciem] aliquam *add. F1* | subiectis] substantiis *pavlp* cum subiectis *add. CaF1Sh* 62 sive individuis *om. Sh* | illarum] aliarum *Ca* substantiarum vel *F1* 66 rationalis – mortalis] rationale et mortale *F1* | differentiarum *om. pavlp* 67 in particulari *om. pavlp* | asino] asinae *P2F1 pavlp* | permisceatur] permiscetur *F1* 68 tamen] si *add. pavlp* 68–69 universaliter] sit *add. lp* 69 asino] asinus *F1* et in specie asinae *V1Pi pavlp* | conveniens] permisceatur *pavlp* 71 quod] de *F1* 72 est, si] sed *F1*

2 Supra p. 133 v. 39–43. – 29 Supra p. 96 v. 53–54 cum nota p. 96 v. 54. – 32 Avicenna et Averroes: Averr., In Porph. Isag. c. 2 (Venetiis 1560 t. 1 f. 4B-F). – 38 Supra p. 123 v. 48sqq. – 50 Cf. supra p. 62 v. 29–37 cum nota p. 62 v. 32. – 52 Supra p. 97 v. 25–p. 100 v. 23. – 53 Avic., Logica pars 2 c. 2 (Venetiis 1508 f. 11rb), ubi a Porphyrio dissentit, non tamen eum ignorantem vocat.

differentiarum ut actus ultimus accipiatur. | Si autem una accipiatur ut imperfecta et in potentia ad alteram, tunc prior est sicut genus ad alteram et secunda est sicut actus et perfectio, et tunc est possibile. Et hoc est quod dicit AVICENNA quod duae differentiae non eiusdem ordinis conveniunt ad speciei constitutionem, quarum una est prior et altera posterior; sicut rationale quod est communius quam homo, et mortale quod posterius est in eadem rationali natura acceptum et determinans ad speciem hominis.

Quod autem DICITUR quod species non conveniunt, ideo dictum est, quia species est id quod actu ultimo perfectum est in his quae formaliter perfecta sunt; et ex duobus actu perfectis non potest fieri aliquid in aliqua natura. Et quod DICITUR de equo et asino convenientibus, quod fit mulus, in multis fit animalibus, sicut in cane et vulpe et aliis, quae sunt vicina secundum complexionem et ita quod unum temperat semen alterius – sicut frigiditate asini temperatur calor sanguinis vel seminis equi – et quorum idem vel vicinum est tempus impraegnationis. Et tunc etiam, ut dicit AVICENNA, non conveniunt ad constitutionem animalis, cuius individua sint convenientia cum individuis alterius illarum specierum, sicut constitutum a duabus differentiis idem est cum individuis utriusque illarum differentiarum, quia individua muli non conveniunt cum individuis asini nec cum individuis equi. Quod autem quidam dicunt, et videtur Porphyrius dicere, quod scilicet *quidam equus* et *quidam asinus* conveniunt *ad muli generationem*, et quod *equus simpliciter* et *asinus simpliciter* non conveniunt ad generationem, valde inconsiderate dictum est, quia etiam equus simpliciter cum equa simpliciter non conveniunt ad huius equi generationem. 'Actiones enim et operationes' non universalium, sed 'particularium sunt', et universalia non generantur nisi per accidens vel per consequens in particularium generatione. Simpliciter autem universalia ingenerabilia sunt et incorruptibilia.

Hoc igitur est quod antiqui dixerunt de communibus et propriis differentiae et speciei. Hoc enim patet ex verbis eorum. Dicunt enim sic: *Commune ergo differentiae et speciei est aequaliter*, et non secundum magis et minus, *participari* ab his de quibus praedicantur; *hominem enim participant aequaliter particulares* et similiter *rationalem differentiam. Commune vero* etiam *est* eis *et adesse semper his quae* horum *participant; semper enim Socrates rationale est et semper Socrates homo* est.

Proprium autem differentiae est in eo quod quale sit praedicari, species vero praedicatur *in eo quod quid sit. Si* autem *homo* communis *velut qualitas accipiatur, non* tamen *simpliciter* et absolute *erit qualitas, sed secundum id quod generi advenientes differentiae* eum, qui species est, hominem *constituunt.* Sic enim est quale quid, et non simpliciter quale vel qualitas, quia quid generis differentia formatum est in ipso. *Amplius* aliud habent proprium, quo differunt, quod *differentia quidem* una divisiva et communis *in pluribus speciebus*, in quibus actu et simul est, *consideratur, quemadmodum quadrupes consideratur in pluribus animalibus specie differentibus. Species vero*, quae solum species est, consideratur *in solis, quae sub ipsa sunt individuis.* Amplius autem adhuc differunt, quod *differentia est prima* vel prior *ab ea specie, quae est secundum ipsam* constituta. Cuius signum est quod *simul ablatum rationale interimit hominem; homo vero interemptus non* interimit *rationale, cum* adhuc *sit deus* homine non existente. *Amplius quidem* adhuc differunt, quod *differentia* cum generalis sit, et non ultima et convertibilis, *componitur cum alia differentia. Rationale enim et mortale* unum cum alio *compositum*, ut potentia et actus, *est in substantia hominis*, qui est species. *Species vero speciei non componitur, ut gignat speciem aliquam aliam.* Et si obicitur de asino et equo in muli generatione, dicimus quod *quidam asinus cuidam equo permiscetur ad muli generationem; equus autem simpliciter asino* simpliciter *conveniens numquam perficit mulum.*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 1 *Ca* f.28rb

2 alteram] ultimam *F1* aliam *V1Pi pavlp* 3 prior] prima *V1 pavlp* primo *Pi* | genus] et *add. CaP1P2Sh*[1] 5 non *om. V1* 6 speciei] speciem *Sh* 8 communius] prius *F1* | est *om. pavlp* 9 et] est *vlp* | determinans] determinatum *F1* 11 dicitur] dictum est *F1* 12 quia] quod *P2* 13 his] illis *pavlp* 14 aliquid] aliquod *F1* 15 equo] equa *V1* | asino] asina *F1 vlp* 16 quod] sic *F1* | multis] aliis *add. pavlp* 17 et[1] *om. P1P2Pi* | vicina] unica *F1* 18 et *om. V1 vlp* | ita – temperat] ideo quod unum temperet *F1* | semen] situm *CaP1P2* 18–19 semen – temperatur *hom. F1* 19 asini] asinae *vlp* | sanguinis vel *om. pavlp* 20 et] vel *Sh om. V1* | vel vicinum *om. vlp* | vicinum] unicum *F1* initium *pa* 21 impraegnationis] impugnationis *F1* 23 sint] sunt *pavlp* | alterius *om. F1* 24 a *om. F1* 25–26 utriusque – individuis *hom. CaP1P2F1* 26 muli non] nulli naturae *Pi* | non] nec *Sh* | nec] non *CaP1P2* 27 cum] et *F1* 29 quidam – asinus] quaedam asina *F1Pi pavlp* 30 et] cum *P2* | asinus] asino *P2* asina *Pi pavlp* | simpliciter[2] cum asino simpliciter *add. CaP1F1Sh* | non *om. pavlp* 31 generationem] muli huius *praem. Pi pavlp* 32 cum] et *ShV1* 34 sed] tantum *add. pavlp* 36 particularium] particulari non *Ca* | generatione] generationem *lp* 37 autem] enim *pavlp* 41 Commune *om. F1* 44 particulares] homines *add. V1Pi lp* | rationalem] rationale *ShV1* 44–45 etiam *om. P1P2F1Pi pavlp* 45 adesse] dat esse *F1* | semper[1] super *Sh* 47 differentiae] omni *add. pa* omnino *add. vlp* 47–48 sit – vero] praedicari species *F1* 47 praedicari] praedicatur *P1 p* 48 sit *om. F1* 49 communis] est *add. F1* | tamen] tunc *Sh* 50 id] idem *F1* 51 eum] cum *F1* | eum, qui] eam quae *Sh praem. Pi pa* 54 quod] quia *F1Pi pavlp* 55 quidem *om. Pi pavlp* | communis] communibus *F1* 58 quae] cum *add. F1* 60 quod] quia *F1Pi pavlp* 62 non *om. Sh lp* 63 interimit] animal *add. F1* 64 quod] quia *F1* 67 est] sunt *F1* 68 qui] quae *P2F1Pi pavlp* 69 gignat] gignet *F1* | obicitur – equo] obiciatur de equa et asino *F1* | asino] asina *vlp* 70 quidam asinus] quaedam asina *vlp* 71 equo] equae et asino particulari *F1* 72 asino] asinae *F1 pavlp* | simpliciter *om. Pi* | mulum] ut dictum est prius *add. F1*

5 Avic., ibid. – 11 Supra p. 134 v. 60–62. – 15 Supra p. 134 v. 66–70. – 21 Avic., ibid. – 33–35 Cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 1 (981 a 16); transl. anon. Arist. Lat. XXV,2 p. 8 v. 5–6; Eth. Nic. l. 2 c. 7 (1107 a 31); transl. Lincoln. rec. pura Arist. Lat. XXVI,1–3 p. 172 v. 19–21. – 35–36 Circa generationem universalium in singulari cf. supra p. 36 v. 52 – p. 37 v. 11.

Cap. 9. De communibus et differentiis proprii et differentiae

Nunc dicamus differentias et communia differentiae et proprii. *Differentia* igitur *et proprium commune quidem habent* prima communitate quod *aequaliter* et non secundum intensionem et remissionem a suis, de quibus praedicantur, | suppositis *participantur*. Utrumque enim illorum in termino participatur, eo quod unum, videlicet differentia, pars formalis est ipsius esse, quod, sicut dictum est saepius, 'unum est et non recipit magis et minus'. Proprium autem ab aptitudine naturalis potentiae formaliter imponitur, quae aptitudo in potentia habitu completa, et non actu, qui est operatio – cum sit completio maior quam potentia compleatur nisi per habitum –, etiam rem suam dicit in termino; et ideo non potest suscipere magis et minus, quamvis, sicut in antehabitis dictum est, impedientia vel expedientia ad actum in subiecto possit habere, quibus expeditius vel minus expedite agat secundum potentiam illam. Sed haec non variant potentiam stantem in habitu naturali. Participantur ergo haec duo aequaliter *ab his quae participant eorum*. Ea enim quae *rationalia* sunt, de quibus praedicatur rationale, *aequaliter* et non secundum magis et minus *sunt rationalia*, et similiter ea quae sunt *risibilia*, de quibus praedicatur risibile, *sunt aequaliter* et non secundum magis et minus *risibilia*.

Amplius autem et in hoc conveniunt, quod utrumque, et differentia scilicet et proprium, *semper et omni* sive universaliter adsunt illis de quibus praedicantur, quia secundum naturae potentiam et aptitudinem attribuuntur illis de quibus praedicantur, et non secundum actum. Quamvis enim uno vel utroque pede *curtetur* qui secundum naturam *bipes est, non* propter hoc *perit substantia* formalis in ipso, qua formatur ad habendum duos pedes, sed potius id quod tali natura ad bipes formatum est, semper bipes dicitur per naturae aptitudinem, sicut et *risibile* a potentia naturali cum naturali habitu completa semper dicitur risibile, quamvis *non semper rideat* secundum effectum, nec plus habet potentiam naturalem, quando ridet in actu quam quando plorat, sed aliter habet eam et ad aliud. Habuit enim semper in aptitudine aequali, quod nunc exercet secundum actum.

Proprium autem, quo differentia a proprio distinguitur, est quod aliqua differentia, quae scilicet ultima non est et verae differentiae nomen habet, semper *dicitur de pluribus speciebus* sicut et genus. Et hoc probatur exemplo, quia *rationale*, quod est differentia, praedicatur *de homine et de deo* secundum Stoicos et Epicureos, qui deos et deas rationes multas esse posuerunt. *Proprium vero* non praedicatur nisi de *una sola specie cuius est proprium*, et de illius speciei individuis. Et haec omnia plana sunt ex praemissis.

Adhuc etiam in hoc differunt quod differentia quidem sequitur universaliter ad ea *quorum est differentia*, absque conversione sicut et genus. Sequitur enim: 'si homo est, rationale est', sed non convertitur quod, si rationale sit, quod propter hoc necesse sit hominem

Arist. Lat. 28,10–29,2 (Busse 19,4–15) de communibus differentiae et proprii. – Differentia vero et proprium commune quidem habent aequaliter participari ab his quae eorum participant; aequaliter enim rationalia rationalia sunt et risibilia risibilia sunt. Et semper et omni adesse commune utrisque est; sive enim curtetur qui est bipes, non substantiam perimit, sed ad quod natum est semper dicitur; nam et risibile, eo quod natum est habet id quod est semper, sed non eo quod semper rideat.
de propriis differentiae et proprii. – Proprium autem differentiae est quoniam haec quidem de pluribus speciebus dicitur saepe (ut rationale de homine et deo), proprium vero in una sola specie cuius est proprium. Et differentia quidem illis est consequens quorum est differentia, sed non convertitur, propria vero conversim praedicantur quorum sunt propria idcirco quoniam convertuntur.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 7 *Ca* f.28va

1 communibus[2]] communitate *F1* communitatibus *lp* 1–2 et[2] – et] differentiis et proprii *P1* 2 differentiae] accidentis *CaP1F1Sh* 3 Nunc] autem *add. ShV1* | dicamus] dicemus *F1* 5–6 intensionem] intentionem *V1 lp* 8 participatur] in termino *add. Sh* | videlicet] de *CaP1P2F1* scilicet *Sh* universaliter *Pi* 12 aptitudo] habitudo *Pi pa* | in] tamen *Ca* habet *F1* cum *Sh* | potentia] potentiam *CaP1P2F1ShPi* | habitu] habitum *Pi pa* 12–13 habitu completa] per habitum completur *vlp* | completa] completum *CaP1P2Pi pa* completam *F1Sh* 13 actu] actum *CaP1Pi pavlp* | operatio] comparatio *F1* | completio] complexio *F1 pa* 14 maior] melior *F1 om. P1* | quam] qua *vlp* | compleatur nisi] completur *pavlp* 15 etiam] et *lp* | rem suam] esse suum *Sh* 18 subiecto] substantia *lp* | expeditius] expeditio *Ca* 19 secundum] quod *CaP1P2* ad *F1* per *V1Pi pavlp* 19–20 Sed – potentiam *hom. F1* 20–21 Participantur] participant *P1P2* 21 ergo] autem *F1* 22 eorum] ea *V1Pi pavlp* 24 risibilia] rationalia *F1* 27 autem *om. pavlp* | et *om. F1* 28 et[1] *om. V1Pi pavlp* | scilicet – omni] et proprium semper *F1* | omni *lac. Ca* 29 adsunt] insunt *F1Pi* 32 curtetur] curretur *P1P2* truncatur *F1* careat *V1Pi pavlp* | qui] quid *F1* 34 habendum] habendos *V1Pi pavlp* 35 pedes – id] sed potius *F1* 36 per] propter *F1* 37 cum naturali] connaturali *V1 om. F1* 37–38 completa] completo *F1* 39 nec – habet] nihil plus habeat *F1* 40 sed] si *pavlp* 41 aliud – enim] aliquid habuerit eam *pavlp* | semper] ad *praem. F1* est *add. p* 42 nunc] non *P1P2F1Pi pavlp* | secundum] suum *F1* 43 autem *om. F1* 45 habet] habetur *F1* 46–47 probatur – quia] praedicatur ex hoc quod *F1* 49 rationes multas] rationales multos *F1* multas rationales *V1Pi pavlp* 55 et *om. pavlp* 56 quod *om. F1* 57 rationale – quod] sit rationale *Pi lp* | necesse sit] sequatur *V1Pi pavlp* 57–p. 137 v. 1 hominem esse] homini non *V1*

60 perimit] perit *HeKö*

10 Cf. Porph., Isag. c. De differentia (Arist. Lat. I,6–7 p. 16 v. 9–11); supra p. 84 v. 70–75, p. 131 v. 26–27, p. 133 v. 27–28. – 16 Supra p. 108 v. 28–53. – 44–46 De 'vera' differentia cf. supra p. 99 v. 41–53. – 48 Cf. supra p. 11 v. 60–p. 12 v. 1 cum nota p. 12 v. 1 et p. 62 v. 29–37 cum nota p. 62 v. 32.

esse, secundum Stoicos. *Propria vero conversim praedicantur* de his *quorum sunt propria*. Si enim homo est, risibile est, et si risibile est, homo est. Et haec quidem fere sub eisdem verbis dixit Porphyrius, et ideo verba eius ponere non oportet.

Cap. 10. De convenientiis et differentiis differentiae et accidentis

Differentiae autem et accidenti, ut dicit Porphyrius, *commune est de pluribus* praedicari, in quantum utrumque eorum universale est. Hoc enim est quod omni quidem convenit universali, in quantum est 'in multis et de multis'.

Ad inseparabile autem accidens specialem habet differentia communitatem, quod scilicet tam differentia quam inseparabile accidens *semper adest* in *omnibus*, de quibus praedicatur. Quod exemplo probatur et inductione, quia *bipes semper adest corvis*, cum sit differentia de corvis et hominibus praedicata. *Nigrum etiam esse*, quod tamquam accidens inseparabile praedicatur de corvis, semper adest corvis; quamvis enim possit fieri corvus albus vel aetate vel arte, tamen – quia corvus non tantum nominat speciem, sed in tali complexione, quae causa nigredinis est, designat subiectum materiale – inest accidens nominato tali subiecto semper accidens inseparabile.

In hoc autem differunt differentia et accidens, quod differentia quidem continet ambitu suae communitatis ea, de quibus praedicatur. Continere enim est omnia, de quibus praedicatur, intra suam communitatem claudere. *Continet* ergo *differentia et non continetur* ab his, de quibus praedicatur. Sic enim *continet* haec differentia, | quae est *rationale*, totum *hominem* et omnia particularia ipsius. *Accidentia vero* non proprie nec vere, sed *quodammodo continent* quaedam eorum, de quibus praedicantur, secundum quod in pluribus sunt et excedunt ea de quibus praedicantur. *Quodam* autem *modo continentur, eo quod subiecta* eorum, de quibus praedicantur, *non* omnia *susceptibilia* sunt *sed plurimorum*; et ideo continet, quibus inest, et exceditur ab his quibus non inest. Album enim praedicatur de hominibus albis et quodam modo continet ea, de non albis autem non praedicatur; et ideo aliquis homo non est albus, et quoddam album non est homo, quia potest esse in alio subiecto quam in homine; cum dicitur 'homo est album', homo continetur ab albo, et cum dicitur 'album est homo', continetur album ab homine. Nec ista continentia est proprie, quia continere est formae substantialis; et ideo accidens, in quantum est forma, continet, in quantum autem est accidens, fluidum habet esse et continetur a subiecto. Et sermo quidem Porphyrii obscurus est, sed hunc quem dixi veriorem puto eius esse intellectum.

Alia autem adhuc est differentia inter differentiam et accidens, quod differentia quidem non est *intensibilis et remissibilis*, sicut patet ex SUPRADICTIS, ubi etiam soluta sunt quae contra dictum hoc obici possunt. *Accidentia* autem *minus et magis suscipiunt*, eo quod causas habent materiales, et secundum seipsa non sunt nominantia rem suam in termino. Et haec omnia plana sunt ex PRAEDICTIS.

Arist. Lat. 29,3–18 (Busse 19,16–20,8) DE COMMUNIBUS DIFFERENTIAE ET ACCIDENTIS. – Differentiae autem et accidenti commune quidem est de pluribus dici, commune vero ad ea quae sunt inseparabilia accidentia semper et omnibus adesse; bipes enim semper adest omnibus corvis, et nigrum esse similiter.

DE PROPRIIS DIFFERENTIAE ET ACCIDENTIS. – Differunt autem quoniam differentia quidem continet et non continetur (continet enim rationalitas hominem), accidentia vero quodam quidem modo continent eo quod in pluribus sint, quodam vero modo continentur eo quod non unius accidentis susceptibilia sunt subiecta sed plurimorum. Et differentia quidem inintendibilis est et inremissibilis, accidentia vero magis et minus recipiunt. Et inpermistae quidem sunt contrariae differentiae, mista vero contraria accidentia. Huiusmodi quidem communiones et proprietates differentiae et ceterorum sunt.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 30 *Ca* f.28vb

4–5 ponere] exponere *P1*[1] 6 convenientiis] communitate *F1* communitatibus *lp* 8 autem] quidem *F1* 9 est – pluribus] necesse est de pluribus quidem *F1* 9–10 eorum] horum *F1* illorum *pavlp* 10 est quod] quod *pa om. vlp* 12–13 Ad – communitatem] autem accidens separabile habet differentiis communitatis *F1* 12 specialem] specialiter *pavlp* 12–13 differentia] haec *add. Ca* 14 semper – in] deest *F1* | in] et *Sh om. V1 pavlp* 17 et] de *add. F1* 19 enim possit] etiam posset *pavlp* posset *F1* 21 in tali] intellecti *F1* 22 designat] designatur *Pi pavlp* 22–23 inest] et hoc *lp om. v* 23 semper] est *add. P1P2Pi pavlp* | accidens[2] *iterav. F1* 25 autem] etiam *pavlp* | quod] quia *pavlp* 26 continet] in *add. V1* 27 ea] causa *F1* 27–28 Continere – praedicatur *om. P1F1 corr. P1*[1] 27 omnia] ea *pavlp* 28 intra] inter *F1* 28–29 claudere] cludere *Sh om. F1* 31 omnia *om. P1P2V1Pi pavlp* 32 non] nec *pavlp* | vere *om. V1* 33 quaedam] quidam *F1* 34–35 secundum – praedicantur] quaedam *F1* 35 continentur – quod] continent eo quia *pavlp* 36 non] quidem nec *F1* | omnia] unius accidentis *Porph.* 36–37 susceptibilia] susceptiva *V1* 37 sunt] horum *add. pavlp* 37–38 ideo – inest] omnia continent quibus insunt et exceduntur ab his quibus non insunt *lp* 37 continet] continent *v* in *add. P2* 38 exceditur] exceduntur *v* 40 ea *om. F1* | praedicatur] praedicari potest *F1* | ideo *om. Pi pavlp* 41 non[1] – albus] est non albus *Pi pavlp* | albus] album *P1Sh* | quoddam] aliquod *F1* 42–43 quia – homo *hom. F1* 43 cum] ideo *praem. V1Pi pavlp* | album] albus *V1Pi pavlp* 43–45 ab – proprie] sed ista continentia non est propria *V1Pi pavlp* 43–44 albo] illo *Ca praem. F1* 45 continentia – proprie] convenientia est propria *F1* 45–46 continere] convenire *F1* 50 eius] eo *pa om. vlp* | esse *om. P2* 52 quod] quia *pavlp* 52–53 intensibilis – remissibilis] insensibilis *P1* 54 sunt] superius *add. F1* | dictum *om. V1* | hoc *om. F1* | obici possunt] obiiciuntur *pavlp* 57 omnia] omnino *pavlp* | praedictis] supradictis *pavlp*

10–11 Cf. supra p. 17 v. 39–43. – 19–20 Circa productionem corvi albi cf. supra p. 118 v. 14–20. – 38–45 Cf. Avicenna, Logica pars 2 c. 2 (Venetiis 1508 f.11va). – 53 Supra p. 83 v. 38–53, p. 83 v. 57–p. 84 v. 79, p. 133 v. 19sqq. – 57 Supra p. 131 v. 28–36.

Adhuc autem alia est differentia, quod impermiscibiles *sunt contrariae differentiae* ad alicuius unius speciei constitutionem. Ex rationali enim et irrationali non constituitur aliqua species una. *Contraria autem accidentia mixta sunt* ad alterius constitutionem, sicut miscentur contrarii colores et sapores ad mediorum constitutionem.

Et si obicitur quod etiam colores contrarii contrarias habent differentias et species, dicendum quod hoc modo, quo colores et differentiae colorum formales considerantur, per quae color in genere qualitatis ordinatur, hic non loquimur, sed potius de esse materiali accidentis, prout est universale praedicatum de his quae denominantur ab ipso. Sic autem constat quod recipit intensionem et remissionem per contrarii admixtionem vel a contrario depurationem, quia albius est hoc modo nigro impermixtius, ut dicitur in I TOPICORUM. Cum autem recipit magis et minus, recipit illud aliquando quod recessit a contrario, sicut malum peius quod recessit a bono, aliquando autem, quod accessit ad terminum, ut bonum melius, quod summo bono est propinquius. Aliquando autem secundum contrarii admixtionem, ut album albius, ut ANTE dictum est.

Huiusmodi ergo *sunt* communitates *et proprietates differentiae et ceterorum* universalium.

Cap. 11. De convenientiis et differentiis speciei et proprii

Post haec sequitur dicere convenientias et differentias speciei et proprii. In *quo* enim *species differat a genere et a differentia dictum est* PRIUS in capitulis, in quibus diximus, *quo genus differret* a *ceteris et quo differentia differret* ab aliis. Dicimus igitur quod *speciei* quidem *et proprio commune est de se invicem praedicari*. Quod patet per exemplum, *quia, si homo est, risibile est, et* econverso, *si risibile est, homo est*. Cuius conversionis causa est, quia species principiis substantialibus ponit aptitudinem, qua proprium est proprium, sicut causa propinqua et adaequata ponit effectum. Similiter ipsa aptitudo, quae est proprium, relinquit tale subiectum et ponit ipsum, sicut effectus proprius et causae adaequatus ponit suam causam. Hoc autem facit proprium, quod est *risibile*, ideo, *quoniam* non dicitur secundum actum ridendi, sed *dicitur* secundum aptitudinem, *secundum quod natum est*. Et haec aptitudo semper est in subiecto proprii, sicut *saepe iam* in ANTEHABITIS *dictum est*.

Secunda autem convenientia est quod *species aequaliter* et non secundum magis et minus participatur ab *his quae participant* species, et similiter *propria* aequaliter participantur ab his *quorum sunt propria*. Nec hic facimus vim de participatione propriissime dicta. Large enim dicimus participare omne id quod aliud habet in seipso, et participari omne id quod inest alii, sive per se insit | sive per accidens.

His autem communibus speciei et proprio assignatis, assignanda sunt, in quibus differunt ab invicem. Dicimus igitur quod *species* quidem in hoc *differt a proprio*, quia ea quae est species ad unum, ad aliud *potest esse genus*; sed hoc verum est de specie subalterna et non de specie specialissima. *Proprium* autem cum sit unius speciei proprium, quae est specialissima, *impossibile est esse proprium aliarum specierum*. Si tamen esset proprium speciei

Arist. Lat. 29,18–30,12 (Busse 20,8–21,3) Species vero quo quidem differat a genere et differentia dictum est in eo quod dicebamus quo genus differt ceteris et quo differentia differret ceteris.
DE COMMUNIBUS SPECIEI ET PROPRII. – Speciei autem et proprii commune est de se invicem praedicari; nam, si homo, risibile est, et si risibile, homo est (risibile vero quoniam secundum id quod natum est dicitur, saepe iam dictum est); aequaliter enim sunt species his quae eorum participant et propria quorum sunt propria.
DE PROPRIIS SPECIEI ET PROPRII. – Differt autem species proprio quoniam species quidem potest et aliis genus esse, proprium vero et aliarum specierum esse impossibile est. Et species quidem ante subsistit quam proprium, proprium vero postea fit in specie; oportet

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 51 *Ca* f.29ra

1 differentia] ex praedictis scilicet *add. F1* 2 unius *om. F1 pavlp* 5 miscentur] si miscerentur *pavlp* 6 colores] odores *F1* | mediorum] medii *P1P2V1Pi pavlp* 7 obicitur] obiciatur *F1* 8 hoc] hic *Sh* de *praem. p* 10 quae] quas *vlp* 11 non] autem *Ca* | loquimur] loquitur *F1 pavlp* | de esse *om. Sh* 11–12 accidentis] accidens *CaP1P2* 14 admixtionem] contrarii *add. F1* 14–15 a contrario] a contrarii *F1* contrariorum *V1Pi* contrariorum vel *pavlp* 15 quia] quod *pa* eo quod *vlp* 16 I] quarto *lp* 17 et minus *om. F1* 17–18 quod recessit] secundum recessum *ShV1* 18 peius] prius *pa* | quod recessit] secundum recessum *ShV1* 18–19 a bono] ab uno *CaP1P2* 19 quod accessit] quod recessit *F1Pi* secundum accessum *ShV1* quia accessit *pavlp* 21 ut *iterav. Ca* 22 ante *om. F1 pavlp* 23 Huiusmodi] haec *V1* 26 proprii] accidentis *Ca* 27 haec] hoc *Pi pavlp* | sequitur] sunt *F1* 28 enim] est *Ca om. F1* | differat] differant *F1* 29 prius *om. F1* 30 quo[1]] quod *P1* quomodo *pavlp* in *praem. ShV1* | differret[1]] differat *P1Pi* differt *F1V1* | ceteris] universalibus *add. pavlp* | quo[2]] quomodo *F1 pavlp* | differret[2]] differt *F1 lp* 31 quidem *om. F1* 32 per – exemplum] exemplo *V1* 35–36 qua – sicut] quia proprium est ut *F1* | qua – proprium] quae (quare *pa*) proprium est *pavlp* 36 adaequata] adaequatis *F1* | ponit] ad *add. P1* 37 ipsa] autem *F1* | relinquit] derelinquit *pavlp* 39 autem] etiam *pavlp* 41 ridendi] ridere *pavlp* 42 quod] quam *F1 pavlp* | natum] aptum *add. F1* 43 iam *om. F1* 45 quod – aequaliter] aequaliter participari *pavlp* 46 et[2] – ab *om. CaP1P2Sh* | participatur *om. F1Pi pavlp* | ab *om. F1* 48 hic] haec *Ca* hoc *F1Pi pa* | vim de] nec de *Ca* hic in *P1P2Pi pav* sic de *F1* hoc in *lp* 50 omne] esse *P1P2Pi pa om. Sh vlp* | aliud] aliquid *pavlp* 50–51 participari omne] participatum esse *lp* 52–53 His – invicem *om. P2* 52 autem] enim *F1* | communibus] omnibus *P1Pi pavlp* | proprio] communibus *add. pavlp* 53 ab] a se *Sh* 54 quidem *om. F1* 55 ad[2] *om. F1* 56 verum – non] non est verum *V1Pi pavlp* 57 unius] huius *pavlp* 58 proprium] propria *Ca* proprie *P1P2* | quae] proprie quo *F1*

16 Immo: Arist., Phys. l.5 c.2 (226 b 2–6); transl. vetus Arist. Lat. VII,1.2 p.199 v.12–16. – 22 Supra p.83 v.47–53, p.84 v.1sqq., p.138 v.15–16. – 29 Cf. supra p.127 v.4–66, p.134 v.9–70. – 43 Supra p.112 v.22–29. – 56–57 De specie subalterna et specialissima cf. supra p.58 v.45sqq.

subalternae, quae est genus ad aliud, non esset impossibile esse proprium illarum specierum, quae continentur sub illa, ut dicit AVICENNA. Unde in hac differentia accipit Porphyrius speciem non specialissimam, quod ANTE in assignatione differentiarum non fecit; proprium autem refert ad speciem specialissimam, cum ante posuerit subalternam. Et ideo quod dixit non satis est secundum artem dictum.

Secunda autem differentia est, quod *species quidem* per intellectum et naturam *ante subsistit* in esse et substantia *quam proprium, proprium vero posterius*, iam supposita specie secundum esse, *fit in specie* ex principiis speciei iam in natura subsistentis. Hoc autem exemplo probatur, quia *oportet hominem* prius *esse, ut* ex illo *sit* sive causetur *risibile*; et ideo homo recipitur in diffinitione risibilis, sicut recipitur subiectum in diffinitione passionis.

Amplius tertia est differentia, quod *species quidem semper actu est in subiecto* de quo praedicatur, quia participatur actu, cum sit totum esse eius de quo praedicatur; *proprium vero aliquando* quidem actu inest, *potestate* autem aptitudinis inest semper. Quod exemplo docetur, quia *Socrates semper actu est homo* humana operans et agens, *non semper vero ridet, quamvis* de naturae aptitudine *semper sit risibilis*.

Amplius autem quarto differunt, quia *quorum sunt termini* sive diffinitiones *differentes, et ipsa* diffinita *sunt differentia*; diffinitio autem *speciei* omnis est quod sit *sub* assignato *genere*, et diffinitio speciei specialissimae est quod *de pluribus* solo *numero differentibus in eo quod quid sit* praedicetur *et cetera huiusmodi*, quae in tractatu DE SPECIE dicta sunt; *proprii*, quod vere proprium est, DIFFINITIO est *et soli et omni et semper adesse*. Quae diffinitiones differentes sunt. Hanc autem ideo differentiam hic ponimus, ne credantur idem esse per essentiam species et proprium, propter hoc quod conversim praedicantur. Haec ergo sunt communia et propria speciei et proprii.

Cap. 12. De convenientiis et differentiis speciei et accidentis

Speciei autem *et accidentis commune quidem est* quod *de pluribus praedicantur*, in quantum sunt universalia. *Aliae vero communitates* inter speciem et accidens *sunt rarae*, eo quod *plurimum* valde differunt ab invicem id *cui accidit*, ut species, et id quod accidit, secundum modum essendi. Id enim cui accidit, substantia est, id autem quod accidit, est accidens; quae differunt sicut ens per se et ens non per se sed in alio.

Et si obicitur quod inter multum distantia maxime quaerendae essent convenientiae, dicendum quod hoc verum est, si invenirentur. Quia autem in nullo communicant, ideo non inveniuntur speciales, sed sola ista invenitur, quae generalis est omnium.

Sed differentiae plures inveniuntur. *Propria* enim, quibus distinguuntur, *utriusque sunt*: *speciei quidem* enim convenit *in eo quod quid est praedicari*. Et hoc convenit speciei

enim hominem esse ut sit risibile. Amplius species quidem semper actu adest subiecto, proprium vero aliquando potestate; homo enim semper actu est Socrates, non vero semper ridet quamvis sit natus semper risibilis. Amplius quorum termini differentes, et ipsa sunt differentia; est autem speciei quidem sub genere esse et de pluribus et differentibus numero in eo quod quid est praedicari et cetera huiusmodi, proprii vero quod est soli et semper et omni adesse.

Arist. Lat. 30,13–31,6 (Busse 21,4–19) DE COMMUNIBUS SPECIEI ET ACCIDENTIS. – Speciei vero et accidentis commune quidem est de pluribus praedicari; rarae vero aliae sunt communitates propterea quoniam plurimum a se distant accidens et cui accidit.
DE PROPRIIS SPECIEI ET ACCIDENTIS. – Propria vero utriusque sunt, speciei quidem in eo quod quid est praedicari de his quorum est species, accidentis autem in eo quod quale quiddam est vel aliquo modo se habens; et unamquamque substantiam una quidem specie participare, pluribus autem accidentibus et separabilibus et inseparabilibus; et species quidem ante subintellegi quam accidentia vel si sint inseparabilia (oportet enim esse subiectum ut illi aliquid accidat), accidentia vero posterioris generis sunt et adventiciae naturae. Et speciei quidem participatio aequaliter est, accidentis vero, vel si inseparabile sit, non aequaliter; Aethiops enim alio Aethiope habebit colorem vel intentum amplius vel remissum secundum nigritudinem.
Restat igitur de proprio et accidenti dicere; quo enim proprium specie et differentia et genere differt, dictum est.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

5 ante] autem *CaP1P2F1* aliarum *Pi pavlp* | fecit] facit *F1* 6 refert *om. F1* 7 dixit] dicit *pavlp* 9 per] secundum *ShV1* 11 vero] autem *F1 pavlp* | supposita] sumpta *pavlp* 13 quia] quod *P1P2V1* 14 sit sive *om. pavlp* 15 homo] hoc *F1* 16 diffinitione] propriae *add. F1* 17–18 semper actu] per actum *F1* 18–19 quia – praedicatur *hom. F1* 20 quidem *om. F1V1Pi pavlp* 21 quia] quod *F1* 22 vero] tamen *F1* 26 autem] enim *V1* | omnis] generis *V1* | sub] substantia *F1* 27 speciei *om. F1* 29 praedicetur] praedicabilis *pavlp* 30 proprii] vero *add. Pi pavlp* | quod – est] quidem vero *F1* | est[2]] quod *add. pavlp* 31 adesse] adest *pavlp* | differentes] diversae *F1* 35 proprii] proprio *pavlp* 36 convenientiis] communibus *P1* | et differentiis *om. CaP1* 37 speciei] proprii *lp* 38 autem *om. F1* | est] cum *add. CaP1P2* 40 rarae] arte *F1* nullae *pavlp* 41 differunt] differant *F1* 42 et – accidit *om. F1* 44 accidens] species *CaP1P2Sh* 45 sed] non *add. P1P2* 46 multum] multa *CaP1P2F1Pi* 47 quaerendae] quaerendum *V1* 48 Quia] quod *F1* 48–49 communicant – non] communicatur ideo *F1* 49 sed – ista] propria enim quibus *Sh* 52–53 speciei – convenit] quia speciei quidem convenit quod *V1Pi pavlp* 53 in – speciei *om. F1* | praedicari] praedicatur *V1 palp om. v* 53–p. 140 v. 3 Et – praedicari *hom. pavlp*

65 nigritudinem] nigredinem *KöC*

3 Avic., Logica pars 2 c. 2 (Venetiis 1508 f.11va). – 5 Cf. Porph., Isag. c. De propriis differentiae et speciei (transl. Boeth. Arist. Lat. I,6–7 p. 27 v. 19–22); supra p. 134 v. 27–40. – 29 Supra p. 55 v. 21sqq., p. 57 v. 6sqq., p. 58 v. 4sqq. – 30 Cf. supra p. 108 v. 60–62, p. 109 v. 34–38.

respectu accidentis absoluti, quod est quantitas et qualitas – hoc enim accidens praedicatur *in eo quod quale quiddam est* – vel praedicari in eo quod quomodo se habet, quod convenit accidenti quod est mixtum cum respectu et comparatione, ut ad aliquid et omnia alia praedicamenta.

Alia autem differentia est quod contingit *unamquamque substantiam* individuam, quae proprie substantia est, *una quidem specie* tantum *participare*, quae 'totum est formale esse ipsius'; uno enim existente, quod est formale esse et totum, non potest esse alterum quod sit totum esse. Sed unamquamque substantiam contingit *participare pluribus accidentibus et separabilibus et inseparabilibus*, sicut ultimo patet in multis exemplis.

Adhuc autem tertia est differentia quod *species quidem subintelligi* potest in se existens ex suis substantialibus principiis *ante accidentia* | quae sunt in ipsa, quamvis etiam *sint inseparabilia*. Cuius probatio est quod *oportet* prius supponere *subiectum esse* in se completum, *ut illi* postea *aliquid accidat*. *Accidentia* autem ad hoc quod sint, ante se supponunt esse subiectum, quia respectu subiecti *posterioris generis* entis *sunt et adventitiae naturae*; et quia posterioris sunt generis, ideo vocantur accidentia quasi 'ad-cadentia', quia cadunt ad subiectum. Quia vero sunt adventitiae naturae, ideo non de intrinsecis subiecti principiis sicut propria sed de communibus extrinsecis adveniunt et affluunt.

Adhuc autem *speciei* quidem *participatio* a suis subiectis *est aequaliter* et non secundum magis et minus, *accidentis vero* participatio ab his de quibus praedicatur, etiam *si sit inseparabile* accidens, est secundum magis et minus et *non aequaliter*. Contingit enim quod *Aethiops* respectu alterius Aethiopis *habet colorem* nigrum magis *intensum* vel magis in *nigredine remissum*. Et sic de communibus et propriis speciei et accidentis dictum est.

Restat igitur de proprio et accidente dicere communia et propria. *Quo enim proprium a specie et differentia et genere differat, dictum est* in illorum ad ipsum differentiis.

Cap. 13. De communitatibus et propriis proprii et accidentis

Dicimus igitur quod *commune* quidem *proprii et inseparabilis accidentis est quod praeter ea numquam consistunt illa* sua subiecta, in quibus sunt et de quibus praedicantur et *in quibus* inesse *considerantur*. Quod patet per exemplum: *Quemadmodum enim praeter risibile*, quod est proprium, *non subsistit homo*, qui est subiectum de quo praedicatur proprium, sic *nec praeter nigredinem* numquam *subsistit Aethiops*, dummodo Aethiops nomine suo importet complexionem nigredinem Aethiopis causantem, ut in ANTEHABITIS dictum est.

Et huius quidem causa est id quod secunda est proprii et accidentis inseparabilis communitas, quia *quemadmodum semper et omni adest proprium, sic etiam inseparabile accidens* adest omni et semper, quamvis non adsit soli sicut proprium; propter quod etiam non conversim praedicatur. Aliae autem communitates sunt ad quaedam sicut non essentialiter praedicari et in quale, de quibus per ANTEHABITA iam constat.

Arist. Lat. 31,7–31,23 (Busse 21,20–22,13) DE COMMUNIBUS PROPRII ET ACCIDENTIS. – Commune autem proprii et inseparabilis accidentis est quod praeter ea numquam consistant illa in quibus considerantur; quemadmodum enim praeter risibile non subsistit homo, ita nec praeter nigredinem subsistit Aethiops; et quemadmodum semper et omni adest proprium, sic et inseparabile accidens. DE PROPRIIS PROPRII ET ACCIDENTIS. – Differunt autem quoniam proprium uni soli speciei adest (quemadmodum risibile homini), inseparabile vero accidens, ut nigrum, non solum Aethiopi sed etiam corvo adest et carboni et ebeno et quibusdam aliis. Quare proprium conversim praedicatur de eo cuius est proprium et est aequaliter, inseparabile vero accidens conversim non praedicatur. Et propriorum quidem aequalis est participatio, accidentium vero haec quidem magis, illa vero minus.
Sunt quidem etiam aliae communitates vel proprietates eorum quae dicta sunt, sed sufficiunt etiam haec ad discretionem eorum communitatisque traditionem.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 17 *Ca* f.29rb

2–3 quiddam] quid *F1* 3 praedicari] praedicatur *V1Pi* | eo] vero *add. pavlp* 4 quod[1] *om. pavlp* quid *F1* 5 comparatione ut] compositione *pavlp* | et[2]] ad *add. Pi pavlp* | alia *om. F1* 7 contingit *om. F1* 8 substantiam] solam *CaP1P2F1Pi pa* 10 uno] una *F1* 11 alterum] aliorum *F1* | Sed] et *F1* 13 ultimo *om. F1* 15 quod] quae *pa* quia *vlp* 16 subintelligi] intelligi *F1* | ex] et *Pi* 17 ante – quae] autem accidentia non *F1* 18 sint *om. F1* | probatio – quod] ratio quia *V1* | prius *om. F1 pavlp* 20 ad hoc] adhuc *CaP1P2F1* 21 subiectum] subiecti *V1* | respectu] respectus *F1* 22 generis *om. Sh* | entis] entia *pavlp* 22–23 entis – generis *hom. V1* 22 adventitiae] advenientiae *F1* advenire *Pi*[1] | et[2] *om. pavlp* 23 ad-cadentia] cadentia *F1* 24 vero *om. pavlp* | adventitiae] advenientiae *P1*[1]*F1* 25–26 subiecti – extrinsecis *om. Pi pavlp* 25 sed *om. CaP1P2* 26 de communibus] causis *V1* | communibus] communiter *CaP1P2F1* 27–29 a – participatio *hom. V1* 27 a suis] istis *CaP1P2F1Pi pavlp* 28 aequaliter] aequivalenter *F1* 28–29 accidentis – participatio] accidens vero participatur *Pi pavlp* 29 his] aliis *Sh* 30 inseparabile] separabile *F1* | est *om. pavlp* | et[2] *om. Pi pavlp* 32 habet] habebit *ShV1* | magis[1] *om. lp* | magis[2]] nigrum *pavlp* 33 in – remissum] nigredinem remissam *F1* | sic] ideo *pavlp* | communibus] coloribus *F1* 35–37 Restat – est *hom. V1* 36 Quo] in *praem. F1* 37 ipsum] speciem *F1* 38 communitatibus] communibus *CaSh lp* | et propriis] propriis *Ca exp. Ca*[1] *om. P1Sh lp* 39 et] inseparabilis *add. CaP1 lp* | accidentis] ac eorum differentiis *add. lp* 40 quidem *om. F1* 41 quod praeter] quo praedicari *F1* | numquam] non *Pi* quae *add. F1* | consistunt] subsistunt *F1Pi* 42 in[2] *om. V1Pi pavlp* 43 per – exemplum *om. pavlp* 44 enim praeter] causam per *F1* 44–45 non – qui] subsistit homo qui homo *F1* 46 nec *om. lp* 46–48 Aethiops – Aethiopis] corvus dummodo corvus nomine suo importat complexionem nigredinem *F1* 50 est[1]] differentia *praem. F1 om. pavlp* 53 omni] etiam *Pi* enim *pavlp* | soli] sibi *F1* 54 sicut] ut *V1Pi pavlp* | etiam] et *pavlp* 55 praedicatur] praedicantur *F1* | ad *om. F1* 56 et *om. P1P2Pi pavlp* 56–57 quale – quibus] quale de pluribus sicut *V1Pi pavlp*

9–10 Boeth., In Isag. Porph. Ed.II l.3 c.12 (CSEL 48 p.237 v.1–3). – 48–49 Supra p.117 v.70–p.118 v.24. – 57 Supra p.94 v.32sqq.

Ad accidens autem separabile proprium communitatem non habet nisi in quale et non in quid praedicari; sed hoc iam in his quae de omnibus simul universalibus communibus iam DICTUM fuerat.

Differunt autem haec ultima duo universalia ad invicem in hoc primo quidem, *quoniam proprium uni soli speciei adest*, cuius est proprium, *quemadmodum risibile* adest *homini. Inseparabile vero accidens, ut nigrum, non* soli *adest Aethiopi vel* soli *corvo, sed etiam adest et carboni et ebeno et quibusdam aliis*, ita quod proprium subiectum sibi non determinat.

Adhuc autem secunda est differentia quod *proprium conversim praedicatur et aequaliter*, non secundum magis et minus, *de eo cuius est proprium; accidens vero inseparabile*, propter hoc quod non determinatum sibi determinat subiectum, *non conversim praedicatur*.

Adhuc autem sicut in ANTEHABITIS dictum est, *proprietatum quidem aequalis* et non secundum magis et minus a suis subiectis *est participatio. Accidentium vero* hoc *quidem secundum magis* et illud *vero* secundum *minus* participatio est, propter causas in ANTEHABITIS determinatas.

Sunt autem *quidem et aliae communitates* et *proprietates eorum universalium quae dicta sunt. Sed* haec quae dicta sunt *sufficiant ad discretionis eorum* ab invicem *communitatisque* eorum, quam habent ad invicem, *traditionem* et doctrinam.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

1 Ad *om. F1 pavlp* | proprium] propriam *CaP1P2V1Pi pavlp* ad *praem. F1* 1–2 communitatem] communitatis *F1* 5 haec *om. P1P2Pi pavlp* | ultima duo *om. F1* | ad] ab *P1P2Pi pavlp* 6 quidem *om. pavlp* | quoniam] quod *V1* 7 cuius est] eadem *Ca om. F1* | adest] inest *Pi* 8 soli[1]] solum *V1Pi pavlp* 9 et[1] *om. F1 pavlp* | quod *om. pavlp* 10 determinat] determinatur *F1* 11 autem *om. F1* 15 non *om. F1* 16 est *om. F1* 16–17 propriorum] proprium *vlp* priorum *add. in marg. F1*[1] 18 subiectis] substantiis *lp* | vero *om. F1* 19 et – vero] minus illa vero *F1* aliud vero *V1* aliud autem *Pi pav* illud autem *lp* 21 proprietates] proprietas *F1* 22–24 sunt[2] – doctrinam] sufficiant ad distinctionis ab invicem traditionem doctrinam *F1* 23 discretionis] descriptionis *V1*

4 Supra p. 121 v. 6 – p. 122 v. 10. – 16 Cf. supra p. 136 v. 3 – 26. – 20 Supra p. 137 v. 51 – 57.

TRACTATUS ULTIMUS DE COMPARATIONE OMNIUM ISTORUM QUINQUE AD INVICEM EX AVICENNAE LOGICA

Cap. 1. Qualiter haec omnia aliquando in unum coincidunt

Quamvis in praehabitis iam determinatum sit id quod de quinque universalibus tradidit PORPHYRIUS, tamen adhuc sunt quaedam, quae utile est scire, de his quae ex logicis doctrinis Arabum in Latinum transtulit AVENDAUTH, Israelita philosophus, et maxime de LOGICA AVICENNAE. Primum capitulum huius doctrinae est de comparatione istorum quinque | inter se, et haec hic ad perfectionem doctrinae ponimus. Dicimus igitur primo de primo universali, quod est genus, quod *non est genus uniuscuiusque rei* sive omnium rerum, sed illius solius genus est, quod est sub ipso, ut *species*. *Similiter et differentia non est differentia uniuscuiusque rei, sed secundum hoc quod est divisiva*, non est differentia nisi *generis* quod dividit; *et secundum hoc quod est constitutiva, est differentia illius speciei*, quam constituit sub genere diviso.

Sciendum autem *quod unumquodque istorum potest esse genus vel quasi genus* ad alterum, et unumquodque istorum

Avic. Logica pars 2 c. 3 (Venetiis 1508, f.11vb–12ra) Postquam iam ostendimus haec quinque universalia debemus scire, quoniam id quod ex illis est genus, non est genus uniuscuiusque rei, sed solius suae speciei. Similiter et differentia non est differentia uniuscuiusque rei, sed secundum hoc quod est divisiva est unius generis; et secundum hoc quod est constitutiva, est differentia speciei illius generis. Debes etiam scire quod unumquodque istorum potest esse genus vel quasi genus et differentia et species et proprium et accidens. Sensibile etenim est quasi species apprehendentis et est genus audientis et videntis et est differentia animalis. ⟨Gressibile⟩ quoque est genus bipedis et quadrupedis, et est species mobilis, et proprietas animalis et est commune ⟨accidens⟩ hominum.
Aliquando ⟨ergo⟩ illa quinque conveniunt in uno. Genus autem non est genus differentiae ullo modo, nec differentia est species generis. Si enim ita esset, tunc differentiae esset alia differentia. Differentia enim est intentio extra naturam generis. Rationale etenim non est animal habens rationem, sed ⟨quiddam⟩ habens rationem, quamvis commitetur illud esse animal, animal enim habens rationem homo est. Si autem animal esset intra intentionem rationalis, tunc, cum diceretur animal rationale, esset quasi diceretur animal quod est animal, habens enim rationem et rationabile idem est. Cum autem genus praedicatur de differentia est, sicut cum praedicatur accidens inseparabile de eo, de quo praedicatur, et non est intra esse eius, sed genus est differentiae quasi materia, cuius comparatio ad ipsum quodammodo est sicut comparatio proprii, quod non est omnis. Differentia constituit et dat ei esse in effectu, quamvis ⟨non sit⟩ intra diffinitionem eius et eius esse, sicut est intra quale esse rerum eius et sicut materiae forma. Sed hoc est, si fuerat differentia generis absolute et non fuerit extra esse eius ullo modo.
Si vero diligenter attenditur, unumquodque eorum vere non nisi de specie praedicatur. Hec autem omnia adisces in philosophia prima. Sed comparatio generis ad differentiam est sicut comparatio accidentis communis. Accidens vero commune aliquando comparatione generis est proprietas et aliquando comparatione speciei accidens commune, sicut moveri voluntate, quod est proprietas animalis et commune accidens hominum. Aliquando est proprietas generis superioris sicut albedo, quae est de proprietatibus corporis compositi, et est commune accidens hominum et aliquando est de proprietatibus generis generalissimi. Aliquando accidens commune non est proprietas alicuius generis. Accidit enim alii extra categoriam illam, sicut non recipere magis et minus, quod est de communitatibus substantiae, et est commune illi et alii, nec est proprietas alicuius generis. Postea enim scies quoniam alia etiam generalissima habent hoc.
Comparatio animalis ad hoc animal, secundum quod est animal et additur ei designatio, non considerata in eo rationalitate, est sicut comparatio generis ad individua. Quandoque etiam praedicatur de eo, ut species, quae est species respectu individuorum; de individuis non autem ut genus. Non est enim genus in comparatione singulorum animalium secundum quod facta sunt rationalia vel comparatione huius rationalis non considerata in eo animalitate. Est enim ut species secundum intentionem quam diximus. Et idem est ut differentia species et proprium. Est enim differentia singulorum animalium. Risibile etiam est ut species huic risibili, non considerato secundum hoc quod est homo. Non est enim proprium nisi hominis et individuorum hominis. Similiter etiam album huic albo (respectu cuius est album designatum) est ut species. Accidens quoque commune non est commune nisi rei, quae est subiectum, ut sit hoc album, non huic albo, sed quod est hoc album.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 13 *Ca* f.29va

1 ultimus] IX *lp* 3 quinque] universalium *lp* | ad invicem] sumptum *V1 add. CaSh* 4 logica] sequitur *add. Ca* de comparatione istorum quinque inter se *add. lp* 5 aliquando *om. V1 lp* 7 praehabitis] antehabitis *F1V1Pi pavlp* 8 quinque] communibus *F1* 9 quaedam *om. F1* | quae *om. CaP1P2Sh* 9–10 scire – Arabum] scientiae de his quae ex logicis animalium *F1* 10 transtulit] vel *add. F1* 11 Avendauth] Avendar *pavlp lac. F1* | Israelita philosophus] israhelitica proprius *F1* 13 haec] hoc *F1V1* | hic *om. P1P2V1Pi pavlp* 14 ponimus] posuimus *F1* 15 genus[2] *om. pavlp* 17 est[1] *om. Pi pavlp* | quod] quae *pavlp* | ut *om. Pi pavlp* 18 quod *om. P1P2* | est[2] *om. V1* 20 constitutiva] speciei *add. F1* 21 diviso] divise *CaP1P2* divisa *F1* 22 autem] tamen *F1* | istorum – esse] potest est *F1* 23 et *om. pavlp* | istorum *om. V1 pavlp*

28 Gressibile *editor cum Alb.* generabile *Avic.* 29 accidens *editor cum Alb.* nominis *Avic.* 30 ergo *editor cum Alb.* ego *Avic.* 32 quiddam *editor cum Alb.* quandam *Avic.* 37 non sit *editor cum Alb.* insit *Avic.*

potest esse quasi *species*, et unumquodque potest esse quasi *differentia*, et unumquodque potest esse quasi *proprium*, et unumquodque potest esse quasi *accidens*. *Sensibile enim est quasi species* huius quod dicimus *apprehensivum*. Omne enim sensibile apprehensivum est, et non convertitur quod omne apprehensivum sit sensibile sive sensitivum. Et hoc ipsum sensibile est quasi *genus auditivi*, quod potentiam habet ad audiendum. Omne enim audiens sensibile est, et non convertitur. Et similiter est genus *videntis* et olfacientis et gustantis et tangentis. Et hoc ipsum sensibile *differentia est animalis*. Similiter *gressibile est genus bipedis et quadrupedis, et est species mobilis, et est* proprium sive *proprietas animalis et commune accidens hominis. Aliquando autem illa quinque in uno* solo secundum rem *conveniunt*, et ideo haec omnia quinque in unum et idem aliquando coincidunt, quamvis modus praedicandi eorum, secundum quod diversa universalia sunt, numquam sit unus.

Est etiam advertendum quod *genus non est genus differentiae aliquo modo, nec differentia potest esse species generis*. Si enim differentia esset species generis, cum species non efficiatur species nisi per differentiam, tunc differentia egeret alia differentia per quam species efficeretur, et sic *differentia esset differentiae*, quod esse non potest. *Differentia enim est intentio* sive notio quaedam, quae secundum intellectum est *extra naturam generis. Rationale enim non est idem quod animal habens rationem*, sed est idem quod *quiddam habens rationem, quamvis* per concomitantiam sequatur *illud esse animal; animal enim habens rationem homo est. Si autem animal esset* per intellectum clausum vel conceptum *intra intentionem rationalis, tunc, cum diceretur 'animal rationale', idem esset ac si diceretur 'animal quod est animal habens rationem'. Rationale enim et habens rationem idem sunt* secundum intentiones suas. *Cum autem genus praedicatur de differentia, est sicut cum praedicatur accidens inseparabile de eo, de quo praedicatur*. Differentia enim ut accidens se habet ad genus, in quantum sequitur esse generis; et non est unum esse differentiae cum esse generis, *sed genus est* ad differentiam *quasi materia* se habens, et differentiae *comparatio* ad genus *est quodammodo sicut proprii*, quod non convenit omni, et hoc est accidens inseparabile, ut in ANTEHABITIS dictum est. *Differentia vero constituit* genus *et dat ei esse in effectu* distinctum. *Quamvis* ipsa differentia *non sit intra diffinitionem* generis et quamvis esse differentiae non sit intra esse generis, sicut esse rerum qualium *est intra quale et esse rerum* quantarum est intra quantum, tamen differentia est qualitas generis, et genus et esse generis est in differentia sicut intra suum quale essentiale, *sicut forma* est qualitas *materiae*, faciens ipsam qualem secundum esse substantiale. Hoc autem sic se habet, quando *differentia est absolute* et simpliciter *differentia generis*, ita quod differentia nullo modo est extra naturam generis, sed est de natura generis, sicut actus est de natura potentiae, quia nisi actus aliquo modo esset de natura potentiae, potentia nullo modo desideraret actum.

Si vero diligenter et subtiliter *attendatur*, quid est genus et quid est differentia, tunc non omnino *vere praedicantur* et genus et differentia *nisi de specie*, quia in specie genus in actu est et differentia est actus speciei dans esse. *Comparatio generis ad differentiam est sicut comparatio* subiecti ad accidens inseparabile, quod est *commune accidens*, eo quod est esse consequens, quod est ut proprium quod convenit omni et non soli.

Accidens autem commune aliquando comparatione generis est proprietas et aliquando comparatione speciei est accidens commune, sicut moveri voluntario motu, qui vocatur motus processivus, *quod est proprietas animalis et commune accidens hominis. Aliquando* etiam accidens commune *proprietas est generis superioris – sicut albedo, quae est de proprietatibus corporis | compositi* terminati *et est commune accidens homini –, aliquando*

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp 69 *Ca* f.29vb

1 quasi – esse *hom. CaP1P2F1ShV1* 2 quasi[1]] proprium et *add. P1P2* 3 potest esse *om. Pi pavlp* | quasi *iterav. Ca* | accidens] separabile *add. F1* 4 dicimus] aliquis *F1* | apprehensivum] est sensibile *add. F1* 5 Omne] esse *CaP1P2F1* | apprehensivum] comprehensivum *V1* 6 quod omne *om. F1* scilicet *praem. V1Pi pavlp* | sive] apprehensivum *praem. V1* 7 quasi] quod *Pi* quoddam *pavlp* | auditivi] auditui *F1* 7–8 auditivi – audiendum] audienti *pavlp* 8 ad audiendum] audiendi *P1P2V1Pi* 9 est[1] *om. F1* 10 videntis] audientis *pavlp* | et[1] – et] alscientis *F1* 11 sensibile] et est similiter *Ca* 12 et[3]] etiam *F1* 14 autem] enim *F1* 15 haec omnia] ista *F1* | unum] uno *P1P2* 16 aliquando] ab ipso *Ca* 19 Est – advertendum] et etiam adducendum est *pavlp* | etiam] autem *V1* | advertendum] adducendum *Pi* | genus[2] *om. Sh* 20 potest] ut differentia *praem. Sh* 22 efficiatur – nisi] efficitur speciem enim *F1* 23 sic] tunc *pavlp* 24 esse *om. Pi pavlp* 25 intentio] intensio *P1* intellectio *pavlp* 26 naturam] materiam *pavlp* 27 sed] et *F1* 27–28 quiddam] quemadmodum *F1* quidam *Pi pavlp* 28–29 quamvis – rationem *hom. F1* 28 concomitantiam] communicantiam *Pi* consequentiam *pavlp* 29–30 homo – autem] quia alias *F1* 31 intra] inter *F1* | intentionem] rationem *V1Pi pavlp* | tunc *om. F1* 33 Rationale – rationem] quae *V1Pi pavlp* 34 genus] differentia *V1Pi pavlp* | praedicatur] praedicetur *pavlp* est sicut cum praedicatur *add. Ca* 34–35 de differentia] de genere *V1 om. P1P2F1Pi pavlp* 35–36 de quo] quod *Pi pavlp* 36 habet] habent *F1* 37 esse] non *praem. F1* 38 cum] et *V1Pi pavlp* | generis] differentiae *F1* 41 convenit] competit *F1Pi pavlp* 42 vero] nec *Ca* enim *F1* 43 effectu] effectum *F1* | Quamvis] autem *add. ShV1Pi pavlp* 44 intra] infra *CaP1P2F1Sh* | quamvis] ipsius *pavlp* 46–48 quantarum – intra] quantitarum est inter quantum cum differentia sit inter *F1* 48–49 essentiale] differentia enim est qualitas generis *add. V1Pi pavlp* 49 qualem] quale *F1* 51 absolute] absolutum *F1* absoluta *Pi pavlp* 53 sed – generis *hom. CaP1P2F1Sh* | generis[2]] ipsius *pavlp* 54 nisi – modo] si actus aliquo modo non *V1* si actus non *Pi pavlp* | esset *om. P2* 54–55 de natura] secundum naturam *Ca om. F1* 55 desideraret] potentiae desiderat *F1* 56 diligenter et *om. F1* | est] sit *V1Pi pavlp* 57 est] sit *Pi om. V1 pavlp* | et] ut *F1 om. Pi pavlp* 58 nisi] non *F1* | specie[2]] species *F1* 59–60 Comparatio] autem *add. V1Pi pavlp* 61 quod[1]] non *add. V1Pi pavlp* 62 esse *om. Pi pavlp* ut *praem. F1* | quod[1]] sed *V1Pi* si *pavlp* 63 omni – soli] eam et non soli omni *Ca* 65 et *om. F1* 66 moveri] motum *pavlp* | qui] quia *F1* 66–67 processivus] progressivus *V1* 69 superioris] superiorum *F1* 69–p. 144 v. 1 corporis – proprietatibus *hom. F1* 70 homini] hominis *Pi pavlp*

42 Supra p. 108 v. 54sqq.

est de proprietatibus generis generalissimi. Et aliquando etiam accidens commune non est proprietas alicuius generis, eo quod *alii accidit* quod est extra genus illud, vel etiam accidit ei quod est *extra* totam *illam categoriam* secundum ordinem praedicabilium illius generalissimi sive praedicamenti. Cuius exemplum est id quod est *non recipere magis et minus, quod est de communitatibus* hominis secundum participationem speciei, *et est commune illi et* multis *aliis, nec est proprietas alicuius generis, alia enim generalissima habent hoc.*

Comparatio autem animalis ad hoc animal, quando *animali additur designatio* singularis, *non considerata* in hoc animali *rationalitate* quae facit ipsum hominem, *est sicut comparatio generis ad individua* propria, quae ex se habet et non mediante specie. Tunc enim animal praedicatur de hoc animali immediate, ut species de suis individuis immediate praedicatur, et tunc non praedicatur ut genus. Generis enim praedicatio est de differentibus specie. Animal igitur genus ut genus non est nisi *comparatione singulorum animalium secundum quod facta sunt rationalia* vel in alia specie constituta.

Similiter autem rationale comparatum ad hoc rationale, *non considerata animalitate* in hoc rationali, praedicatur de eo *ut species secundum intentionem quam diximus*, quod differentia aliquando ut species accipitur, et non praedicatur tunc ut differentia. *Differentia enim est animalium singulorum* specie differentium; diximus autem rationale hic considerari non considerata animalitate. Similiter autem et *risibile* praedicatur *ut species de hoc risibili* et illo *non considerato* risibili *secundum quod est homo; non est enim proprium nisi hominis et individuorum*, quae sunt sub homine. Adhuc autem rationale comparatum est praedicatum ut species. *Similiter etiam album*, quod est communiter accidens, *huic albo* in singulari designato est praedicatum *sicut species* et non ut accidens. *Accidens enim commune non est accidens commune nisi* ei quod *est subiectum* ipsius denominatum ab ipso, ut dicatur ab ipso *ut sit album*. Non autem est accidens huic albo, non considerato subiecto in quo est, illi enim comparatur ut species.

Cap. 2. Qualiter haec quinque aliquando inter se commiscentur

Oportet autem *scire quod haec quinque* non tantum coincidunt omnia vel plura in unum, sed etiam *inter se* quodammodo *commiscentur*. Et hoc fit *multis modis. Genus enim* commiscetur aliquando *cum differentia. Apprehensivum enim est quasi* quoddam *differentiae hominis, quae est rationale.* Omne enim rationale apprehensivum est, et non convertitur. Et similiter animatum sive *habens animam est genus*

Avic. Logica pars 2 c. 3 (Venetiis 1508, f.12ra) Debet etiam sciri quod haec quinque aliquando commiscentur inter se multis modis; genus enim cum differentia: apprehendens enim est quasi genus differentiae hominis, quae est rationale, aut habens animam quod est genus rationalis et sic est genus differentiae. Iam autem accidit ei, ut sit differentia generis. Habens enim animam differentia est alicuius generis mediorum, quae habet homo.
Aliquando autem commiscetur genus cum accidente, sicut color, qui est genus accidentium hominis, quae sunt albedo et nigredo. Haec autem comparatio differt a prima. Non enim debet ut genus differentiae constitutivae esse genus speciei, et potest ut genus esse accidens ad ipsam.
Concedo autem quod genus differentiae aliquando est differentia constitutiva generis aut speciei, et propter hoc genus accidentis est accidens generi et speciei. Permixtio autem generis cum proprietate est sicut admirans in actu quod est ut genus ridentis in actu, quod est proprium, et vociferans est genus hinnibilis, quod est proprium.
Differentia etiam aliquando miscetur cum genere, sicut sensibile, quod est differentia et genus hominis. Et miscetur cum proprietate, sicut comparatio ad duos rectos angulos eius cuius tres anguli dicuntur aequales duobus rectis. Est enim differentia et proprietas trianguli. Aliquando autem miscetur cum accidente, sicut disgregativum visus, quod est differentia accidentis visui.
Proprietas aliquando miscetur cum genere. Gressibile enim est proprietas communis hominis. Et aliquando miscetur cum differentia, et plerumque non desinit esse proprietas speciei, aliquando est communior proprietate speciei. Hoc autem est cum differentia fuerit communis, sicut dividi in duo aequalia, quod est differentia paris; habens enim medium quasi proprietas est huius differentiae.
Aliquando autem miscetur cum accidente communi. Visibile etenim est proprietas colorati. Coloratum autem est accidens commune homini. Accidens autem aliquando miscetur cum genere, nec desinit esse accidens speciei. Est enim accidens speciei, sed est de numero accidentium speciei, nec est commune accidens generi, sed est proprietas eius. Est autem aliquid quod est accidens commune utrique, et cum hoc etiam similiter est accidens differentiae et proprietatis.

CaP1P2F1ShV1Pi pavlp

3 est] etiam *add. F1* | genus] generis *Ca* | illud *om. F1* 4 totam] totum *Ca* 6 id] idem *F1* 7 communitatibus] comitantibus *Ca* communicantibus *Sh* concommunicantibus *V1* concomitantibus *Pi* | hominis] hominem *CaP1P2ShV1Pi pa* substantiae *Avic.* 9 generis *editor (cum Avic.)* hominis *CaP1P2F1ShV1Pi pavlp* | alia] universalia *F1* 10 autem] enim *F1* 11 non *om. F1* 12–15 quae – immediate *om. F1* 13 individua] sua *add. Pi* 17 enim – Animal] est praedicari de pluribus differentibus specie vel *F1* 18 ut – nisi] non est in *pa* est in *vlp* 19 quod] qua *F1* | in alia] rationalia *Pi* 21–22 Similiter – considerata *om. F1* 23 intentionem] intensionem *P1* 24–25 aliquando – Differentia *hom. F1* 26 diximus] dicimus *F1* 27 hic] hoc *F1 pavlp* | non *om. Pi pavlp* 28 et[1]] est *F1* | ut species *om. pavlp* 28–29 et[2] – risibili] illo risibili non considerato *pavlp hom. V1* 29 non[1] *om. F1* 30–31 quae – homine *om. pavlp* 31 Adhuc] ad hoc *CaSh* | rationale] risibile *vlp* huic rationali *add. V1* 32 album] ut species *add. F1* 33 in singulari *lac. Ca om. F1* 35 accidens *om. F1* | commune[2] *om. pavlp* 36 ut[1] – ipso *hom. V1* 38 ut species *om. P2* 39 haec quinque] quinque universalia *P1* 39–40 quinque – commiscentur] omnia quinque universalia ad invicem miscentur *lp* 40 commiscentur] communicent *P1* conveniunt *Sh* 43 commiscentur] commiscuntur *Ca* 45 quasi] quod *F1* | quoddam] quiddam *P1P2* quid *V1Pi* quaedam *pavlp* | differentiae] differentia *pavlp* genus *praem. Avic.* | quae] quod *P1P2Pi pavlp* 46 est *om. F1* 47 habens] hominis *F1*

rationalis, et praedicatur in quid de rationali, et sic est genus ad rationale *et sic est genus differentiae*. Et patet quod *accidit ei, ut sit differentia generis* superioris. Animatum enim differentia est corporis quod est unum de generibus mediis. *Aliquando etiam commiscetur genus cum accidente, sicut color, qui est genus* eorum quae accidunt homini, *quae sunt albedo et nigredo* et huiusmodi. *Haec autem compositio* sive commixtio *differt a prima. Non enim* sic potest esse, quod *genus differentiae constitutivae sit genus* constitutivum *speciei*, oportet autem quod genus accidentis sit genus accidentis ad ipsam speciem accidentis constituendam. *Genus igitur differentiae est aliquando differentia constitutiva generis vel speciei, et propter hoc genus accidentis aliquando est accidens generi et aliquando speciei*; sicut hoc ipsum apprehensivum esse constitutivum est animalis habentis apprehensionem per sensum vel intellectum, et color est accidens animalis et hominis, cum sit genus colorum specialium. *Permixtio autem generis cum proprietate est sicut admirans in actu* admirationis, *quod se habet ut genus* ad ridens *in actu*, et sic *vociferans* ex appetitu se habet ut *genus* ad *hinnibile, quod est proprium* equi.

Differentia etiam aliquando miscetur cum genere, sicut sensibile, quod est differentia generis gradibilium, miscetur cum rationali. *Miscetur etiam* aliquando *cum proprietate, sicut comparatio* trium *ad duos rectos angulos* trianguli, qui tres angulos habet *aequos duobus rectis*. Hoc *enim est differentia* | eius quod est *proprietas trianguli* rectilinei. *Aliquando autem miscetur cum accidente, sicut disgregativum visus, quod est differentia* albedinis, quae accidit *visui*.

Proprietas etiam aliquando miscetur cum genere. Gressibile enim est proprietas animalis quod est genus hominis, et est proprium hominis quod convenit omni et non soli. *Et aliquando miscetur cum differentia*; et tamen *plerumque non desinit esse proprium speciei*, et tamen *aliquando est communior proprio speciei. Hoc autem fit, cum differentia fuerit communior.* Cuius exemplum est *dividi in duo aequalia, quod est differentia paris* numeri. *Habens enim medium est quasi proprium huius* divisionis per aequalia, quod est differentia paris numeri. *Aliquando autem miscetur cum accidente communi. Visibile enim proprietas est colorati, coloratum autem est accidens commune homini.*

Accidens autem aliquando miscetur cum genere, nec propter hoc *desinit esse accidens speciei. Est enim accidens speciei, nec tamen est commune accidens generi, sed est proprietas* generis. *Et est aliquid quod est accidens commune utrique*, et generi et speciei, *et cum hoc etiam accidens similiter differentiae et proprietatis.*

Cap. 3. Qualiter haec quinque sunt naturae quaedam et qualiter universalia et qualiter intelligibilia et qualiter simplicia et qualiter cum multiplicitate

